



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1604

Ianuarijs. De Circvncisione Domini, Et Antiqva Circvncisionis Lege, Ex
Sermone D. Cypriani Episcopi, & Ludouico Granatensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42667

IANVARIVS.
DE CIRCVCNCSIONE
DOMINI, ET ANTIQVA
CIRCVCNCSIONIS LEGE, EX

Sermone D. Cypriani Episcopi, &
Ludouico Granatensi.



V M summus ille cœli terræque Dō i. Ianuarij.

minus, peculiarem quendam sibi in
hoc mundo populum deligere statuis-
set, à quo singulari quadam religione
& pietate coleretur, cuiusque ille ma-

ximam curam & prouidentiam gereret, voluit cū
eo percusso fœdere amicitiam copulare. Huius
verò fœderis signum, ac veluti monumentum sem-
piternum, fuit Circuncisio; Qua quidem, inter om-
nia testamenti veteris sacramenta, nihil solemnius
antiqua celebravit religio; quæ & lege ipsâ anti-

quior; ut potè quæ nõ Moyfi, sed Abrahæ quadringē-
tis antè latâ legē annis, data fuit. Quia verò Dō *Genes. 17.*

minus summâ pacem & vnitatem in hoc populo vi-
gere cupiebat, statuit, vt totus hic populus ab vna
stirpe prodiret; vt se omnes mutuo, tanquàm fra-
tres germana charitate prosequerentur, atque reli-
gionis vnitatem & pacem, communis necessitudi-
nis, & naturæ vinculum astringeret. Hic autem cō-
munis omnium parens fuit Abraham. Quamuis e-
nim alios ante hunc amicos habuerit, cum nemine
tamen eorum pari solemnitate & religione, qua
cum Abraham, fœdus percussit; qui propterea om-
nium credentium pater appellatur, quia primus
omnium, hac singulari ratione, ad vnus veri Dei
cultum

A

2 DE CIRCUNCISIONE DOMINI

cultum vocatus est; cuius fidem & religionem, ceteri deinde fideles, iisdem vestigijs insistentes, secuti sunt. Hæc tamen Circuncisio, quæ in filiorum Abrahamæ carne existabat, & ad Dei populum eos pertinere, & à cæteris gentibus separatos esse declarabat, nec fœdus ipsum, nec pactum erat, (quamvis scriptum sit: Et erit pactum meum in carne vestra) sed pacti huius cum Deo initi symbolum, ut latè Apostolus ad Romanos disserit. Pactum porro erat, ut populus ille nullum alium præter Abrahamæ Deum coleret, illi vni crederet, illi fideret, illi obtemperaret, illum toto corde & tota mente diligeret, & bona sua omnia in illo collocaret; contra verò, Deus illum benignè protegeret, regeret, tueretur, ac foueret, & multis diuinæ gratiæ opibus auctum & amplificatum, ad vitam perduceret beatam & immortalem.

Itaque quamvis fortassis eo tempore, multi diuersis in locis viri insignes, hoc circuncisionis cauterio insigniti non fuerunt, & tamen iustitiæ Dei subiecti, præclarum sanctitatis testimonium consequuti à Deo fuerint, quemadmodum sanctū Iob, iugis quidem sacrificijs occupatum, nõ tamen circuncisum legimus, non propterea, huius fœderis symbolum, à quoquam sanctorum patrum per cõtemptum aut negligentiam prætermisum fuisse existimandum est. Ad eò enim solenne & sanctum apud eos fuit, ut quisquis in gente illa huius signi careret differentia, Ethnicus non ludæus reputaretur, & à titulo filiorum Israel abraderetur proscriptus.

Fuit autem hoc ipsum, octauo, à natiuitate cuiusque, die celebratum, quo etiam nomen circuncisio imponebatur, ut eò ipso intimaretur, quod eorum nomina, qui sanctorum consortio digni censebantur,

Circuncisio
fuit initi cū
Deo fœde-
ris, Symbo-
lum.
Rom. 4.

Iob. 1.

Quare octa-
uo die Cir-
cuncisio fie-
bat.

tur, in cælis scriberentur, & æternæ beatitudinis, quàm post vitæ huius septimanam, octava consequitur, hæredes fierent, quicumq; vitæ innocētia, & cælibatus sanctimonia, sese Domino cōsecrassent. Tena itaque infantia, huiusmodi erat imbuenda doctrina, & ante cōcupiscibiles motus, quos peccatum meruerat, miserabili pœna & ineuicibili vindicta, etiam in paruulis adhibenda erat seueritas; & antequàm ebulliret sartago libidinum, prouisum est ventilabrum, quo refrigerari posset & extinguui, depopulatricis flammæ vagus ardor, & vniuersa perlustrans incendium. Ideoque dolor voluptati, & sanguini delectationis, sanguis tormenti opponeretur: vt in primis elementis discerent paruuli, semper propriæ memores sectionis, cōtraria curare contrarijs, & ad cohibendos refrenandosq; turpitudinum appetitus, necessarium esse sale corrosorio, carnis perfricare pruritus, & semper reerudescētes desiccare putredines.

Cur adhiberi solita, in tenera ætate.

Fuit igitur Circuncisio hæc, peccatoris signum, quod ideo potissimum in mēbro virili fiebat, quia contra peccati originalis contagium, quod per carnalem concupiscentiam traducitur, remedium erat. Fiebat & cultro lapideo, quia omnis Circuncisio siue peccati siue corruptionis, per Christum in petra significatum, faciēda est; neq; enim aliud nomen datum est hominibus, in quo oporteat nos saluis sempiternæ beatitudinem cōsequi. Nouum verò nomen in Circuncisione dabatur, quia tūdemum, sicut & nunc in baptismo, in fidelium numerum referbantur.

Quære cultro lapideo, Act. 4.

Christus autē Iesus, qui non modo omnis peccati expers, sed totius etiam sanctitatis & honestatis architectus erat, tribus potissimum de causis, huic Circuncisionis legi se submitit. Primū quidem

Christus tribus de causis circuncisus.

Rom. 25.

(vt Apostolus ait) propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones Patrū. Promissus fuerat patribus, ex eorum semine, Redemptor, cūm Abrahæ ac eius posteritati dictum fuit: In semine tuo benedicentur omnes cognationes terræ. Vt igitur apertè liqueret, Christum ex Abrahæ semine propagatum esse, debuit vtiq; circumcidi, (quod posteritatis eius symbolum erat) vt ita tādē, diuinæ promissionis veritas apertè constaret. Qua Dei promissione impleta, non est cur nos iam circuncisionis lege astricti simus. Fuit & altera, quod videlicet Saluator noster, vix dum natus, Seruatoris officiū foeliciter auspicari dignatus est; quod quidem sanguinis effusione perficiēdum erat. Tertia verò fuit, vt hac ratione, Dominus, altissimæ humilitatis suæ, locupletissimum nobis præberet exemplum.

In quo summa
ma luceat
Christi hu-
militas.

Quamuis enim tota eius vita, absolutissimum quoddam fuerit humilitatis exemplar, nunquam tamen ita se deiecit atque exinaniiuit, quā cūm peccati cauterio insignitus, suscepit imaginem peccatoris. Et quamuis in baptismo, eandem peccatoris imaginem præ se tulerit, (quando cum peccatoribus abluī, vt impurus voluit) tamen eō tempore, super eum aperti sunt cœli, & vox Patris intonuit, & Spiritus sanctus in columbæ specie super eum descendens, columbinam eius innocentiam atque puritatem declarauit. In passione quoq; sua, quamuis peccatoris & flagitiosi speciem gesserit, (quandò inter facinorosos & latrones, innocentissimus Agnus pendebat) dum tamen ita penderet, cœlum tenebris horrēdis obducitur, terra tremis, petræ scinduntur, elementa q̄ue omnia, mœroris & tristitiæ luctuosa signa ædunt. Quo factō, multi ei diuinitatis testimonium præbuerunt. Itaque nusquam ferè ita se Dominus in vita deiecit, quin pro-

Matth. 3.

Matth. 27.

protinus cœlestia signa, gloriam & innocentiam eius magnificè prædicarent. At circūcisio, quæ peccati signum est, nullis miraculis illustratur. Perpendite ergò, fratres, quò se nostri gratia, summa illa celsitudo demiserit. Summum quidem in mûdo, Deus est, qui est super omnia; infimum verò, peccatum, quòd infra omnia est. Quia ergo impossibile erat, Deum ad peccatum vique se demittere, proximè tamè ad illud descendit; quando qui peccator esse non poterat, suscepit imaginem peccatoris. Quo ergo se amplius summa illa maiestas inclinare potuit, quam vt peccatoris habitû, & signa gestaret, qui tam procul aberat ab omni peccato? Quia enim generis humani morb⁹, à superbia initium cœperat, medicina eius debuit ab humilitate proficisci.

Quamuis autem Circūcisio Domini, miracu-
 lis illustrata non fuerit, debito tamen huius tanta
 humilitatis præmio non caruit. Præmium verò
 declarat, gloriosum nomen, quod illi hodie diui-
 na authoritate impostum fuit, quòd Saluatorem
 significat. Cuius nominis & officij gloriam, Apo-
 stolus declarat, cùm ait; Deus exaltauit illum, &
 donauit illi nomen, quod est super omne nomen;
 vt in nomine I E S V, omne genu flectatur, cœle-
 stium, terrestrium, & infernorum; Is igitur, qui se
 infra omnia humiliavit, seque nouissimum viro-
 rum fecit, debuit vtiq; omnium princeps & caput
 fieri, & supra omnia exaltari; vt quicumque siue in
 cœlo, siue in terra sint, illius gloriam confite-
 antur, illius laudes prædicent, illique
 acceptam salutem suam
 ferant.

De sanctiss.
 nomine
 Iesu.

Philip. 2.

VITA B. BASILII MAGNI, CAESARIENSIS Archiepiscopi: ex ijs quæ extant in Caesaris Baronij Annalibus. Excessit è corpore, Anno Incarnati verbi 378. Damasi Papæ 12. Valentis Imperato. 15.

Cum sedisset annis 8. Mensibus 6. diebus 16.

1. Ianuarij.

Patria & genus eius.

Excellentius eius eruditio.

Permansit virgo.

Eius peregrinationes.

Amplectitur vitam monasticam. Monachos colligit. Regulas monastici instituti conferripit.

Basilii Cappadox, qui à reſum geſtarum gloria, magnus dicitur, Baſilio & Emmelia, parentibus Chriſtiana religione ſpectatis, ac honorum, opumque gloria inclytis natus, à Macrina femina ſanctiſſima, ipſius auia, ac in Chriſto nutrice, Catholicæ fidei elementis, Neocæſareæ, imbutus eſt. Cumque Cæſareæ Paleſtinæ primùm, inde verò Conſtantinopoli egregiè litteris excultus eſſet, Athenas litterarum & litteratorum aſylum cõceſſit. Quas tamè haud quales putabat eruditas adinuenit. Eò ſiquidem ſcientiarum, antequam illuc ſe cõferret, progreſſus erat, vt quod ibi addiſceret, haud reperiret. Omni igitur doctriinæ genere locupletatus, in patriam reuerſus, quam cõperat vitam ſanctiſſ. excoluit: Corporis virginitatem ab omni carnis illecebra ſeruans immaculatam. Licet non ita, mentis puritatem illibatam ſeruafſe, ſcribens ad Chilonem diſcipulum, conqueri videatur. Creditur tunc AEGYPTI, Paleſtinæ, Syriæ & Meſopotamiæ monachos inuiſſe; Cùm eorum inflammatus exemplo, idem viuendi genus, Domum reuerſus, conſectatus ſit: ac in Ponto & Cappadocia, monachorũ cõnobarum paulò poſt eximius exſtiterit auctor; Cùm & alios, qui iam ibidem eiufmodi inſtitutionem vitæ ſectari cõperant, in vnum collectos, regulis editis, ad perfectam monaſticæ diſciplinæ normam primus excoluit.

In multis deinde muneribus antè exploratus, ac quo-

quotidie clarior illustriorque compertus, in sacrum Presbyterorum ordinem, ab Hermogene Cæsariensi Antistite adscriptus est. Quo quidem è viuis sublato, cum sedulo quæreretur ad Pontificalem dignitatem, vir sanctus, improvisa fuga sibi consuluit. Accidit interim vt, Eusebio violenta creatione in sede collocato, monachi illi quibus Basilius præerat, haud ratam eâ electionem habentes, sese ab eius communicatione diuellerent, atque ea & alijs de causis parum æquo, idem Antistes in illum esset animo.

Initiatur Presbyteratu.

Fugit Episcopatum.

Quibus obortis simultatibus, paci cõsulturus, in Ponticas solitudines ad monachorum habitacula secessit. Præsentia siquidem constabat aduersariorum inuidiam. Verumenimvero re paulò post cõperta, à suis Cæsariensibus magnis studijs reuocatur; Ad quos ille Apologeticam dedit de sua discessione Epistolam.

Eusebij Episcopi cum Basilio simulas.

Est epist. 141.

Interea diuinis rebus incumbens, vitam omni non modo merore vacuam, sed in omnibus letam atque hilarem transigebat. Ibi afflictio pro delicijs illi erat.

Sententia.

Quandoquidem molestia spontè suscepta, voluptati minimè voluntariè præstat. Ibi psalmodijs & vigilijs mentè ad cælestia erigens; ad Deum per orationem à corpore peregrinabatur, vitamque veluti materia vacantem & incorpoream ducebat. Quis verò fratrum, qui ab ipso ad omnem pietatis rationem studiosè fingebantur, concordiam, & animorum coniunctionem, quis virtutis certamen, & ad eam incitationem, quam scriptis legibus ac regulis obseruabant explicare valeat? Ast licet vir sanctus in eadem Pontica solitudine degens, è fluctibus maris videri posset, ad tutum portum nactum esse confugiū, haud tamen desinit iactari fluctibus, nec quidem leuibus, qui contemni & pro nihilo duci possent, sed illis planè immensis, vtpotè à vehemèntiori flatu perfidie agitatis.

Eius pia exercitia in solitudine.

Sabelliani
affirmabant
Patrem & Fi-
lium eundē
esse.

Basilii exa-
gitatur calū-
nijs Sabellia-
norum.

Est epist. 63.

Purgat se vir
sanctus.

Epist. 164.

Valens Imp.
opera vxor-
is sit Aria-
nus.

Contigit enim his temporibus sedem Neocæsari-
ensis Ecclesiæ viduari pastore; Cumque vniuersæ
ciuitatis studia essent in deligendo Basilium pro-
pensiora, eccē, hæretici Sabelliani, nullam in ele-
ctione Pontificis sui ipsorum rationem haberi vi-
dētes, indigno id ferentes animo, in ipsum conspi-
rant, eumque hominem ambitiosum, nouorum dog-
matum inuentorem, fideique synceræ, desertorem
inclamātes, dictis scriptisque lacerare, atque haud
leue negotium faceßere non cessantes, ciuitatem
illam magnis dirisque motibus exagitāruñt. Hæc
cūm Basilius perferensisset, magno de pereunte po-
pulo dolore confectus, ad eosdem Neocæsarienses
Apologeticam scribens, ab illatis calumnijs peni-
tus se expurgauit. Cūm primum enim Catholice fi-
dei sectatorem se esse declarasset, eosdem Neocæ-
sarienses deceptos à Sabellianis magnoperè dolet.
Sed & de institutiōe monastica, cuius rei gratia gra-
uem ab hæreticis patiebatur calumniam, quasi re-
rum nouarum extitisset inuentor, plenissimam af-
fert rationem, dum nequaquā id genus vitæ & dis-
ciplinæ à se tradit excogitatum, quod in ecclesia
Catholica esset altis iam antè radicibus fixum ac
latissimè propagatum. Ad calumniam verò de Epi-
scopatu ab eodem expetito quoque respondens,
eamdem & præclare confutat. Interea Iouiniano
Imp. improviso casu extincto, Valens imperio po-
titus, initio quidem doctrinæ Apostolicæ ornamē-
tis decoratus, non longò tamen post tempore, cōiu-
gis Arianz lenocinijs delinitus, nimia animi mol-
litie diffluere, & veritatē apertè prodere cępit; cu-
ius hortatu in horrendū blasphemie barathrū præ-
ceps cum ea deiectus est. Nam ab Eudoxio, Arianz
perfidie propugnatore acerrimo, Cōstantinopoli-
tano Antistite, sacro baptismatis initia⁹ mysterio,
nefa-

nefario iureiurando, eodem Eudoxio exigente, se-
se obstrinxit, vt in eo impio dogmate perseuera-
ret, atque omnes contrariæ doctrinæ adheſcētes,
vbique ab Ecclesijs eijceret.

Igitur ea imbutus perfidia, apertum Orthodoxę
Ecclesię bellum indixit, & cæca auri cupidine ductus
in quascunque incidit Ecclesias, inuasit, pro-
strauit, earumque spolijs auri famem explere non
desistit. Cuius perfidia simulac Orientis Ecclesijs
innotuit, Orthodoxi omnes Episcopi, tanquam ad
prælium classico excitati, arma capeſſunt, contraque
omnes aduersariorum futuros insultus sese muni-
unt & obfirmant. Tunc igitur opportunum visum
est tempus, vt validum illud cæli tonitruum, ex e-
remo ad arenam certaminis prodiret, ac in hostes
fidei, cominus fulmina verbi iaceret. Quid igitur
generosa illa, mentisque magnitudine præstans a-
nima, Christi que amore verè inflammata? An il-
lius animo veteris simultatis quidam fomites resi-
debant? Minimè gentium. Spiritualibus quippè ra-
tionibus, secum optimè, sapientissimeque distin-
guere nouerat, aliud simultatis tempus esse (si quid
etiam vnquam, eiusmodi affectui indulgendum es-
set) aliud rursus æquanimittatis, Hæc itaque secum
reputans, confestim è Pontica solitudine, cum fidis-
simo socio Gregorio excedit, atque erga periclitā-
tem veritatem, zelo exæstuans, vltro suppetias af-
fert, totumque se matri Ecclesię tradit. Omnia quip-
pè simul præstat, inimicitias ponit, consultat, aciem
struit, scandala & offendicula intermedia submo-
uet, cunctaque ea, quorum fiducia illi, bello, Or-
thodoxos lacessendos putabant. Alios asciscit, alios
retinet, alios propulsat, alijs murus firmus &
vallum efficitur, alijs securis petram scindens, aut
ignis in spinis, (vt scriptura loquitur) sarmentitios

⁹ Eudoxius e-
piscopus
Constanti-
nopolitanus
Arianus.

Valētis per-
secutio sę-
uissima in
Ecclesiã

Basilij indu-
stria & zelus
discretus.

Psal. 117.

*Basilij in Eu-
seb. Episc.
obseruatiã
& fidelitas,
tẽpore per-
secutionis.*

Proximum deindè negotium ac studium eius
fuit, Antistitem obseruare, suspicionem extingue-
re; mortalibus omnibus persuadere, mœrorem il-
lum, quo affectus fuerat, tentationem quandam,
colluctationemq̃ue peruersi spiritus extitisse, ho-
nestæ ac laudabili concordia inuidentis; ceterum
non ignarum se esse quid obedientia, ordinisq̃ue
spiritualis leges postulerent. Ac proindè adesse,
docere, dicto audientem se præbere, mœrere, quid-
uis deniq; illi esse; consultor bonus, opitulator o-
ptimus, diuinorum oraculorum explicator, rerum
agendarum præmonstrator, senectutis subsidium,
fidei adminiculũ, domesticorum fidelissimus, ex-
ternorum ad res gerendas aptissimus, & tantam
(vt vnico verbo dicam) eius beneuolentiam obti-
nens, quãto prius apud eum odio flagrare putaba-
tur. Ex quo hoc assecutus est, vt etiam si illi Cate-
dræ honore secundus esset, Ecclesiæ tamen imperio
potiretur. Etenim pro beneuolentia quam
conferebat, auctoritatem vicissim accipiebat. Ac
mirus quidam erat inter eos contentus, nexusq̃ue
potestatis. Ille plebem ducebat; Hic ductorem,
atque instar Leonum cuiusdam curatoris, præpo-
tentem, arte cecurabat. Namque, vt nuper in subli-
mi cathedra constitutus (quippè ex laico fuerat
delectus Episcopus) & terrenæ materia non nihil
adhuc spirans, nondumq̃ue in his quæ spiritus e-
rant, numeris omnibus absolutus, magnisque et-
iam fluctibus inferuescentibus, atque ingruenti-
bus Ecclesiæ hostibus, opus habebat homine, qui
eum manu ductaret atque fulciret. Eoque nomi-
ne, ipse ope atque auxilio acquiescebat, eoq̃ue
imperante, seipsum imperare arbitrabatur.

*Basilij se-
cundus ab
Episcopo.*

Iam

Iam verò ipsius erga Ecclesiam curæ ac patrocini-
 nij, (quamquam multa quoque alia) signa & argu-
 menta sunt, libertas animi, qua cum cæteros magi-
 stratus, tum potentissimos quosque ciuitatis allo-
 quebatur; cõtrouersiarum solutiones nequaquam
 suspectæ, sed ab eius voce formatæ ac constitutæ,
 modoque ipsius tanquam lege receptæ; pauperum
 tutelæ, plures quidem spirituales, sed tamen cor-
 poreæ non paucæ (nam id quoque sæpenumerò a-
 nimæ prodest, eos nimirum, in quos beneficium
 confertur, per beneuolentiam subigere) pauperû
 alendorum, hospitiû excipiendorum, virginum
 curandarum studium; monasticarum legum insti-
 tutiones, partim scripto, partim voce traditæ, præ-
 cum descriptiones, sacrarij concinnitates, ea deni-
 que omnia quibus homo verè diuinus, Deoque ad-
 iunctus, plebi utilitati esse potest. Diuinas quoque
 scripturas Eusebij iussu ad populum explicabat, &
 legationem in Synodis pro suo Episcopo obibat,
 summaque libertate, quod sanæ sinceræque fidei
 erat, loquebatur. Hoc tamen vnum maximum est,
 maximeque illustre atque insigne. Fames grassaba-
 tur, & quidem post hominum memoriã atrocissi-
 ma. Languabat ciuitas, nec ex vlllo loco auxilium
 afferebatur, nec vlla calamitatis medicina. Sed in
 huiusmodi malis nihil grauius atque acerbius,
 quam crudelitas, cupiditasq; inexplebilis eorum,
 qui rei frumentariæ copia circumstant. Obser-
 uant enim temporum difficultates, atque ex anno-
 næ penuria, lucrum captant, & ex aliorum calami-
 tatibus messem faciunt, nec illud audientes, eum
 qui pauperes commiseratur, Deo sænori dare: nec
 rursum illud, Eum qui frumentum abscondit ple-
 bi, execrabilem esse. At quid tunc Basilius? Paut om-
 nes. Et quonam pacto? Audi.

Baslij offi-
 cia, erga Ec-
 clesiam admi-
 nistratiõs.

Valida fa-
 mes, in Ci-
 uitate Cæsar-
 rea.

Frumenta-
 riorum im-
 piæ mundi-
 nationes.

Proverb. 19.
 Eccl. 29.
 Proverb. 116

Aper-

Basilii tem-
pore atro-
cissimæ fa-
mis ciues a-
lit. Esaiæ 58,
Tobia 4,
Luca 1.

Apertis oratione sua & exhortatione locuple-
tum horreis, facit quod est in scriptura: Cibum e-
surgentibus frangit, panibus pauperes satiat, alit
eos in fame, atq; esurientes animas implet bonis.

Quo tandem modo? neque enim ad laudis cumulū
hoc parui momenti est. Nam cum eos quos fames
vulnerauerat, in vnum coëgisset, nonnullos etiam
spiritum ægrè trahentes, viros, fœminas, puerulos,
senes, omnemque ætatem commiseratione dignā,
omnia ciborum genera quibus fames depelli so-
let, corrogans, Ac deindè, Christi, qui linteo præ-
cinctus discipulorum pedes nequaquam lauare
grauabatur, ministerium imitans, simulque puero-
rum siue conseruorum suorum ad eam rem opera-
utens, corpora pauperum animasque curabat, ho-
norem cum necessario alimento connectens, ac
dolorem eorum vtrinque leniens. Quinetiam ven-
ditis suis prædijs & possessionibus, atque pecunijs
in alimenta conuersis, (cū etiam rarum esset, vt
illi qui valdè sibi prouidissent & instructi essent,
ea quæ ad mensam & victum pertinent, sibi confi-
cere & suppeditare possent,) ille per omne tem-
pus famis, cū eos qui vndique confluerent, tum
iuuentutem totius vrbane plebis alere perseuera-
uit, adè vt etiam Iudæorum liberos huius benigni-
tatis & liberalitatis ex æquo participes faceret.

Ioan. 13.

Distrahit
possessio-
nes suas &
prædia, vt
pauperes
alat.

Sententia.

Nihil enim interest, vtrum per vas olearum, quis,
an per aliam aliquam materiam & occasionem, di-
uinum mandatum exequatur.

Moxitur Eu-
sebius Cæ-
sarensis Epis-
copus, & suc-
cedit ei Ba-
silii inuit.

Interea Eusebius Antistes, Anno Imperij Valen-
tis & Valentiniani sexto, repentino violentoque
morbo, confectus, ex hac vita sublatus est. Cui Bas-
ilius inuitus planè atque reluctans in dignitate suc-
cessit. Nam cum ægrotanti Episcopo, assiduo mini-
sterio vsque ad eius vitæ exitum præsto esset, adè
vt in

vt in eius manibus animam exhalaret, neque ignoraret plurimorum in se studia vt crearetur Episcopus conspirasse, maturè fugam arripuit; ita tamen vt in destitutam pastore ecclesiam oculos conuersos haberet, timens illi ne à schismaticis & hæreticis inuaderetur. Verùm cum in vnum Episcopi, callatis comitijs, de electione Episcopi acturi conuenissent, multis licet obuersantibus, obnitentibusq; promotioni Basilij, vicit tamen pars illa, quæ illi fauebat. Non id quidem citra laborem, nec citra inuidiam & dimicationem, tum eorum qui patriam cum imperio administrabant, tum perditissimorum quorundam vrbs ciuium, qui ab illorum partibus stabant. Sursum illi atque deorsum ciuitatem commiscebant, nihil non agentes, vt in gratiam Ariani Imperatoris, alius quispiam, excluso Basilio, crearetur Episcopus. Sed præualuit in omnibus Dei virtus, qua Basilius in sedem Episcopalem euectus, perditissimo tempore factus est aduersus ingruentes hæreticos & furentem cum eis Imperatorem, Ecclesiæ Catholicæ propugnaculum, Orthodoxorumque omnium robur & fortitudo, seditque inuito licet & obnitente Imperatore Valente, ac frustra sæuientibus magistratibus, vsque ad obitum, diuino planè miraculo inconcussus.

Basilij aduersariorum imperij conatus.

Inuito Imperat. non sine miraculo, retinet sedem Basil.

Cum verò in tanta rerum omnium difficultate, haud tutos sibi ministros assistere videret, non solum sibi in curarum partem allegit Gregorium fidelissimum socium & amicum, sed & fratrem suum Petrum, ex decem vltimo loco natum, virtutibus verò consummatum, primoque loco habendum, ex monacho presbyterum ordinauit. Porrò Valens grauius pro more suo incommodis Ecclesiam afficiens, & ubique impietatis suæ atque sæuitiæ impressa relinquens vestigia, relicta Nicomedia, Antiochiam

Fratrem suum Petrum creat Sacerdotem

Valens Imp. Orthodoxos & maxime Basilium persequitur

tiochiam contendit: atque ut alia omnia peruagatus, in Cæsariensem firmam. & ab omni iniuria tutam Ecclesiarum matrem, impetum fecit, quatenus vitalem quoque illum veritatis igniculum, qui solus reliquus erat, opprimeret, tum primum malum se consilium inijsse intellexit. Nam ut sagitta in durius ac solidius corpus incidens repulsus est, ac rudentis instar effractus cessit. Temporis verò tandem successu, præualuere scelerati atque aduersus Basilium, exilium decerni procurarunt, nec quidquam eorum, quæ ad eam rem pertinebant, desiderabatur. Nox aderat, paratus currus, plaudebant hostes, mœrebant pij, nihil denique, quod ad præclaram ignominiam spectabat, requirebatur. Sed quid accidit? Exilij decretum rescindit Deus. Nam qui Aegyptij, aduersus Israelitas sæuientis, primogenitos percussit, idem Imperatoris quoque filio, morbi plagam infert. Et quidem qua celeritate? Illinc exilij tabulæ, hinc morbi decretum, ac scelerati scriptoris manus inhibetur, & sanctus periculo liberatur. Ita febris beneficio, seruatur vir pius, Imperatoris audaciam coercentis. Quid hoc Dei iudicio vel æquius vel celerius fingi atque excogitari potest? Post filium porro, pater simul ægrotare cepit, remedium vndecunque morbo conquirens, atque optimos quosque medicos diligens, ac precibus, ut si alias vnquam, incumbens, humique prouolutus. Nam reges quoque humiles & abiectos reddit calamitas. Nec mirum, cum Dauidem etiam ob filij morbum, eodem modo affectum fuisse scriptura testetur.

Cum autem huic malo medicinam nullam inueniret, ad Basilij fidem confugit, per idoneos ministros orans atque obsecrans, ut pro salute filij Deum

Simile.
Vincitur à
Basilio Va-
lens Imper.

Exilium Ba-
silio decre-
tum diuini-
tus rescin-
ditur.
Ægrotat fi-
lius Valen-
tis Imp.

Similiter &
ipse Imper.

2. Reg. 12.

Valens im-
plorat pre-
ces Basilij.

Deum deprecari dignaretur. Ille verò nihil cunctatus, nec quod fortasè alius fecisset, calamitose tempore aduersus eum insultans, pro Imperatore terreno apud cælestem se mediatorem interposuit, morboque fugato, meliorem spem afflicti parentis animo iniecit. At verò simulac puerum sanitati restitutum viderunt serpentes, rursus leuis Imperatoris animum deprauarunt, eiusque filio accepto baptizarunt illum, non spiritu sed aqua tantum, impiè Dei filium reiicientes. Vnde iusta indignatione commotus Basilius, ingrati Imperatoris mentem liberè redarguit, & statim post puer interiit. Atque ita rebus stupendis Eliæ non inferiora, signisque Helisæi non minora Basilius edidit.

Sanatur Valentis filius Basiliij precibus.

Ariani eum baptizant.

Moritur Valentis filius.

Varia fuere & præclara Basiliij miracula.

Valens iterum machinatus Basilio exilium.

At quis dignè enarrare poterit, imbres miraculorum, quæ ostendit Beatus & fidelis Basilius? Cùm autem impossibile sit, narratione complecti tanta illius viri rectè facta, omnibus prætermittis, vnum tamen commemorantes, ostendemus etiam, quomodò rationis ac sensus expertia, simul cum viro isto pugnauerint. Nam cùm omnem mouerent lapidem genimina viperarum, quo iustum è medio tollerent, assiduis præsertim illius verbis simul ac miraculis, tanquam telis quibusdam vulnerati, Valentem Imperatorem accesserunt, postulantes eum exterminari. Imperator autem illorum adductus sermonibus, incubuit ad voluntatem denud eijciendi Basilius in exilium. Cæterùm calamus statim, nolens iniquo subuenire consilio vltro contractus est, insipientem erudiens, quam enorme facinus patrare niteretur in seruum Christi, vnam diuinitatem Patris & Filij & Spiritus sancti prædicantem, eosque
qui

Imperato-
ris calami
tres perfra-
cti.

qui secus sentirent aut dicerent, tanquam canes rabidos sapienter reprehendentem. Cum autem non intelligeret tyrannus, ut qui inanimato calamo insensibilior erat, ac filius erroris, secundum quoque arripuit ad subscribendum sententiæ exilij, & ad voluntatem suam iniquam perficiendam; quem etiam vidit confringi, nolentemque communicare malo, quod ipse enitebatur facere. Quin & tertius calamus sumptus, etiam contractus est, nolens parere ac cooperari iniustitiæ. Tunc perspicuè omnibus, præconis voce, victoria pronunciata est, & illustre trophæum inuicti militis Christi erectum. Tres siquidem calami consubstantialitatem Trinitatis prædicanti patrocinari sunt. Manus ad sententiam proferendam accelerabat, & calami illam iniustam demonstrarunt. Manus ad improbum exilij decretum scribendum festinabat, & calami inanem festinationem ac studium retardabant.

Hæc ex ijs
quæ sunt a
pud Surium

Cæterum Valens, Constantinopolim per Nicæam iter instituens, principes Arianae impietatis, nouis Orthodoxos calumnijs exagitantes inuenit. Instabant, urgebantque, ut Catholici Ecclesia cederent, liberamque Ariani praua sua dogmata populo prædicandi potestatem facerent. Cumque impiorum conatus superueniens Imperator, & voluntate & facto vehementer probaret, Catholici pietatis fideique propugnatores acerrimi, rem penè iam deploratam ad Basilium deferunt. Accurrit ille, & Pontificia auctoritate grauis, Imperatorem conuenit, intrepidè hominem manifestæ impietatis redarguens, quod Orthodoxos iniquo opprimeret iudicio, & Cacodoxos, deprauatæ sententiæ homines, in Christianæ fidei perniciem omni beneuolentia & fauore prosequeretur. Imperator rursus viri sanctissimi constantiam reueritus, cum

Ecclesiam
Orthodoxis
ablatam,
Valens dat
Arianis.

Basilium eam
repetit.

neque

neque minas, neq; mortem pro iustitiæ defensione eum extimescere, haud ignoraret. Vade, inquit, Basili, & iudicis officio, inter partes de Ecclesia contententes fungere: ita tamen ne immodico populi tui amore ductus, parum æquus iudex inueniaris.

Acceptis itaque Basilius à Valente litteris, Iudex Nicæam contendit, accitisque Arianis, Imperatoris decretum eis exhibuit. Er illi, Iudica, inquit, ex sententia Imperatoris. Nihil recusamus, dummodò ab eius decreto non receditur. Quibus Basilius, Claudantur, ait, templi fores, & firmis vtriusque partis signaculis muniantur. Primi que vos dies tres, totidemque noctes in precibus expendite, & siquidem euntibus vobis ad Ecclesiam, diuinitus referatur, vestri iuris, perpetuò erit. Sin minus, Nos vnicam in oratione vigilem agemus noctem, & siquidem manè cum psalmis & litanijs ad eam tendentibus vltro patuerit, nobis iure perpetuo adiudicabitur. Arianis cum postulatum æquitatis plenissimum recusare nõ possent, quod reliquum erat, ad preces vigiliasque, sese composuerunt, totoque triduo tandem exacto, ad Ecclesiam venere. Sed fores templi, perfidorum precibus, nequaquam referata sunt. Ita vt fessi tandem inanes recederent, Basilioque similiter precandi tempus concederent. Tum vir sanctus, aduocata fidei concione, pernox in precibus diuinã implorauit opem, factoque mane longo supplicantium agmine, Kyrieleyson prolixè in clamantium ad templum processit. Aderat ingens Arianorum multitudo, parata, & templum occupare, & Antistitem cum Orthodoxo populo repellere, si fores ad eorum preces similiter obsecrata manerent. At Basilio sublati manibus tem-

Ariani frustra sibi fores Ecclesie referati precantur.

B

pli

Catholicis
orantibus
patescunt
fores.

Aliz Basilij
tribulatio-
nes maximæ

Basilij
per ora ho-
minum tra-
ducitur hæ-
reticus.

Malè audire
apud hære-
ticos glori-
osum.

pli valvas in nomine Sanctissimæ Trinitatis con-
signante, & populo pijs vocibus Christi Iesu vir-
tutem innocante, vectes vi orationis contriti
sunt, pessuli laxatis clavis deciderunt, & ostia tan-
quam valido concussa vento, liberam Orthodo-
xis, stupentibus interim Arianis, ingrediendi po-
testatem fecerunt. Atque hic quidem munda-
num externumque bellum conclusum est, finem-
que habuit, Deo fauente, lætum atque felicem,
qualemque fides sanctissimi viri merebatur. Ve-
rum enimvero, paulò post, Eustathij, Ariani cu-
iusdam Antistitis perfidia, præteritis (proh do-
lor) multò acerbioribus fuit excruciatum, spiri-
tualibus confictationibus, vexationibusque, ac
vndique in eum constatis congestisque exagita-
tus calumnijs, ita ut non ab hostibus tantum,
sed & à proximè sibi studio atque affectione con-
iunctis, fideique professione cohærentibus, in
suspicionem hæreseos adduceretur. Quæ res,
quantum, ad aliquod temporis spatium, haud so-
lum in Oriente, sed & in Occidente, viri sancti
famæ attulerit detrimenti, vix credi posset. Et
certè magna erant hæc cruciamenta Basilio. Nam
malè apud hæreticos audire, gloriæ loco ducen-
dum erat.

Sed apud præclaros fidei Catholicæ defen-
sores, eiusmodi dictari, atque credi, intolerandum
planè, & quouis supplicio grauius videri pote-
rat. Vndè & factum est, ut nemini se iam prope-
modum crederet, omnesque pariter vereretur,
ac dolorem immensum in penetralibus cordis
occultans, illum mœrore decoqueret: Quod
cum nihil penes se, ab ipsis incunabilis antiquius
fuerit, quam Catholicam fidem illibatam in om-
nibus

nibus conseruare, eius tamen præuaricator, defertorque, sæpius & à pluribus accusaretur. Denique tot tantisque malis ac tempestatibus fuit agitatus, vt instar Eliæ, tædio iam victus mortem vitæ præferret. Illud verò omni admiratione dignum est, quod homo ægra valetudine & longa infirmitate exhaustus, tot insuper doloribus confectus, ac tempestatibus penè obrutus, nihil tamen totius fermè Orientalis Ecclesiæ tot exagitæ fluctibus, propensioris curæ & sollicitudinis intermitteret. Verè enim sponsam Christi amabat ardentè, paratus vtique pro illius amore, si opus fuisset, sanguinem profunderè.

Basiliius inter tot calumnias & aduersitates nunquam deserit Ecclesiam.

Sed quæ vis orationis omnia huius viri facta explicare poterit? Ita enim per omnia virtutum genera grassatus est, vt in eo præclarum & eximium pietatis suæ specimen edidisse Deus videatur. Id quod exemplorum veritate perspiciemus. Neque enim singulas illius virtutes, quas superius libauimus, referre in animum ducimus.

Fuit omnibus naturæ & gratiæ donis ornatissimus.

Egregia, & inter omnes planè regia virtus est Charitas, quam cum in pauperum alendorum cura, tum multò præclarior in animabus Deo reconciliandis exercuit. Proterio Senatori, eximia fide ac pietate viro, filia erat, quæ summa parentis voluntate & gaudio Christo se consecrare decreuerat. Sed diabolus, qui sanctiori vitæ studio inuidebat, mox vnum è seruis illius, in puellæ amore acriter inflammavit. Ille verò concepta visceribus peste, indignè se tanto connubio haud ignorans, execrabilis cuiusdam magi opem ingentis auri vis, si puellæ nuptijs frui posset, polli-

Subsequentia miracula desumpta sunt ex ijs quæ extant apud Suriũ.

Implorat seruus quidam magi cuiusdam opem.



Abiurat
Christum vt
conubio
puellæ cu-
iusdam com-
pos fiat.

pollicitatione, implorat. Cuius diabolica opera, scriptis litteris, Christi fidē abiurata, seseque totum tenebrarum principi mancipans; optatæ rei tandem efficitur compos. Pius siquidem parens, puellæ à fornicationis dæmone agitatæ, precibus importunis, vberimis lachrymis, obtestationibus, comminationibus ac amicorum consilijs denique victus, infelicem, suspirans, miserimo tradidit seruo, & iniquo matrimonij foedere sociavit.

Prodit se ser-
ui impietas.

Vxor pro eo
Basilij opem
implorat.

Inito igitur matrimonio, & eo mali dæmonis facinore perpetrato, non multo post tempore, nequissimi istius mancipij manifesta se prodidit impietas. Visus namque sacra limina templi non visitare; ad vxorem delatus est, quod à Christiana religione extorris, & profus esset alienus. Illa accepto hoc nuntio, tanta est caligine ac mœreore perfusa, vt flens gemensque, & vnguibus genas laniens, se perditam clamaret. Totius verò rei ex blandiente & lachrymante marito certior facta, in re penitus desperata ad Basilium confugit, preces eius opemque implorans, vt à miseranda dæmonis captiuitate solueretur. Basilus rei gestæ seriem, per ordinem cum intellexisset, maritum ad se adduci præcepit, adhibitoque saluari medicamine, vtriusque animum ad certam spem veniæ erexit. Et quidem maritus votis precibusque in Christi libertatem restitui optabat, sed scriptum manu propria chyrographum, omnem planè spem præcidebat. Hortanti tamen, monenti que Basilio supplex parebat, illoque & duce pariter ac adiutore, per angusto admodum loco se inclusit, die nocteque ad Christi pedes abiectus, vt perfidiæ suæ veniam mereretur. Nullos interrim non clamores, terroresque intentabant dæmo-

dæmones, suum sibi mancipium iure vendican-
tes. Sed Basilio fidei clypeo, assiduisque precibus,
pugnam eorum sustinente, peruenit miser, ac ma-
gno Dei miraculo, maioriq[ue] Ecclesiæ gaudio, e-
uasit liber. Nam die quadragesimo, cum solemn[i]
populi supplicatione eductus, inter preces, la-
chrymasque cunctorum fidelium, & horrendos
cacodæmonum terrores, dilapsus per aera ad Ba-
silijs pedes chyrographum, lætabundus recepit, &
plenus spe ac gaudio Ecclesiam intrauit. Ibi cum
Basilio, exoptulante nequicquam de iniuria ca-
codæmone, scriptum decerpit, hominemque e-
miseranda dæmonum seruitute in Christi liber-
tatem asseruit, ac postremo, viuificis expiatum,
munitumque sacramentis, coniugi tradidit. Et
hæc quidem agris animabus præstabat. Corpori-
bus verò varijs calamitatibus, foedisque morbis
contaminatis, tanta benignitate & humilitate
subuenit, vt omnibus planè persuaserit, ne homi-
nes cum simus, homines contemnamus, nec no-
stra, in illos crudelitate Christum vnum omnium
caput ignominia afficiamus: sed in alienis cala-
mitatibus nobis ipsi optimè consulamus, Deoque
misericordiam, qua ipsi egemus, sceneremur.
Quocirca nè labra quidem vir generosus, & ge-
nerosis parentibus ortus, nominisque splendore
clarissimus, ægrotis adiuuere grauabatur, sed vt
fratres amplectebatur, vt sapientissimo ipsius ex-
emplo, ceteri quoque ad ægrotorum corporum
curationem accedere non vererentur. Ita non
modo loquendo, sed etiam tacendo eos cohorta-
batur. Sed ad animarum curationes reuertamur,
quæ quanto corporibus sunt præstantiores, tanto
impensa illis misericordia illustrior, omniq[ue]
laude maior est.

Basilij precl-
bus dæmo-
nis manci-
pium libe-
ratur.

Morbidos
quoslibet
vir sanctus,
magna cha-
ritate com-
plectitur.

Iosephus Iu-
dæus, medi-
cus, à Basilio
ad Christi fi-
dem conuer-
titur.

Iosephus quidam erat, Hebræus genere, me-
dendi peritissimus, quem intima familiaritate,
non absque multorum inuidia, Basilius com-
plectebatur. Diuino namque edoctus oraculo,
firmam de æterna hominis salute spem conce-
perat. Itaque imminente iam tempore quo ex
hoc exilio, ad patriam vocandus erat, sub præ-
textu capiendæ medicinæ Hebræum aduocauit,
illumque quid de morbi ratione sentiret, per-
cunctatus est. Hebræus verò tentata vena, ilicò
domesticis, vt funeri necessaria pararent, edixit.
Hic enim, inquit, iam planè moritur. Ad quem
Basilus, Nescis, ait, quid loquaris. At contra
Hebræus; Crede mihi, inquit, Domine, sol cum
sole hodie occumbet. Et Basilius; Quid, inquit, di-
cturus es, si in matutinum vsq; tempus supervixe-
ro? Dicit Iudæus. Ego profectò moriar; nam mi-
hi crede, vix tibi dimidiæ horæ, spatium vitæ su-
perest. Et vir sanctus. Moriaris, inquit, pecca-
to, viuas autem Christo. Scio quid dicas, ait He-
bræus, & faciam sanè quod vis, si eousque su-
peruixeris. His dictis Hebræus recessit; & San-
ctus Basilius tota mente conuersus ad Dominum,
non tam sibi vitæ spatia, quam Iudæo æternæ vi-
tæ cognitionem postulauit. Facto verò mane, ac-
cessit Iudæus ab eo, quem planè extinctum cre-
debat, adfuit, vidensque sanctum Basilius vita-
li spiritu verba facientem, vehementer obstu-
puit; prorsus vt ad illius pedes abiectus, inuisam
Christo Iudæorum religionem abiuraret. Hic
verò nouo rursus miraculo & Iudæi fides con-
firmata, & Christi fidelium gaudia multipli-
cata sunt.

Baptizatur

Basilus namque, quanquam delassatis naturæ
viri.

viribus, stupente Iudæo, surrexit incolumis, restaque ad Ecclesiam contendens, viralibus aquis Hebræum eiusque familiam expiavit. His ritè peractis cum cursu confecto, fideque servata, resolutionis desiderio teneretur, tempulque coronarum appeteret, maxima ex parte iam vita perfunctus, circa extremos sermones inualefcit, ut cum pietatis verbis abscederet, ac fidelissimis suis cultoribus, ad Ecclesiasticos gradus provehendis manum & spiritum præberet, ne sacratio fraudarentur, quos discipulos, atque in sacerdotio adiutores habuerat. Cumque extremos ducens spiritus, oculos ad coelestem chorum conuersos haberet, circumfusa illi tota penè ciuitas, discessum eius perindè ac tyrannidem accusans, animam, non secus ac si vel manibus vel precibus retineri posset, arripere tentabat. Mentis enim errorem ex mœnore contraxerant, nec quisquam erat, qui non aliquam vitæ suæ partem, si fieri posset, illius vitæ addere paratus esset.

Iosephus, à Basilio cum tota familia

Basilij in extremis constitutus, promouet & hortatur suos.

Immensæ ciuium, in Basilium, charitatis indicium.

Tandem autem cum sacrosancta doctrina, eos qui aderant, nonnihil instruxisset, extremisque alloquijs meliores effecisset: In Redemptoris manus, spiritum commendans, animam lætus exhalauit, Angelorumque choris, à quibus in cœlum ferebatur, adiungitur feliciter. Tum verò summè admiranda omnium qui aderant, in virum sanctum charitas & beneuolentia palam manifestatur. Omnes quippè dabant operam, partim vt simbriam arriperent, partim vt vimbram, partim vt feretrum quo sanctus portabatur, vel solum attractarent, partim vt propius ad

Tradit Deo animam.

Basilij suus

Summus o-
mnium lu-
ctus.

Sepelitur.

Hac Apo-
strophe vti-
tur. Ephra-
em ad finem
orationis,
quam in lau-
dem Basilij
habuit.

eos qui corpus ferebant, accederent, partim vt
aspectu solo fruerebantur, tanquam eo quoque vil-
litate aliquid afferente. Plena erant fora, portu-
cus, duplicia & triplicia tabulata hominum il-
lum deducuntium, præeuntium, sequentium, asse-
stantium, seque inuicem conculcantium; multa
hominum millia omnis generis & ætatis ad eam
diem incognita. Psalmodiæ luctu interrumpen-
bantur ac vincebantur, patientia doloris magni-
tudine frangebatur. Certabant nostri cum exte-
ris, cum Ethnicis, Iudæis aduenis, ijque vicissim
nobiscum, vtris vberiores lachrymæ, vberiozem
vilitatem afferrent. Vt finem faciam, in pericu-
lum etiam luctus deuenit; pluribus nimirum ho-
minibus, illa propulsione & protrusione violen-
tia extinctis, atque hinc simul cum eo digressis;
qui etiam mortis nomine felices existimati sunt,
vt ipsius itineris comites, atque, (vt feruentiorum
quispiam dixerit) funebres victimæ. Tandem cor-
pus, vix raptoribus elapsum, ac prosequentium
victor, in parentum sepulchro conditur, ac sacer-
dotibus sacerdotum princeps, prædicatoribus
magna vox, Martyribus martyr adiungitur. O felix
Basilij, velut Abel acceptus, sicut Noë saluatus, tan-
quam Abraham amicus Dei vocatus, vt Isaac pro-
victima Deo oblati; instar Iacob tentationes for-
titer pertulisti, & sicut Ioseph magnificè glori-
ficatus es. Vt Moyses, Pharaonem posteriorem vir-
ga Crucis demersisti, mare passionum secans. Vt
Aaron, summus sacerdos Domini fuisti. Vt Ie-
sus filius Naue, inimicos in fugam vertisti. Vt
Phinees æmulator, gratia dignus habitus. Vt I-
saïas, spirituali igne mundatus. Vt Ezechiel, se-
dentem super Cherubin spectasti. Vt Daniel o-
ra Leonum obturasti: & sicut tres pueri, aduer-
sario-

fariorum flammam rectè conculcasti. Instar Petri prædicasti. Instar Pauli docuisti. Instar Thomæ, filium Dei passum cōfessus es. Instar Martini, Marci, Lucæ, & Ioannis de rebus diuinis disseruisti. Instar Apostolorum iniquos erudisti, impios conuertisti, & Deo gratus fuisti. Deprecare pro me admodum miserabili, & reuoca me tuis intercessionibus pater. Hæc, aliaque multa in laudem Basilij S. Ephræm, vir quidem ab omni adulatione remotissimus, veri que, si quis alius, studiosissimus. Quidni autem summis efferret virum præconijs, quem diuini Spiritus sciret aperta testificatione laudatum? siquidem cum illum conuenit, vidit super eius dextram insidèrem columbam, eique concionanti sermonem suggerentem. Tanta porro refulsit claritudine, vt eum omnes tanquam omnibus numeris absolutum, sibi propulerint imitandum exemplar, nullum putantes in eo habendum defectum, vt quid deligendum, feligendum uè quid in eo existimarint: sed quæcunque eius essent dicta vel facta, etiam quibus natura minus feliciter arrisisset, eadem ex eo tantum, quod Basilij essent, exacta perfectaque putarint. Quod autem spectat ad eius scripta: Egregios contra Eunomium elaborauit libros, & de S. Spiritu volumè, & in hexameron homilias nouem & breues variosque tractatus. Sed & à principio ad finem vsque, diuinam scripturam est interpretatus Græcè. Extant porro eiusdem complura decreta, quæ Ecclesia Orientalis, piè sancteque obseruanda suscepit, vt quæ continentur in tribus epistolis ad Amphilochem datis, in alia ad Theodorum scripta, alia ad Gregorium siue Pargorium, qua vetuit senem septuagenarium habitare cum scemina, & ad Corepiscopos

S. Ephræm
inuocat S.
Basilium.

Sanctitatis
Basilij, cui
dedit signū.
Basilij summa
perfectio.

Varia & præ-
clara eius
scripta.

Epist. 76. de ordinandis. Insuper perfrinxit grauerit Simo-
 Basil regul. niacos, sed & nundinationes fieri solitas in festis
 fusi disput. SS: Martyrum vetuit.
 interrog. 40

S. Basilij ef-
 figica.

Procero fuit habitu corporis & recto, siccus,
 gracilis, color eius fuscus, vultus temperatus pal-
 lore, iustus nasus, supercilia in orbem inflexa
 & adducta, cogitabundo similis fuit, pauca
 in vultu ruga, exque renidentes, genae oblon-
 ga, tempora aliquantum caua, promissa barba,
 & mediocris canities. Vna illi tunica & pallium
 vnum, & humi cubatio, & balnei contemptus, il-
 la eius decora ornamenta, & vigiliae. Et coena sua-
 uissima atque pulmentum illi erat, nouum, in-
 quam, illud condimentum panis & sal, & potio
 sobria & vberima: quam fontes proferunt. Sus-
 ceptus est autem in locum Episcopatus eius, Gel-
 ladius ipsius discipulus, à quo scriptus fuisse res
 ab eodem Basilio gestas auctor est Damascenus,
 sed non extant, quae autem Amphilochoij falso no-
 mine fertur vita Basilij, haud digna satis habetur
 quae eruditorum auribus ingeratur, nisi adeo sint
 perspicaces, quae in eis quae sint vera à falsis dis-
 quirere atque discernere valeant.

Voluntaria
 paupertas
 eius.
 Et Abstine-
 tia.

Succedit ei
 in Episco-
 patu Gella-
 dius eius di-
 scipulus.
 De imagin-
 Orat. 1.
 Basilij vita
 scripta ab
 Gelladio non
 extat, quae verò

Amphilo-
 choij nomi-
 ne fertur
 spuria.

Vide Czf.
 Baronij An-
 nal tom. 6.
 & 7.

VITA B. FVLGENTII, ECCLESIAE
 Ruspenfis Episcopi, ex ea quae est fideliter conscripta,
 à quodam ex discipulis eius, ad Felicianum Episco-
 pum. Desijt ab humanis, Anno ab Incarnatione
 Domini 529. Felix sedis Apostolicae pra-
 sulis 4. Iustiniiani verò Impera-
 toris 3.

5. Ianuarij.

BEatus Fulgentius, nobili Carthaginensium
 senatorum genere, auo Gordiano, à Gense-
 rico rege, Carthaginis victore, in exilium
 misso,

misso, oriundus in ciuitate Leptæ: patre Claudio, matre verò Mariana natus est. Quem pia mater, patre è viuis sublato, Græcis ac Latinis pariter apprime eruditum litteris, paternæ domus gubernationi præfecit. Quod ille munus tãra, industria executus est: vt ad procurationis prouinciæ officium assumeretur. Sed vanæ foelicitatis tædio victus, & graui sæcularium negotiorum sarcina prægrauatus, animum paulatim magis magisque, ad indefessum lectionis & orationis studium appellere cœpit. Deindè monasticæ vitæ conuersatione mirificè delectatus, & rerum diuinarum dulcedine allectus, suauissimaq; virtutum omnium fragrantia, quam ex monachorum percipiebat familiaritate captus, serio de vitæ genere mutando secum deliberauit. Sed ne subita violentaque mutatio, corpus simul cum mente transfersum raperet, occultis primum ieiunijs exercere; dehinc antiquorum sodalium consortia vitare; postremò cunctis iam vitiorum hostibus ex cordis sui ditione profligatis, quod animo compressum tenuerat, monasticæ vitæ propositum promulgare non erubuit: vt quamplurimos insigni virtutis exemplo, ad imitationem traheret.

Fuit tunc temporis, quidam Episcopus nomine Faustus, Hunerici tyranni malignitate, à cathedra sua relegatus. Hic monasterium, mirabili virtutum splendore conspicuum, construxerat. Ad hoc à Fausto, magna cum precum instantia admisus Fulgentius, tam excellens conuersionis suæ specimen præbuit, vt nõ pauci ruptis prauæ consuetudinis vinculis, illi sese aggregarent. Huius rei fama ad matris aures delata, bone Deus, quas illa tragœdias non excitat? Turbatur, expauescit,

& fœ-

Patria & genus eius.

Genfericus V Vandalorum rex.

Vide quam prudenter, & quo ordine ad monasticam vitam se componat.

Hunericus maior filius Genferici, & in regno successor. A Fausto ad monasticam disciplinam suscipitur.

& foemineis cœlum lamentationibus implens, inconsideratis ad monasterium cursibus furibunda rapitur, ac sciens quantum à filio diligeretur, Fulgentij nomen ante fores iterato nequicquam inclamans, desolationem suam miserabiliter allegabat; sed ille solitam pietatem, religiosa crudelitate vincebat. Hac prima tentatione, non sine ingenti fratrum omnium admiratione deuicta, tantis abstinentiæ laboribus carnem domuit, vt eximiam delicati corporis pulchritudinem, diuersis vlceribus & impetigine foedaret; omnes spiritualis vitæ hostes, insita animi virtute ita profligans: vt plurimos in sui stuporem conuerteret.

Maternos affectus superat.

Arianorum furor.

Ad Felicem Abbatem migrat.

Felix Abbas, ab Arianis flagellis, B. vero Fulgentius fustibus caeditur.

Sed hunc foelicem successum, Arianorum furor, qui Faustum Episcopum persequabantur, monasterioque excludebat: interturbare conatus est. Quare Fulgentius, ad Foelicem Abbatem, vicino monasterio præfectum, commigrauit, à quo continuo in societatem regiminis, frustra reluctans, assumptus est. Sed cum subito barbaricæ multitudinis incursum turbaretur prouincia, inclyti cælestis exercitus duces, per ignotas Africæ regiones, sacra monachorum comitante caterua, spiritalia mouent castra. Dumque in territorio Siccensi, regionis foecunditate delectati, certas figere sedes statuunt, Foelix quidam, in foelix Arianæ perfidiæ præco, crudelem erga Dei seruos, persecutione, diris inuidiæ stimulis concitatus, molitur. Vinculis igitur constricti, ad Arianum presbyterum trahuntur; & primo quidem, Foelix Abbas flagellorum crudelitati subditur. Deinde beatus Fulgentius, violentis immanissimè fustibus contunditur. Vterque tandem omnibus spoliatus vestimentis, è domo exturbatur. Crudelissimi statim fama

fama sceleris, vniuersam oberrat regionem, factumque, bonus quilibet, supplicio dignum clamat; sed Christi serui, contumelia ob eius nominis gloriam accepta gauisi, vindictam omnem respuebant, conuocatisque fratribus, vicina provinciae suae loca repetentes, Maurorum potius barbariem, quam Arianorum scunitiam perferre elegerunt.

Barbarorum
magis quam
haereticorum
scunitiam
eligunt.

Igitur Ididi nouam propter ciuitatem, iactis monasterij fundamentis, turbata vitæ monasticae exercitia restaurant, & religionis splendorem, longè lateque diffundunt. Sed Fulgentius Aegyptiorum monachorum instituti æmulus, charismata adhuc meliora, nocte dieque meditabatur; Igne diuini amoris tam excellenter succensus, ut neque itinerum difficultate, neque periculorum magnitudine deterritus, primò Carthaginem, inde Syracusas, vnico peregrinationis socio, Redempto nomine, proficisceretur. Sed cum ex Syracusano antistite B. Eulalio, Aegyptum sacro fulmine, ab Ecclesiae communione, segregatam intelligeret, ne apud rebelles, fidei suae imprudens fortè naufragium faceret: Hyemem illam, apud S. Eulalium, admirabilis hospitalitatis virum, transmissit. Indè consultandi gratia, ad Rufinianum Episcopum, in exigua Siciliae insula, monasticis disciplinis eximie florentem, commigrauit. A quo similiter, ab Aegyptiaca profectioe deterritus: pristinum pietatis studium repetere decreuit. Itaque ut venerabilis, sacra martyrum loca Romae visitauit, oblato opportunè nauigio, ad Africam appulit: Incredibile monachis suis gaudiū, sua praesentia adferens. Nec monachorum tantū, sed & secularium praecipua nobilitate praestantium mira fuit exultatio: Adeo ut, Byracenae provinciae

Ididi ciuitas.

Loca sacra
Romae inu-
sit.
Redit ad
monasteriū
suum.

uinciae primarius, Syluestrius nomine, locum quendam, ubertate glebae in primis egregium, fabricandoque monasterio aptissimum illi donaret: nulloque non charitatis studio, eum sibi deuinctum haberet. Condidit verò B. Fulgētius, in loco sibi concesso, cenobium, non tam lapidum magnificentia, aut structurae nouitate visendum: quae caelestium omnium virtutum maximarum splendore sanè admirandum.

Monasteriū
construit, in
Prouincia
Byzacena.

Ibi verò orationis & lectionis suauitate vehementer inescatus, de molesta praefectura istius sarcina abijcienda cogitare cepit. Occurrebat illius animo, monasteriū, in medio maris, Vincensi Littori proximum: omni humanarum rerum solatio destitutum. Eò itaque, calore pietatis planè incensus peruolauit ocyus: maximis summe beneuolentiae indicijs, ab Insularis fratribus receptus quidem, sed Fausti Episcopi interminatione illicò reuocatus, ab eoque sacerdotij munere, (ne spiritalis vitae dulcedine victus, ad solitudinem resiliiret) consecratus est. Istis igitur honorum, onerumque vinculis cōpedibus, animū vel inuitus, ad tractanda prudenter, commissi sibi regiminis gubernacula adiecit. Cuius fama, cum sanctitatis opinione celebris longè lateque vagaretur, ad Episcopalem dignitatem, populi vocibus, pertrahi cepit. At ille honorum, dignitatumque titulos maxime abhorrens, quae sicut latebras, quae illum ad tempus protexere. Sed ad monasterium tandem reuersus, à complexu suorum, violenta multitudinis manu auulsus, inuisum honoris culmen cōscendere coactus est. Neque tamē ea propter, rigorem monasticae disciplinae excussit, sed ad vltimum vitae spiritum constantissimè seruaui.

Presbyter
consecratur.

Inuitus suscipit Episcopatum.
Honores non mutant illi mores.

Hac porro in dignitate constitutus, ingentem miseriarum cumulum deuorauit. Defensor fidei Catho-

tho-

tholicæ præ cæteris acerrimus, cum sexaginta & ed amplius episcopis, exilio damnatus: eorum ipse & lingua & Ingenium dicebatur; tanta inter illos & prudentiæ & pietatis opinione præcellens, vt licet ordine vltimus foret: sententia tamen, in grauissimis fidei quæstionibus, semper primas teneret.

Quid referam animi virtutem, eloquentiæ vim, atq; verborum præstantiam, deniq; sententiarum auctoritatem, qua Trasamundo Regi, astuto veritatis oppressori resistit? Quid commemorem admiranda Ingenij eius monumenta, quibus impias & perfidiæ plenas confutauit propositiones? Certè tanta omnia ipse & dicta & scripta, sapientia claruerunt, vt maxitum etiam apud impium, perfidumq; regē pondus haberent. Laudabat sapientiam, mirabatur eloquentiam, prædicabat humilitatem, veritatem tamen iusto Dei iudicio, mentis oculis inspicere non meruit.

Coruscantē tam insigni virtutum omnium splendore, Ariani haud mediocriter timebant. Trepidantē perfidæ religioni, nimis maturum inferret exitium. Itaque Satanæ stimulari inuidia, assiduis Trasamundi regis obtudēre aures clamoribus, vt secundo virum sanctum exilio multaret. Vincitur ille impiorū suasionibus, damnatq; innoxium populo vberimis lachrymis eum prosequente. Iuliateum autem, virum quandam, eximia religione præstantē, cæteris omnib. grauius ingemifcentem, ipse compellauit, bonoq; animo esse iussit, prophetico spiritu reditum suum, restaurata Ecclesiæ Catholicæ libertate denunciatis. Quod planè ita euenit. Nam Trasamundo Rege extincto, per Hildericum successorem, longissimæ captiuitatis catena disrupta est, & integra Eccle-

Mittitur in exilium cum alijs 60. Episcopis.

Præconia S. Fulgentij.

Trasamundus rex laudat quidem Fulgentij sapientiam, & tamē in perfidia persistit.

Veretur virum Dei Ariani. Secundo multatur exilio.

Diuitius prænoscit reditum suum

Hildericus successor.

Trafamun-
di, vnitatem
ecclesie re-
stituit.

Ecclesie Catholice per Africam restituta liber-
tas. Carthaginem autem reuersus, tanto cum gau-
dio & obsequio à fidelibus exceptus est, vt imbrè
improvisò de cœlo decidentem, vestimentis suis
nouo tabernaculi genere, à capite eius auerteret.
Insignis eius humilitas, cum eximia prudentia &
eruditionis laude coniuncta, omnibus eum cha-
rum reddebat. Sed nunc sanctissimum eius, post
tot tantorumque laborum decursum, exitum at-
tendamus.

Ante annum ferè quàm de isto sæculo rapere-
tur, omnibus ecclesiasticarum rerum negotijs va-
lere iussis, ad insulam Cirtinam, paucis comita-
tus fratribus nauigauit, ac in breui quodam sco-
pulo, Chilmi nomine, vbi iam monasterium fa-
bricari mandauerat, tantis pœnitentiæ indicijs,
lectioni, orationi, & ieiunijs vacauit, vt primum
inchoanti similis appareret. Sed charitatis neces-
sitate constrictus, fratribus, absentiam viri sancti,
ægrè nimium ferentibus, ad monasterium suum
iterum descendit. Iamque tempus, quo fidelem
seruum Dominus requirebat, instabat. Repentina
igitur infirmitate corripitur, & septuaginta pro-
pè diebus ægritudine fatigatus, hoc solùm fre-
quenter dicebat, Domine da mihi modò hic pati-
entiam, postea indulgentiam. Fratribus autem, dif-
cessum, patris, lachrymosis singultibus deploran-
tibus dixit; Ego fratres animarum vestrarum sa-
luti prospiciens, molestus forsitan & difficilis vo-
bis exiti; ideoque obsecro vos, ignoscat mihi, qui-
quis aliquid dolet, & si debitum, seueritas nostra
transgressa est, modum, orate, ne mihi hoc Domi-
nus imputet ad peccatum. Illi contra, super ge-
nua eius cadentes, semper bonum, semper affabi-
lem pro omnium salute, sicut decuit inuigilasse
clami-

Ad extrema
tendēs, quo-
modo se ha-
buerit.

clamitant. Tunc imperato silentio, viduarum, pupillarum, cunctorumque indigentium memoriam recolens, tanquam bonus & fidelis, commissæ sibi pecuniæ, dispensator, singulis pro conditione distribui mandavit: Dein, iugi orationis studio in Deum eleuatus, postremo die Calendarum Ianuariarum post peractam vesperam, beatum spiritum in manus Domini tradidit, anno episcopatus sui vigesimo quinto, vitæ autem totius sexagesimo quinto, sicut multis ante fratribus, morti proximus indicauit.

Migrat è vita sanctus antistes.

MARTYRIVM SANCTISSIMAE VIRGINIS MARTINÆ

Ex eo quod est ex vetustis M.S. Codicibus erutum, per Reuer. P. Laurentium Surium.

Passa est anno Christi 228. Urbani Papæ 2. Alexandri autem Imp. 4.

Vide Cæs. Baron. in Notation. Martyr. Roman. & to. 2. Annal. Eccl.

Martinæ virgo, vt generis claritudine nobilis, ita pietate in Deum clarissima, egregiam planeque admirandam Christianæ fidei ac virtutis edidit confessionem. Accusata namque à Christiani nominis hostibus, persecutoribusque acerrimis, cum ad Apollinis delubrum deducta, nefando simulachro thura offerre cogeretur, Christi potentia, virtutiq; confisa: in preces diu multumque incubuit, cæleste haud dubia fide auxilium expectans, vt fugato dæmonio, summa sacerdotum impietas, perfidiaq; cunctis innotesceret. Neque eam fefellit expectatio. Precibus namq; ritè persolutis, factoque de more crucis signo, tantus repente motus vniuersam concussit ciuitatem, vt euerso Apollinis delubro, & comminutis simulachris, bona insuper populi multitudo, cum profanis sacerdotibus eadem ruina occumberet. Ea re turbatus, pariterque commotus

t. Ianuarij.

Clarum genus S. Martinæ.

S. Martinæ Apollinis delubrum oratione prosternit.

C Præses,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Inter tormenta ab Angelis confortatur.

Præses, virginis faciem alapis cædi, vnicisque ferreis palpebras lacerari iussit. Cùm verò in Christi confessione constanter persisteret, ecce viri quatuor cælesti splendore fulgentes, astitère protinus; qui virginem confirmantes, pœnas illatas auertebant, multoq̃ue maiore cruciatu ipsos carnifices, eam nequicquam perdere conantes: afficiebant. Præses id quidem carnificum segnitie fieri existimans, minaci toruoq̃ue vultu, ad supplicia inferenda eos vrgebat, ni facerent, eandem cum virgine perniciem minitans. Illa autem pro salute tortorum suorum Deum orante, lux cælestis cunctos circumdedit. Qui animis Christi gratia repente mutatis idolorum cultum constanti confessione execrati sunt; sicq̃ue omnes octo numero, hortante virgine, ad martyrii palmam, datis intrepidè cervicibus perueniunt.

Tortores ad Christi fidem convertuntur: & martyrio coronantur.

Grauisimè eruciatur sacra virgo.

Altera dein luce, sacra virgo blandis admodum verbis, multis magnisque pollicitationibus ad Deorum sacrificia inuitata est. Sed verbis, ac promissis irritò conatu adhibitis, ad cruciatum reditum est. Et primò quidem toto corpore atrociter laniato, in quatuor distenta palos, à duobus centurionibus diu grauitèrque fustibus cæsa est. Mutati per vices septem carnifices. Sed virginis constantia victi, præsidem vt ab inferendis supplicijs desistere liceret, rogârunt. Ille verò flagellis eam concidi mandans, tandem Eunemij prædiuitis cuiusdam consilio, carceribus mancipari iussit, vbi noctem in laudibus & hymnis, & iucundissimo iubilo cum Angelis transegit.

Cum Angelis in carcere psallit.

Mane autem factò, magno populi concursu, ad

ad Dianæ templum, falsæ Deæ sacrificatura, ut sperabatur, deducta est. Ibi verò, simulac formato in fronte crucis signo, preces fudit, ignis è cœlo cum horrendo fragore lapsus: idolum exussit, templumque cum maxima populi strage solo æquavit. Ea clades, imperatoris animum timore perculit: qui eam Iustino cuidam commendavit.

Fanum Dianæ cū simulachro, diuinis subuertitur.

Is verò cum Præfecturæ dignitate polleret, ab insito in Christianum nomen odio, animique feritate, centum & octodecim vulnera ferreis ungulis ei imposuit, ita ut toto corpore lacera, viribusque destituta, grabato ad carceres reciperetur. Inde verò ad bestias damnata, immanissimo Leoni obiecta est; qui omni posita feritate, ad eius se pedes abiecit; tyrannisque id indignissime ferentibus, & consilia agitantibus, Eune- mium, cum ad caueam reduceretur, impetu facto interemit.

118. Vulnera accipit virgo S.

Leo sauis- simus ei blas- ditur.

Tum verò omnia tyrannidis instrumenta in eam agitata sunt. Quæ virgo castissima, prompto hilarique animo, in tenero suo excepto corpusculo, atque victrix superavit. Cùm verò ungulis atrocissime concisa, vix aliquid in toto corpore laniandum restaret, in pyram ingentem præcipitata est. Sed ea orante, & Christum saluatorem suum assiduo inelamante, concitato turbine flamma discussa, & populus incendio adustus, in fugam versus est. Hæc cum non diuinæ virtuti, sed maleficis artibus, à malefico sceleratoque senatu adscriberentur, capilli capitis eius, quod in ijs occultam maleficij vim latitare crederent, cute tenus abradi sunt. Rares, mox omnes, tanquam omni virtute spoliatae,

Post aser- bissima tor- menta in i- gnem mis- titur.

Ab eodem haud lædi- tur.

C 2 insul-

36 MART. S. ALMACHII MONACHI
infulsarunt. Sed illa, mentis oculis, repositam sibi
in caelo coronam, contemplans, tulit patienter
populi ludibria, totaque aviditate, ad Christi ad-
spirans amplexus, demum die tertio, ad ultimum
certamen educta, niueam ceruicem carnifici feri-
endam praebuit; sicque multis inclyta victorijs ad
caelos migravit.

Flectitur ca-
pite.

MARTYRIVM S. ALMACHII MONA-
chi, quod Romae spontaneus subiit. Anno Christi salu-
toris 395. Siricij Papa 11. Theodosij autem Roman.
Imperat. 17. sub Alipio vrbis praefecto. Ex ijs
qua habentur apud Caesarem
Baron.

In Notario.
Mart. Rom.
& Tom. 4.
Annal. Eccl.

i. Ianuarij.

Almachius monasticæ vitæ professionē, in
Oriente illustris, postquam diuturna ex-
ercitatione, mirificos in omni virtutū ge-
nere fecisset progressus, praclarum aliquid, ad
maiores Christi gloriā, Ecclesiaeque utilitatem,
audendum existimavit. Itaque diuino afflatus spi-
ritu, ex Oriente Romam contendit, praecipua spe
ut gladiatorios gentilium ludos, nefandaque clo-
monum sacrificia aboleret. Erant Romanis Ka-
lenda Ianuarij celeberrimae, quas suo more mag-
na atque fœda superstitione colebant. Nec minori-
eas Christiani, sed sanctiore multo (ut potè pri-
mitijs Redemptoris nostri sanguinis consecratis)
gaudio, festiuitateque peragebant. Illi enim
multiplicatis victimis, auctis superstitionibus,
dapium publicarum ingluuie, nefandis cruentif-
que spectaculis, foedabant potius diem, quam co-
lebant. Nostri verò contra, summa illum sanctita-
te ac puritate transigere studebant. Atque ut illo-
rum superarent impietates, & in Deum iniurias
quo-

Pius Alma-
chij zelus.

Circuncisio
Christi.

quodammodo vindicarent , propensiori studio additis ieiunijs & Litanijs, quibusdam veluti expiationis hostijs,offensum numen placare satagebant.

Itaque Almachius Christianæ pietatis Zelo inflammat, dum sceleratum cruentumque gladiatorum ederetur spectaculum.in stadium descendit,mutuamque inter eos dimicationem sedare, nefanda idolorum sacrificia delere, animosque omnium ad Christi cultum, veramque salutis rationem inducere nisus est. Sed crudelis necis spectatores iracundia accessi, & à demone, qui ex illa sanguinis effusione voluptatem capiebat, ad furem impulsu pacis auctorem malè mulctatum obtruncârunt. Qua re cognita Imperator, eum in numerum martyrum inuictorum, à Romano Pontifice, auctoritate ecclesiastica adscribi curauit: Crudelè verò illud spectaculi genus, penitus fustulit. Sicque præclarus athleta, sanguinem abstergens sanguine, à Deo impetrauit, quod Imperator leges sanciendo, prius perficere non valuit.

Trucidatur Almachius.

Inter sanctos refertur.

Gladiatoris ludus aboletur.

VITA S. EUPHROSYNAE ALEXANDRINE, ex ea qua est à Simeone Metaphrast. fideliter conscripta. Claruit sacra virgo, sanctitate eximia, sub habitu & nomine virili, temporibus Theodosij Imperat. Archadij filij, qui floruit anno Salutis 430. & sequentibus.

Vide Cæf. Baronij Notat. & Annal. tom. 5.

Vir quidam Paphnutius, in ciuitate Alexandria, diuitijs quidem locuples, sed multo magis virtute & animi nobilitate splendidus ac præclarus, Theodosio, Archadij filio, Romano

1. Ianuarij.

Euphrosynæ natiuitas.

manorum sceptrā tenente, filiam eximia pulchritudine, precibus sancti cuiusdam senis, ex conjugē sterili à Deo obtinuit. Hanc Euphrosynē nomine, pia mater sterilitatis opprobrii impatiens, Deo deuouerat. Sed pater, matre è vita præfenti sublata, multis eius nuptias ambientibus, uero cuidam opibus, gloria & virtute, cæteris præstantiori, despondet. At illa senis illius precum, (quarum erat fructus) & benedictionis gratiam, prius expetens, quàm matrimonio iungeretur, cum patre ad illum, in sacro quodam degentem monasterio profecta est. Hic monastici status, habitus sibi incogniti, decore, mirificè delectata, & senis venerandi pietate commota, totum suum amorem, à sponso ad Christum transferre cepit. Domum autem reuersa, neglecto corporis cultu, lachrymis & ieiunijs animæ speciem lætificabat: torques, in aures, monilia, & aurum quod manus exornabat, suppeditatum pauperibus, ad animæ ornatum traducebatur. Pro molli veste, durum succedit cilicium. Paulò deinde post, ad Christi amorem fidenter sectandum, monachi cuiusdam eximie sanctitatis oratione confirmata, alacri facie animo monasticum induit habitum. Patris deinde beneuolentiam, & sponsi cupiens declinare amorem, consilium capit viro dignum: nam nocte quadam, muliebrem reijciens habitum, sumit virilem, mutatoque nomine Smaragdum se appellans, venit ad monasterium senis illius, cuius precum fuerat fructus. A quo maxima amoris & beneuolentiæ significatione recepta, traditur Agapij monachi disciplinis imbuenda.

Interea pater cum sponso, amissam lugens filiam, equitibus in Libyam & Aegyptum, ipsamque Palæstinam demissis, maxima cõtentione requi-

Monasticæ
vitæ instituto
delectatur.

Mutatio de
auri excelsi.

Monasticum
habitum
induit.

Mutato habitu,
Smaragdum se
appellat.

quirebat: quid multa? adhibentur orationes & vota. sed Deus ne preces quidem senis, quarum virtute Euphrosyna in mundum venerat, exaudit. Consolatur igitur Paphnutium senex, Deique providentiæ, qui salutem patris & filię hoc recessu operatur, acquiescere monet. Moderatur ex consolatione senis, doloris acerbiter pater assiduaque monachorum consuetudine, solitudinis suæ obliuiscitur, & eccè diuinæ providentiæ ineffabiles rationes. Fama admirandæ virtutis, novelli monachi Smaragdi tactus, accedit ad filiam suam; non tamen agnoscit. Illa aspectu patris grauititer fauciat, obortis lachrymis faciem rigat. Ille compunctionis seruire hæc fieri existimans, eius familiaritate, ob ingentem virtutem, mirum in modum delectatur.

Pater eam visitans, nō agnoscit.

Tandem triginta & octo annis, laudabili vitæ conuersatione, in monasterio transactis. cum iam certaminis terminus instaret, vocato ad se patri, eius quam tanto tempore lugebat, filiam se esse enunciat, & statim corporis ergastulo soluta, Christo sponso tradidit foeliciter animam. Quo verò animo, hæc charissimæ filię vltima verba, excepit parens, quiuis facile cogitare potest. Stupore oppressi fratres, certatim venerandas amplecti studebant reliquias; quorum vnus, altero orbatu oculo, lucem affecurus est.

Manifestat se tandem Patri. Abiit vitæ.

Sanatur mox oculus, ad eius reliquias.

VITA S. ODILONIS, ABBATIS CLVMACENSIS, ex ea quam Reuerendus D. Petrus Damianus S. R. E. Cardinalis Ostiensis scripsit. Migravit è corpore sub Clemente secundo, Rom. Pont. Imperante Henrico secundo, Anno à Christo

Vide Cæf. Baron. in Noration. Martyr. Roman.

Domino 1048. ætatis

sua 87.

C 4

Beatus

1. Ianuarij.
Clarum ge-
nus Odilo-
nis.

Diinitus, à
languore
membrorū
curatur.

Fit mona-
chus.

Præficitur in
Abbatem
cœnobij Clu-
niacensis.

Puero signo
crucis visū
restituit.

Aqua bis
mutatur in
vinum.

Fur, velamē
mensæ eius
ablatum, vē-
dere nequit.

BEatus Odilo, equestri ordine, Auerniæ ori-
undus, cum adhuc infans, omni membrorum
usu destitutus, ante sacram Dei genitricis e-
dem, à nutrice derelictus esset, manuum pedumq;
quasi quodam remigio, templum ingressus est. v-
bi pallam altaris arripens, omni posito languo-
re incolumis factus, intuentium animos, ad Deo
referendum gratias, prouocauit. Qui grandioris
iam ætatis adolescens, apud sanctum iulianum
martyrem clericus factus, diuinæ erga se miseri-
cordiæ memor, in Cluniacensi monasterio, habi-
tum, sanctæ religionis accepit. vbi tam insigni pi-
etatis exemplo vitam egit, vt vix quarto ab ingres-
su anno, communi fratrum omnium suffragio,
beato Maiolo, in regiminis præfectura succede-
ret. Quo quidem in regimine, quanta virtute, an-
nis quinquaginta sex versatus fuerit, clarissi-
ma, quæ passim edidit, miracula facillè demon-
strabunt.

Aliquando siquidem, dum esset in quadam que
Berfontiacum dicitur, sui iuris villa, puero cuida,
à natiuitate cæco, salutarifero crucis signo visum
restituit. Alio quodam tempore, apud quoddam
sui ordinis monasterium, quod vallis Aurea dicitur,
degens, cum bis aquam sibi in mensa afferri
iussisset, in vinum suauissimum mutata. Fur qui-
dam velamen mensæ eius, textrini operis, ter inter
nundinarū merces exposuit, sed emptor nullus in-
uentus est, donec tandem sacrilegus, diuina vltione,
manuum pedumq; intolerabili dolore cōstrictus
aliorū opera, quod propria rapuerat, in ecclesia
beati Maioli restitueret, & sanitatis gratiā recipe-
ret. In itinere Ticinum versus constitutus, cum
navigium deesset, vnum è famulis spumantes pro-
fluentium vndarum cumulos ingredi mandauit.

Per-

Perficit ille obedientiam confidenter. Deinde vir sanctus cum omni comitantium turba. absq. v. lo prorsus offendicalo. in vltiorem alvei crepidinem subsequitur. Dum vir Domini apud monasterium beati Martini, (quod ad publicam stratam dicitur) hospitio receptus esset. ingens religiosorum fratrum coetus ad eum affluxit: quos ille ineffabili diuini eloquij familiaritate refectos, ad conuiscendum inuitavit; sed famulis extremam piscium inopiam esse conquerentibus: In nomine, inquit, illius qui nouit quinque millia hominum ex pane modico & gemino pisce reficere, vberimam, nobis, & hospitibus nostris, piscium copiam ministrare potestis. Res mira, pauci, qui aderant, pisces mensa illati, in manibus discumbentium crescere coeperunt; & quo magis a conuiscendum turba, esca consumitur, exuberantius abundare; adeo vt satiatis omnibus, plurima superessent, quae cunctis alijs oblata sufficerent.

Augmentantur pisces.

Dehinc dum egressus Roma, reuerteretur ad propria, quidam intra Taurinensem urbem, nimium febris patiebatur ardorem. Hic furtiuè, per ministros, aquam qua vir Domini manus abluebat accepit, fideliter bibit, & sic absque mora, deposita omni prorsus febricitatione, conualuit. Iamque Iouini montis praerupta conscendens, obuios habuit pauperes, praedifficilis viae lassitudine, potum aestuanti desiderio flagitantes. Pius itaque Pater, iussit vt quicquid vini, proprijs haberetur in vas, absque vlla diffidentia praeretur egenis. Paulo post discumbunt omnes, vt capiant cibum. Et ecce vtres, qui studio fuerant pax compassionis exhausti, vino reperiuntur, Deo scilicet debito persolvente, repleti. Imperator aliquando Henricus, odoriferi nectaris Xenium, in vase

Sanator febricitans.

Vtres vacui diuinitus replentur vino.

holouitreo, Alexandrini operis, per duos aulae suae capellanos, beato viro Odilone destinavit; qui pro eo postmodum redituri, ad Regis interim conuiuium reuertuntur. Sed dum monachi, praefatum vas sub admirationis intuitu contrectant, & de manu in manum solerter inspiciendo transponunt: forte de manibus incaute tenentium lapsum frangitur. Quod mox vir sanctus ut accidisse cognouit, clericis, qui reliquerant, paternae pietate condoluit, & ne regis motus periculum sustinerent, mox cum fratribus, orationibus & psalmis incumbens, clementiam diuinitatis implorat, & oratione completa, nulla prorsus fracturae vestigia, in vase deprehendit.

Vas pretiosum ruptum, solidatur.

Religiosus quidam pago Rotonensi oriundus, obita Hierosolymis, religionis ergo, peregrinatione, dum ad patrios lares per mare Siciliense reditum adornat, furenti ventorum flatu, vna cum multis alijs, ad Insulam seu rupem quandam, horridam illam quidem, sed incolatu sancti cuiusdam monachi desiderabilem, impellitur. Ibi dum ab eremicula omni humanitate excipiuntur, inter verba vterque citroque habita, quaerit vir sanctus de Cluniacensi caenobio, & Abbatis Odilonis nomine, Cui cum religiosus optime se & virum & caenobium nosse responderet, protinus subiungit ille. Sunt nobis vicina in Sicilia loca, ex quibus tetra flammaram furentium euomuntur incendia, in quibus animae reproborum, diuersa luunt pro meritorum qualitate tormenta. Daemones tamen, qui ad eorum exaggeranda supplicia, innumerabiles sunt deputati, frequenter de Cluniacensium coetu, eorumque Abbate, quaerimoniam faciunt: quod saepe per eos sui iuris vernaculos perdunt; quamobrem obtestor, ut sanctis fratribus illis,

Poenarum loca in Sicilia.

lis. hæc quæ tibi dixi fideliter referas, & ex nostra quoque illis parte denunciis, ut elemosynis & orationibus magis ac magis insistant. His ex viri Dei relatione cognitis, venerabilis Pater Odilo, generaliter per omnia monasteria sua decreto sanxit, ut postridie omnium sanctorum, omnium in Christo quiescentium memoria celebretur. Si quis autem inquirat quis specialiter per B. Odilonem de poenis vltimicibus sit ereptus; beatum Benedictum octauum Pontificem recolet. Hic enim postquam humanis rebus exemptus est, non parui temporis euoluto curriculo, germano suo Ioanni, in apostolica dignitate successori, per speciem nocturnæ visionis apparuit, obsecrans & humiliter flagitans ut quantocyus veredarium ad B. Odilonem, vnicæ pietatis virum dirigat: cuius venerabilibus meritis, à grauissimis, in quibus se constitutum affirmabat, tormentis, liberari posset. Protinus igitur Ioannes mandatum exequitur, certiore quæ eum conspectæ à se visionis reddit. Præcepit itaque venerabilis Pater, psalmodias & orationes ab omnibus publicè ac priuatim fieri, elemosynas indigentibus erogari, sacrificium Deo mysterij salutaris offerri. Iam quæ præfixi temporis terminus appropinquabat, & eccè quidam sanctæ conuersationis monachus, per soporem vidit quendam sereno aspectu, solemnique nitore conspicuum, monasterij claustrum, magno candidatorum agmine constipatum ingredientem, & caput ad beati Odilonis genua, in Capitulo humiliter flectentem, & demisso corporis habitu gratias agentem. Fratri autem, reuerentiam beato Odiloni, à viro tantæ tamque eximie pulchritudinis habitam admiranti, responsum est: Illum esse Benedictum, summæ sedis episcopum, qui pijs sancti Odilonis precibus

Dies omnis
animarum
ab Odilone
instituitur,

Benedictum
s. Pontificis
à purgatorij
pœnis libe-
rat.

cibus purgatorijs ereptus pœnis, supernæ Ierusalem meruisset ingressum. In hoc igitur liquido deprehendi valet, quæ de meritis beati Odilonis, opinio iure possit haberi.

Alia diuersa
eius mira-
cula.

Porro in monasterio, quod Paterniacum dicitur, aliquando constitutus, puerulum quendam monachum, Rodulphum nomine, struma gutturis tam acriter, vt vocis claritatem ei adimeret, laborantem, signo crucis liberauit. In Iurenfi monasterio, reperit puerum terribili caducæ passionis languore detentum, tantaque huius morbi vi oppressum, vt planè à mortuo nihil distaret. Hunc, ingenti misericordia motus, Missam celebraturus sacrosancto altaris sacrificio interesse, admonuit. Cui mox Eucharistiæ salutaris munus tradidit, deinde sanctificatam aquam, cum beati Maioli calice propinauit. Nec mora; languor omnis à puero protinùs abscessit, & salus optata redijt. Nobili cuidam viro, sub arbore quiescèti, corticis particula in oculum decidit, quæ lumine turbato, variarum calamitatum illi pondus inuexit. Quem vir sanctus ad se vocatum, signo crucis munitum abire iussit: promittens se salutes pro eo victimas oblaturum. Abijt, & protinùs homo suauiter obdormiuit; euigilans autem, particulam corticis, non sine lanugine quadam, ab oculo proiecit; & euestigio omni se doloris molestia liberatum sensit. Quidam Turonensis ecclesiæ clericus, brachium pestilento contagio infectum viro Dei exhibuit; quod ille apprehendens, viuificæ crucis signaculo ita sanauit: vt nullum prorsus vestigiù delicti languoris remaneret. Miles quidam tam acri mentis insania laborabat, vt per deuia, inconditas voces emittens, foliuagus & nudus erraret. Hunc vir Domini, paterna pietate commotus, a
qua

qua sanctificationis atpergit, atque vt ex ea bibat, suadendo compellit. Qui non multò pòst, ad Cluniacum sanus & incolumis, cum ingenti gratiarú actione, xenia piscium deferens, venit. Alius quoque miles omni sermonis facultate priuatus, aequam, qua beati Odilonis manus abluabantur, per ministros fideli furto subreptam, nimia deuotione hausit, & continuò perfectum loquendi vsum recepit.

Hicce & alijs multis signis & virtutibus clarus, deuexa tam ætate vir, ad vltimum, cum infestissimo animarum hoste, certamen subeundum, se cõparauit. Quinquennali autem morbo grauiter vexatus, & ab omni peccati puluere excõctus, cum iam vitæ terminum instare presentisceret, nihilominus decreuerat, concredita sibi monasteria diligenter perlustrare, & quantum fieri posset, ab omni scoria humanæ affectionis perpurgare. Sed Syluiniacò in monasterio constitutus, cælesti lumine afflatus, diem sui obitûs haud procul abesse dixit. Vndè omnibus terrenis abiectis cogitationibus, ad agonem se aptauit. Luctanti verò iam cum mortis doloribus, prædator animarum terribili specie se obrulit. Quem vir sanctus intrepidè compellans, tremendo iusti iudicis nomine in fugam compulit. Atque indè, animo, vultuque ad hilaritatem compositis, salutaris Eucharistiæ sacramento munitus, beatum Deo spiritum reddidit.

Anno à partu virginèo 1048. à sua verò natiuitate 87. præcedenti Dominicæ Circumcisionis nocte.

Eadem autem nocte, beati viri corpore in Ecclesiam delato, frater quidam, Gregorius nomine, exequiarum funebrium lassitudine prægrauatus, in ea, qua obierat cella, dormire tentauit. Et ecce necdum planè resolutus in somnum, beatum

Prædicatorium suum

Diabolus ei apparet.

Abit è vita.

Post mortem apparet cuidam fratri.

Odi-

Odilonem sibi videt astantem. Ad quem mox voce promptissima, Quid, inquit, agis Domine Pater? & ille. Bene frater, & optimè Dominus enim meus Iesus, seruo suo per semetipsum dignatus est adesse, & truce[m] nimis atque terribile[m], quæ mihi horrorem atque formidinem incutere tentauit, figuram, sua præsentia repellere. Proxima quadragesima succedente, Laurentius Amalitanæ Sedis archiepiscopus, eximia Græcarum Latinarumque litterarum scientia clarus, & quod præstantius est, summis vitæ meritis ornatus obdormiuit. Illato in ecclesiam cadauere, honestus quidam clericus, Albero nomine, in eiusdem ecclesiæ angulo, lassabunda dedit membra sopori. Cui subito adhuc penè vigilanti beatus Odilo apparuit; quem clericus cõpellans: Domine mi, quando huc & cur aduenisti ait? Respondit S. Odilo; Ad charissimi olim amici mei, Domini Laurentij Pontificis exequias veni: quibus expletis, antequam te viderem, recedere nolui; & his dictis species loquentis euanuit. Vir itaque Domini, quia rectè vixit, foeliciter obiit: & quia vitam mirabilem duxit, iure miraculis coruscavit.

VITA S. EVGENDI ABBATIS, EX EA

Vide C. Bar. *qua à quodam eius discipulo fideliter est conscripta.*
 Not. marty. *Claruisse reperitur vir sanctus, temporibus Chilperici*
 Rom. & Tomo 7. Anna. *regis, Clotharij filij, qui regnavit Anno Christi*
saluatoris 579. & sequentibus, Imperante Iustino, ac post eum
Tiberio.

1. Ianuarij.
 Eugendus
 Romani &
 Lupicini
 discipulus.

Sanctus Eugendus, beatorum Romani & Lupicini in religione discipulus, non procul à vico Isardori oriundus, septimo ætatis suæ anno

annò monasterio traditus, tanta vitæ puritate, tantaque rerum diuinarum assiduitate, in eo ad sexagesimum annum versatus est, vt pedem inde nunquam extulerit. Abbati, à quo non sine maxima futuræ sanctitatis opinione receptus fuerat, de mortuo, summa fratrum omnium voluntate, volens nolens, in regimine succedere cogitur. Sed paulò pòst, diris inuidiæ stimulis agitati, cœpère omnes, & monachi & laici, sanctum Eugendum abbatem, tanquam rudem & rerum spiritualium expertem, prælatura indignum iudicare, despectiuique habere. At omnipotens Deus, non ferens famulum suum iniqua deturpari calumnia, confestim ipsi dexteram suæ potentia signorum largitate porrexit; ita vt & infimæ & supremæ dignitatis homines, ingenti se beneficio affectos crederent, si vel coram cum illo sermonem conferre, vel litterario affatu, familiaritatem viri consequi mererentur.

Interea quædam non infimæ conditionis puella, dæmonio correpta, & ferreis miserrimè vinculis constricta, cum nullis exorcismis ab immundo spiritu liberari posset, sed quod grauius est occulta multorum vitia manifesta faceret, adstantium vnus ad energuminam inquit; Quid nos alienis, imò proprijs vitijs terres immunde? Ego cunctorum sanctorum scripta, in Christi nomine, tuis ita innectam ceruicibus, vt multitudine operantium obruaris. Cui diabolus, etiamsi mihi (inquit) Alexandrinarū onera chartarum exarata imponas, nunquā tamen ex hoc vasculo poteris propulsare, dūmodò mihi solius Eugēdi Iurenensis monachi, ex hoc non afferas visionem. Confestim igitur celeri cursu ad beatissimum virum tendunt, eiusq; prouoluti pedibus rem gestam narrant, orāte obre-

Fit Abbas inuitus.

Deus illi miraculorum confert gratiam, dum à fratribus despicitur.

Eugendi e-
pistola, ad
demonem.

obstanturque ut misericordiam Christi exhibere dignetur. Victus igitur vel ratione, vel precibus pater, breuiter cum longa oratione (ut Gregorius quondam magnus, Apolloni) scripta ad hunc modum, spurcissimo transmisit epistolam. Eugendus seruus Christi; In nomine Domini nostri Iesu Christi, Patris & Spiritus sancti, precipio per scripturam istam, spiritus gulae, & irae, & fornicationis, & amoris, & lunaticae & dianaticae, & meridiane, & diurnae & nocturnae, & omnis spiritus immunde, exi ab homine qui istam scripturam secum habet. Per ipsum te adiuro, verum filium Dei viuus, exi velociter, & caue, ne amplius introeas in eam. Amen. Orans & complicans, supplicibus tradidit deportandam. Necdum itineris medij spatia confecerant, cum ecce furcifer ille, frendens atque iulans, prius ab obiecta egressus est, quam calcarent domus limina reuertentes.

Obsessam e-
pistola libe-
ras.

Mater familias quondam Syagria, cum salus eius a medicis in desperationem vocata esset, epistolam beati viri, ori insertam, multis cum lacrymis dentibus constrinxit, moxque ab infirmitate sana surrexit. Hac fama, viri virtutum splendore longe lateque coruscante, omnis vndique miserorum turba ad monasterium concursum fecit; quam ille benignè complexus, liberam ab omni molestia & infirmitate dimisit; quodque maius est, ut compendio, miserorum saluti prospiceret, itinereque difficultate subleuaret, scripta cum olei sancti quantitate mandata illis tradidit: quibus humana arte immedicabiles languores fugare possent. Nec mirum tanè. Tanta namque mentis puritate clarebat, ut fragili impuraque adhuc carnis sarcina circumdatus, apostolorum aspectu & colloquio frui meruerit.

Multi ab eo
sanantur.

Nam

Nam quodam tempore, sub arbore post meridiem solito quiescenti, tres se per soporem, aduentantes offerunt viri. Quorum admirabilem vultus habitusque splendorem, cum admiratione contemplans: Ecqui (inquit) vos viri venerabiles estis? Tum vnus, ego, ait, Petrus; alii hic germanus meus Andreas; & ille frater noster est Paulus. Similiter, de fratrum quorundam suorum peregrinantium salute anxius, à sancto Martino episcopo, consolationem & certitudinem per colloquium accipere meruit. Prophetix insuper spiritu clarus admodum fuit. Ex primo namque personarum congressu, meritorum insignia dignoscebat; vt præsciret illic, cui quis, vel vitio vel virtuti subiaceret. Infirmis alicui corporis vel animæ correptis, quanta paternæ sollicitudinis significatione succurreret, explicatu difficile foret. Pauperibus, adæquè vt diuitibus, osculum conuictumque præstitit, atque confessum. Sanctiones Patrum summa contentione retinere studuit. Peculium omne, tam sibi quam monachis strictissime interdixit. Et in his Patrum institutis, ad sexagesimum ætatis suæ annum, admirabili constantia perseueravit. Sex deinde ante obitum mensibus, graui infirmitate laborauit, & ecce die resolutionis appropinquante, abbates Romanum ac Lupicinum feretrum ante lectum ei exhibentes manifesta visione contemplatur. Continuo igitur vocatos ad se fratres, ad religiosæ vitæ certamen, constanter viriliterque peragendum hortatur. Illis autem lachrymas cum frequenti singultu fundentibus, spiritum suauiter exhalauit.

SS. Petri, Pauli & Andreæ Apostolorum aspectu & colloquio fruitur.

Claruit spiritu Prophetix.

Moritur.

D

VITA

Vide C. Bar.
not Martyr.
Rom
& Annal.
Tom 4.

vnus Aegyptij, alterius Alexandrini, nec non admi-
randi Marci monachi opera, ex ijs quæ Palladius Cap-
padocæ Episcopus, scripta reliquit. Floruerunt san-
ctitate & miraculis clari, Anno restauratæ so-
luis 372. sub Damaso Papa, Imperan-
tibus Valentiano & Va-
lente.

2. Ian. & 15.
Macarius
90. annorum
iuuenis de-
sertum petit

Macarius Aegyptius, triginta annorum iu-
uenis, desertum ingressus, incredibili ab-
stinétia, sexaginta in eo annos exegit. Hic
in desertis interioribus, quæ Scetim vocatur, duas
habebat discipulos, quorum alter ab eius latere
recedebat nunquam. Hunc, Macarius futurorum
cognitione diuina gratia instructus, cum auri-
morbo turpiter infectum non ignoraret, frequen-
ter, vt salutarem morbo medicinam adhiberet,
admonuit; nō faceret, Giezi ei periculum & finem
denuncians. At ille post mortem viri Dei, monita
contemnens, ob furti crimen, vt prædixerat Ma-
carius, execrabili morbo percussus est.

Ecce vim ar-
tis magicæ.

Aegyptius quidam, vesano alienæ vxoris, amo-
re ardens, cum nullo modo ad illicitum, pudicam
foeminam, concubitum perducere posset, quendam
maleficum multis muneribus, vt eam in sui amo-
rem inflammaret, allexit. Ille artis suæ incantati-
onibus, vxorem marito, non femina, sed equam
videri fecit. Maritus turbatus sanè hac monstruo-
sa nouitate vici presbyteros vocat; sed illi in foe-
mina triduo iam alimonijs destituta, tantæ cala-
mitatis causam indagare nequeunt. Illigatam igitur
eam instar iumentum, flens ingemiscens que ma-
ritus, ad Macarij cellulam deducit, & monachis

can-

causam aduentus aperit. Illi rem ad Macarium referunt. At Macarius (cui iam & hoc ipsum Deus notum fecerat) quid (inquit) præstigiij vanitate fallimini? Non hæc equa, sed vos qui equorum oculos habetis, equi estis. Illa enim est fœmina, ita vt est creatura, nec transformata in aliam naturam videtur, nisi eorum oculis qui præstigiij vanitate falluntur. Confestimque benedictam in eius nudum caput infundens aquam, oratione completa bruci formam oculis eorum abstulit: hæc addens. In hanc misera calamitatem incidit, quia à diuinorum participatione mysteriorum, quinque se septimanis segregauit. quare hortor, vt à communione sanctorum, ab ecclesiæ oratione discedat nunquã. Constans etiam fama est, eum, hæreticum quendam corporum resurrectionem negantem docturus, mortuum ad vitam reuocasse. Præter alia autem eximie sanctitatis, quibus in vita claruit, signa, iuuenem quendam terribilo dæmone laborantem, septem dierum ieiunio, & instanti orationis vi liberatum, propriæ reddidit matri. Tandem verò, gloriosus hic, post varia, contra aerias potestates, suscepta certamina, victor, corporis ergastulo solutus, fœliciter migravit ad Dominum.

Illum autem Macarium, qui Alexandriæ presbyter fuit, in locis quæ Celle nominantur, in quibus & annos nouem transegi, vidi; Hic si quid magnum à quibuscunque sanctis in vitæ abtinentia fieri didicisset, hoc feruenter imitabatur. Audito igitur quod Tabennesiotæ tota Quadragesima nihil cocti cibi sumerent; statuit vt integro septennio nihil gustaret, quod igne coctum fuisset, sed crudo tantum olere vesceretur: ita vt si quid fortè leguminis vnquam reperisset,

E 2

Vis aquæ benedictæ.
Negligentia diuini cultus, & sacram. v. sus punita.

Claruit miraculis quâ plurimis.

De Macario Alexandriano, sic dicto quod in Ecclesiâ Alexandria presbyterio sumtus sit.

risset, neque illo vteretur. Hoc peracto alium effecit, qui vna tantum panis libra sustentatur: huius similiter vestigijs ingrediens, tanta cibipotusque parsimonia vixit, vt triennio, quatuor aut quinque tantum panis vncias in cibum sumeret, & tantundem aquæ, adhibito vno in singulis annos olei sextario. Aduersus somnum tam acerbum susceperat, vt diurno quidem tempore, interterribilibus æstus ardoribus, nocturno vero rigido frigore corpus excitaret. Quodam tempore inter virgulta & frutices, aspidis dente (cuius morsum continuo mors subsequitur) percussus, nihil omnino mali passus est: quin & correptam bellam, vtraque manu ore distentam, scidit manducam.

Miranda ei abstinentia, somnique parcitas.

Habebat in desertis locis diuersas cellulas, in quibus virtutum operabatur insignia: quarum alia angustior, ita vt in ea pedes iacens extendere nequiret; alia latior, ad quam, venientes ad se, maxima charitatis significatione, suscipere solebat. Alia lucis omnis experta, in qua sacrum Quadragesimale tempus exigere solebat. Porro tantis hominum dæmonijs laborantium curabat catervas, vt numerus omnino iniri non posset.

Innumeros dæmoniacos curat.

Per celebri fama virtutum Tabennensiorum excitatus, contulit se ad Thebaidem; accedensque ad admirabilis sanctitatis & prophetico etiam spiritu clarum, Pachomium Abbatem, magna precum ab eo ad communem fratrum vitæ spiritualis palestram admitti postulauit. A quo ignotus, propter vestem mutatam, ægrè tandem in fratrum congregationem, quæ mille quadringentorum virorum erat, receptus est. Sed cum in eam admissus, summo studio & diligentia singulorum

Pachomius Abbas, mille quingentos habet monachos.

certa

certamina obseruaret, & alios quidem quinque dierum inedia sustinentes alios verò totis noctibus stantes, laborantesque per diem inuenisset: ille abiecto quodam in angulo stans, ad quadragessimam finem, non panem, non aquam gustabat, sed modica cauliculorum folia, Dominico die, cruda sumebat: idque magis, vt alijs manducare videretur. Interea nec verbum quidem vllum ex ore eius prodibat, sed mente assidua cum Deo versans: solum id, quod in manibus tenebat, operis, efficiebat. Qua eius vitæ austeritate, duritiaque commoti monachi, vnanimiter à Pachomio postulârunt, vt eum missum faceret; asserentes tantam in humana carne sanctitatem, ad suorum ipsorum omnium confusionem, pudoremque diuitiis oculis sustinere non posse. Ille autem tali eius virtute audita, deprecatus est Dominum, vt quis esset, sibi reuelare dignaretur. Oratione autem expleta, arrepta eum manu, ad altare oratorij sui deduxit: ibique in oscula ruens: Tu es (inquit) ille Macarius, quem multis iam annis mira videnti cupiditate tenebar. Gratias tibi ago, qui nostris infantibus, admirabili vitæ tuæ conuersatione, omnem vanè gloriandi occasionem præripuisti. Reuertere nunc igitur, satis enim superque nos omnes ædificasti, & ora pro nobis. His ille verbis rogatus, discessit.

Mirum eius
silentium.

Ad huius Macarij cellulæ fores, reperi aliquando presbyterum quendam, cuius caput adeò Cancris morbo, vt os etiam nudaret, exesum consumptumque erat. Qui licet curationis gratia, eò se contulisset, nunquã tamen in illum vsque diem à sancto susceptus fuerat. Ego itaque misericordiam pro eo postulauì. At Macarius. Hic (inquit) cum sacerdos sit, & fornicationis scelere pollutus,

Sacerdos for-
nicarius, cā-
cri morbo
punitus.

tus, ministeria tamen Domini violare non hor-
ruit; ob quod talis supplicij atrocitate cruciatus
curatione indignus est. Sed si oris confessione sce-
lus suum expiare, & deinceps à sanctorum immo-
larione sacrificiorum abstinere velit, medicamen-
tum (Deo iuuante) consequi poterit. Pareat iubenti
ad omnia miser; nec mora; vir sanctus manuum
suarum impositione, integram illi sanitatem, ca-
pillorumque ornamentum, paucis diebus resti-
tuit. Post hæc puer quidam, sæuissimi demonis
spiritu vexatus adducitur, quem altera manu ca-
piti, altera verò cordi admota, ita curauit, ut instar
vteri tumore inflatus, aquam ex omni membro-
rum parte, cum maximo vocis clamore effunde-
ret. Sancto deia perunctum oleo, & sancta perfu-
sum aqua, patri cum tali præcepto restituit, ut qua-
draginta dierum spatio, ab omni carniū & vini
vfu abstineret.

Sanatur à S.
Macario.

Abstinencia
animæ salu-
taris.

Idem hic Macarius, cum aliquando grauissimis
dæmonum (qui ei cellæ rædium generare conabân-
tur) tentationibus infestaretur, sportam duorum
modiorum capacem, arena onustam, humeris suis
imposuit: eoque onustus onere, in desertis locis
spatiabatur. Cui Theosebius Cosmetor, genere
Antiochenus, obuiam factus: Abba, inquit, quid
tuos tam graui onere humeros fatigas? in me po-
tius illud transfer. At ille respondit. Vexo vexan-
tem me. Ocium enim iter me aliquod facere com-
pellit.

Ocium fu-
giendum.

Accidit vt ego aliquando admodum tristis, ad
hunc Christi athletam Macarium venire, dice-
remque; Abba Macari, quid iubes faciam? Cogita-
tiones enim variæ, animum meum conturbant,
dicentes mihi; Proficiscere hinc, nam inertis otio
hic languere cernis. Ille respondit; Dic, inquit,
cogi-

cogitationibus tuis, propter Christum parietes
cellæ istius custodio.

Tanta autem erat mansuetudine & lenitate
præditus, vt Paphnutio quodam eius discipulo
referente, bellua quædam ad eum ingressa, cœ-
cum suum ei catulum curandum obtulerit. Cui
ille, benignè, sputo oris sui, lumen oculorum re-
stituit. Cuius in se collati beneficij non immemor
bestia, sequenti die, viro Dei ouis pellem exhibu-
it, quam postmodum beatissimo viro Athanasio
dereliquit; eandemque sancta Melania, ab eodem
Athanasio accepisse se dixit. Et hæc quidem pau-
ca, de multis ex factis vel dictis sancti Macarij.

VITA ADELHARDI, ABBATIS COR- Vide Tom.
9. Anal. C.
Baronij.
beiensis, ex ea quam Paschasius Ratbertus, Sextus
ei, in Gallica Corbeia, successor, scriptam
reliquit. Obijt circa annum
Domini 822.

S Adelhardus, qui Pipinum regem & Caro- 2. Ianuarij.
lum magnum arcto sanguinis gradu con-
tingebat. inter palatij tyrocinia, omni mû-
di prudentia eruditus, cum viginti fermè esset an-
norum. spreis maxima animi virtute regni opi-
bus, ad Monachorum, velut Moyses in eremo Fit mona-
chas.
Dei fruiturus alloquijs, contubernia migravit.
vbi breui temporis spatio, rarum eximie humi-
litate & cælestis vitæ specimen præbens, tanto ad
cælestium rerum contemplationem amore in-
flammarus est, vt minimè dubitauerit (paren-
tum ac cognatorum visitationes declinare cupi-
ens) nudus & omnium egenus, relicto priori

B 4 mona-

Fit Abbas

monasterio per vasta & inculta eremi loca, monasterium Cassinum petere. Sed inde regis nuncijs in patriam reuocatus, paulo post summa patris monasterij voluntate, successor eligitur: Abbasque mira omnium fratrum gratulatione, pronuntiat. Quod ille munus tam insigni prudentiæ & iustitiæ significatione administrauit, ut eius consilij Francia, & omnia terrarum regna submissa fuerint; maximè tamen Italia, quæ ita omnino ei concredita fuit, ut & regnum, & Rex Pipinus iunior, eius potissimum disciplinis ad statum Reipublice religionisque cultum informaretur. quæ illi institutio, non humanam, sed diuinam profectò laudem peperit, Iustitiam omnibus, tam inuicta animi fortitudine administrauit, ut murus animi eius, aureo (ut fieri plerumque solet) pugno nunquam expugnari potuerit. Erat præterea thesaurarius pauperum, viduarum patrimonium, pater orphanorum, brachium infirmorum, & fortè superbientium flagrù. Romæ à Leone Pontifice, tanto humanitatis exceptus est officio, quanto ante ipsum nemo. Et quanquam omnibus esset eximie virtutibus ornatus, omnium tamen pie & sanctè in Christo uiuentium, vitam moresque assiduo contemplantur, & si quid in ijs imitatione dignum inueniebat, id summo mentis studio, uiua in se imagine exprimere nitentur. Et in primis dictu mirum est, quanta contentione B. Syluestri exemplum, in pauperum inopia subleuanda, imitatus fuerit; ut semper magis mutuando pauper, quam diues inueniretur. Frequenter autem tanta pauperibus promptitudine succurrebat, ut se, suosque ad quandam egestatem redigere videbatur. Sed tunc præcipue maximo spiritus gaudio exultabat: hoc sæpius repetens: Utinam vel in modo

Longè abest
ab auaritia.

Romæ à Leone Pontifice, humanissime exceptus est. Aliorum virtutes æmulatur.

dico paupertatis Christi participes efficeremur. Sed nunquam eò peruenire potuit. Preoccupabat enim eum diuina clementia ministrando. Vnde cum die quodam, caseos omnes, magno charitatis affectu egenis distribuisset, quidam rei indignitate commotus, voce minaci dixit; Miror Pater, quidnam hæc sibi velit rei nostræ profusio: Tum ille suauiter arridens alloquio. Dominus, inquit, dabit. Et rursus alter; Tu semper vana pollicitatione nos demulces, sed non sic exemplò dabitur, quod tu temeraria mente effundis. Et ecce sermone vix confecto, duo præforibus plaustra, quorum alterum piscibus, alterum caseis onustum, esse nunciantur. Certe vt nihil aliud de charitatis eius erga inopes affectu dicam, tantus is erat, vt non secus continuis lamentis aliorum casus, quàm proprios deploraret. Fateor planè, nunquam me virum inuenisse, cui vberior lachrymarum gemituumque fons inesset; nec mirum sanè. Ita enim animo compositus erat, vt inter mundi discrimina huc illucq; pro Ecclesiæ negotijs discurrens, nunquam regulæ instituta desereret, pro lectione vacabat stertibus, pro reliquis officijs, mentis iubilo Domino famulabatur. Semper vno erat, eodemq; vultu semper hilaris, semper mitis ac lætus inueniebatur. Impatentia nunquàm eius animi fines inuasit. Longanimitate, benignitateque erat mirificè ornatus. Erat enim filius pacis, charitatisque catena, vt fraterna sibi viscera inuicem cohærent. Nouit hoc Spoletum & Beneuentum, qui cū hostili gladio nimis acriter in se inuicem sequerent, ille se medium interponens, tanto eos pacis fœdere coniungit, vt positis inimicitijs, maioribus se mutuo amicitia signis complecterentur, quàm antea immani odio persequuti fuerant.

Deus eius liberalitatē miraculo cōpensat.

S. Adelhardi virtutes.

Spoletū, & Beneuentū, redigit in cōcordiam.

Ludovicus
Caroli im-
per. filius,
eum exilio
iniuncto da-
maat.

Fuit igitur in conciliandis inimicis, infatigabili studio incensus, & pro iustitia certator eximius, Carolo namque imperatore è vita sublato, Ludovicus eius filius Augustus, in regnum successit. Cuius sub imperio, solitis pravorum insidijs veritas agitari coepit, iustitiaque stultorum criminibus lacerari. Sed cum Christi servus strenuè sese impiorum conatibus opponeret, excogitauère quomodo ceu Daniele à Regis latere amouerent, vt iustitia defensore destituta, iniquitas dominandi locum reciperet. Annosa igitur peruersorù improbitas dolo inuidiaq; accensa, sine accusatore, sine congressu, sine iudicio, omnibus eum bonis extum, vulgiq; existimatione foedatum, in exilium misit. Tulit ille hoc non modò forti inuidioque animo, sed gratias etiam Deo egit, quòd dignus inuentus esset pro veritate contumeliam pati. Fratres autem & sorores, qui eundem casum, Regis iniuria subire coacti sunt, nunc blanditijs, nunc sanctorum exemplis, ad mentis constantiam hortabatur. Is verò tantum ex hoc exilio gaudium capiebat, vt ne nimium quidè doloris indicium, toto septennio, vultum eius deformaret. Cæsaris verò iniquitatem, apud omnes passim tegere & excusare nitebatur. Interea boni omnes, quibus magnum sui desiderium relinquebat, multis lachrymis absentiam eius deplorabant: assiduisque Regis animum precibus, vt ab iniquo tantæ sanctitatis virum exilio reuocaret, fatigabant.

Eius ex-
imia patien-
tia.

Reuocatus
ab exilio.

Tandem iusto, admissi in virum Dei sceleris, dolore compunctus, à septenni exilio cum summo eum obsequio reuocat. Gratulantur sibi monachorum cœnobìa, resultat ineffabili Clerus ecclesiarum iucunditate. Fit populi concursus vndique. Voces lætitiæ hinc indè ad cœlum v-
que

que tolluntur. Atque his faustis populi acclamationibus, Adelhardus longa corporis attenuatus macie, tandem ad palatium peruenit. Vbi ab omnibus, cum non vulgaribus honoris susceptus indicijs, quæsitum est, quomodo Maiestas Regia, pro multiplici iniuriarum genere ei satisfaceret. Beatus autem senex, proceres pudore animi talia meditantem, nihil iubet esse sollicitos; mentemque Regis verecundia suffusam, blandis delinens affatibus: omnia quæ gesta essent, Dei iudicio gesta esse confirmabat. Omnes tamen supplices sese ad eum demisere; ipseque Rex nihil cunctatus, publicam ex nonnullis suis reatibus poenitentiam suscipiens, voluit hoc humilitatis exemplo eorum oculos, qui admissæ in virum Dei iniquitatis scelere offensi fuerant, sanare. Rarum profecto pietatis exemplum.

Rex publicæ
suscepit poenitentiam.

Porro à fratribus monasterij cum eximij benevolentia & amoris signis, in pristinum dignitatis locum restitutus est. A quo, ut se exueret, animoque curis soluto, cœlestium rerum considerationi totus vacaret, sedulo laborabat. Sed fratres id nequaquam passi sunt. Dicebant enim, quanto ætate maturior, tanto ad virtutum culmina tendentibus salubrior esset. Pergit igitur vir Sanctus, seniles humeros oneri subijcere, tantaque alacritate poenitentia laboribus insistere, ut iuvenile robur vehementer admirans, multis parasangis se superatū doleret. Res ecclesie ita administrabat, ut quamuis ætate prudentiaque omnibus venerabilis esset, plurimum fratrum suorum consilio & obsequio vteretur. In primis autem admirabili quodam, omnibus in afflictione constitutis, benigne faciendi studio ardebat. Orphanis insigne hospitium

insti-

Orphanorū
condit hos-
pitium.

instituit: quibus tāta pietate ministrabat, vt huius officij ministros velut medicus sępē institueret, quo artificio cibos, quibus eorum sanitas constabat, pararent. Porro Regi, & diuitibus, si quando eum inuisebant, tenuiter omnia suppeditabat. Cū autem toto vitę annisu omnibus prodesse satageret, mille, vt ita dicam, charitatum semper negotijs occupatus, peruenit vsque ad Saxonię fines, vbi in loco quodam amcenissimo, à Rege illi concesso, & multis postea ab eodem beneficijs aucto, insigne admodum cęnobium erexit. Locum verò Corbeiam, alterius de nomine, B. Pater vocitauit, vt signum esset in posterum, à quo prius illud esset fundatum. Sed quis prouidam doctrinā, qua tenellos discipulorum suorum imbuebat animos explicare valeat?

Monasteriū
construit.

Corbeia du-
plex, Gallię
& Saxonię.

Terrenarū
rerum con-
tēptus, prę-
cipua virtus
in Mona-
cho.

Matth. 5.

Et vt nihil hic de moribus, de omni doctrina vitę, de charitate dicam, certē hoc vnum quod merito monasticę vitę fundamentum esse constituebat, silentio præterire non debeo. Omnibus enim quibuscunq; præerat locis, pia sollicitudine prouidebat, ne rerum terrenarum cupiditas suorum animos inuaderet. Dicebat namque, quod multi non solum rectores ecclesiarum, sed etiam ipsi ibidem Deo degentes, qui sæculo renunciaſse videntur, ob id decepti essent, quod rebus nimis abundarent, in tantum, vt sæculo denuò seruire cogerentur, qui mortui esse mundo debuerant. Quapropter frequenter reperebat; Filioli estote contenti paupertate Christi, sine qua nemo est diues. Noueritis enim, quod beati sunt pauperes spiritu, quibus regnum cęlorum promittitur. Vt quid nos infelices fieri volumus turpissimę cupiditatis serui, qui liberi esse in Christo debemus? Vt quid quasi in Dei causa mundi militiam baiulamus

mus, cum Apostolus dicat: Nemo militans Deo, ^{2. Timot. 2.}
implicat se negotijs secularibus? Neque enim a
nobis exigitur, quod necessaria tantum retinemus:
sed quia superflua, ut ab ipsis dicitur, possidemus;
Et unde miseri, lati in possessione esse cupimus,
inde angusti: mur in omni opere bono. Et ideo
fratres mei, nolite, quasi pro pietatis opere, sectan-
do auaritiam, possessionem æternam perdere. Es-
tote igitur, quod vos æterna Christi vocatio esse
voluit: ut paupertatē Christi participando, diui-
tes esse cum eo sine fine mereamini. His quidem
similibusque admonitionibus, cum eos quotidie
corroboraret, construebatur ibidem, non tam ter-
restris monasterij, quam cælestis patriæ funda-
mentum.

Instante vitæ termino, ita fratres intermortuis
vocibus compellasse fertur; Ego quidem, dilecti
fratres, iam iam migraturus, de creditis mihi omni-
bus rationē reddere cogor; vos autem paulo post
eodē vocandi, de obedientia & rebellionē sen-
tentiam excepturi estis. Quare attendite animis,
mementote nos vni quandoque, eidemque iudi-
cio sistendos: singuli pro se rationem reddituri.
Ego, si fortē sciens aut ignorans, offendiculo vo-
bis fui, quæso indulgere: ac votis precibusque mi-
serum subleuate. Equidem vicissim, si quid in vo-
bis indulgentia ex me necessarium: Christi vice
lubens elaxo. His ita præmissis, se totum ad æter-
nitatis considerationem comparauit, donec acri
corruptus febris iam iter sibi instare cognosceret:
cum subito assistenti sibi Episcopo acclamat. Ecce
Dominus meus I E S V S Christus mihi famulo
suo adesse dignatur; quare velociter sacrosanctos
eius pedes deosculare. Qui, hac voce viri sancti
ingenti pauore concussus, penitus quid ageret ig-
norabat. Post

Moritur.

Post hæc sacrosanctis corporis & sanguinis Christi refectus mysterijs, sanctam Deo animam tradidit, fratribus assiduo luctu gemitibusque funus eius prosequentibus; quod magno pietatis studio in Basilica B. Pet. Apostoli procuratum, sub polito miro artificio lapide his versibus tumulatum est.

Epitaphiū eius.

Hic iacet eximius meritis, venerabilis Abbas
 Noster Adelhardus, dignus honore senex.
 Regia profapies, paradisi iure colonus,
 Vir charitate probus, moribus atq; fide.
 Quem dum sub tumulo recolis tu quisque viator,
 Cerne quid es, quid eris, mors quia cūctar apit.
 Nàm post octauas Domini hic carne solutus:
 Succedente die, astra petiuit ouans.

MARTYRIVM SS. TRIVM FRATRVM,

Argæi, Narcissi, & Marcellini, quod consummârunt

Vide Tom. 3.
Annal. Eccl.

Anno Redemptoris 316. Syluestri Papæ 3. Constantini Imperatoris 11. sub Licinio in Oriente Imperante. Ex Cas.

Baronio.

3. Ianuarij.

LICINIUS cum ad parandam, in Constantinum Imperat. Christianissimum, expeditionem, tota mente intentus, à prauo dæmone per oracula accepisset, nequaquam se victoria potiturum, nisi prius cunctos Christianæ fidei cultores internecione deleret, statim præconis voce & edicto, omnibus denūciauit, ne quis Christum profiteretur. Cumque omni tormentorum genere proposito, frustra Christianæ fidei professores, à pietatis studio auertere conaretur, plurimos

Licinius atrocissimus Christianorum persecutor.

rimos varijs cruciatibus ad cœlos transmissit, nullaque eorum nece exfatiatus, in alios atque alios furore excanduit, Præsidesque sæuissimos, ad eandem crudelitatem dictis factisque excita-
uit.

Cæterum, cum execrandum nimis Christianis militibus videretur, aduersus Christianum Imperatorem, Sanctissimæ Crucis vexillo præuio ducentem exercitum, impij Licinij castra sectari, potius quæuis supplicia in corporibus perferre, quam conscientias tanta immanitate polluere maluere. Eademque de causa, inter alios, tres fratres milites in Ponto, Martyrij coronam adepti sunt. Quorum duo Argæus & Narcissus gladio perempti, ad coronas euolarunt.

Tertius verò ætate Iunior Marcellinus nomine, cum nullis minis ad sceleratam militiam, armaque contra Christianos capeffenda adigi posset, ad mortem vsque celsus, & longo carceris squalore maceratus, demum in mare mersus, gloriosam planè martyrij palmam consecutus est.

VITA S. GENOVEFÆ VIRGINIS, *Ex ea, quæ optima fide extat apud Surium. Clauit verò temporibus Valentini tertij, Imperatoris (qui regnavit anno Domini 429. & sequentibus) & peruenit vsque ad Clodouæum Francorum Regem, qui regnare cepit, Anno 484.*

Virgo sanctissima Genouefa, in Nemethodrensi parochia, quæ à Lutetia Parisiourm septem ferè milliarib. abest, Seuero patre, Geron-

Christianorum militum pietas & Constantia.

Argæus & Narcissus capite obruncati.

Marcellinus submersus.

Vide Cæf. Baron Ann. Tom. 5. & Notation. Not. Marty. Roman. Item 6. tom. Annal.

3. Ianuarij. Genus eius.

Gerontia matre progenita est. Pelagiana in Britannijs hæresi acriter grassante, cum ad eam reprehensendam præclarissimis ornatu virtutibus: antistes Germanus Antifiodorensis & Lupus Trecalesanus acciti essent, accidit, ut illis, per supradictam parochiam iter facientibus, ingens utriusque sexus turba, benedictionem flagitans, occurreret. Inter alios verò adolescentula, parentum infestis vestigijs, Genouefa illis obuiam fit. Quam Germanus procul intuitus: Foelices vos (ait ad parentes) tam venerandæ prolis genitores. Deinde post stridè antè quàm discederet, adductam ad se Genouefam, blandis verbis ad religiosæ vitæ propositum complectendum hortari cæpit. Illa se cuiusmodi vitæ institutum vehementer exoptare respondit. Admiratus in tantilla ætate Dei donum & fidei exordia Pontifex, præsciens futurorum eam Deo despondit, nummumque æreum casu reperi- tam, crucis imagine signatum, eidem quasi pignus quoddam religiosi muneris donat, præcipiens ut eum perforatum suo collo appensum gesseret, ne vilius deinceps metalli vel margaritarum montibus se ornari sustineat; uti sic, contemptis mundi huius ornamentis, coelestis gratiæ pulchritudine possit decorari. Per breui hac ad eam habitam admonitione, in Britannias profectus est.

Vide vitam
S. Germani
Episcopi
Antifiodo-
rensis quæ
recitat Sur.
II. Jul. to. 4.

Post aliquot deinde dies, eius mater solemniter die ad templum itura, Genouefam domi residere iuber. At puella magna instantia se deuotionis studio templum adire velle clamitat. Mater iræ impotentia superat, filiæ maxillam percutit: sed non impunè. Nam repente cæcitate percussa benedictione pænas luit. Tandem memor vaticinij Germani antistitis mater, vocatam ad se filiam orat, ut aquam è puteo miseræ matri hauriat, eamque sibi

Mater quia
filiam à Dei
laudib. auo-
cat, cæcitate
punitur.

por-

porrigat. Paret Genouefa alacriter, matrique crucis signo integram oculorum aciem restituit. Recuperat
visum.

Defunctis parentibus, cum iam Deo manibus episcopi consecrata esset, Parisios commigrans, acri paralysis morbo correpta est: adeo ut nulla prorsus compago suis artibus haberet; totoque triduo semianimis iacens, solis genibus subrubescens palpitaret. At in hac corporis afflictione constituta multa, quæ recuperata sanitate, spiritalibus quibusdam personis indicauit, in spiritu vidit.

Ea tempestate, Attila Hunnorum Rex, Galliarum provincias immani cœperat populatione vastare; eoque res deducta erat, ut vim illius, furoremque reformidantes Parisienses, consilium diffiditæ plenum de vrbe, cum coniugibus ac liberis fortunisque omnibus deserenda caperent. Verum sancta Genouefa magna animi constantia, ne tantum in se dedecus admitterent, illorum coniuges hortata est, urbemque in qua & nata & educata essent, ea animi desperatione fracta desereret: sed potius contra hostiles & enses & arma, se suosque maritos ieiunijs & orationibus munirent. Considerent porro præsens Dei numen illis affuturum: Lutetiamque nihil mali ab hoste passuram. Matronæ his ancillæ Dei vocibus confirmata, spem suam in Dei misericordia reponere constituunt. Quidam vero ciues, conuenticula, de nece illi inferenda, habere cœperunt. Interea Antisiodorensis Archidiaconus, Parisios adueniens, & populum magno concursu de certo mortis genere consultantem offendens, sic affatus est: Nolite, o ciues, tantum facinus mente concipere. Hanc ego, sanctum Germanum venerabili voce laudare, & vitæ eius merita prædicare crebro audiui. Ecce, quæ à memo-

Parisienses
Genouefæ
mortem
méliuntur.

rato Pontifice per me ad eam allatae sunt eulog
perspicite. Hac salubri allocutione, nefario
uium animos compefcuit.

Eximia eius
sobrietas.

Virgo autem sanctissima nè Hunnorum exere
tus, propius ad urbem accederet, oratione à De
impetrauit. A quindodecimo ætatis suæ anno
quingagesimum vsque, bis in hebdomada, Di
minica videlicet die, & quinta feria, exiguo pan
hordeacei & fabæ pulmento ieiunium dissolu
A vino, toto vitæ suæ spatio abstinuit. Post annum
quingagesimum lactis & piscium vsum, sed ra
rò & perparcè, admisit. Quoties ad cœlum ocu
los tollebat, lachrymas fundebat.

Claret spi
ritu prophe
tiz.

Vicum Catullacensem, Dionysij sepultura co
lebrem, summa veneratione profecuta est. Arde
bat sancta Virgo incredibili amore huic sanctissi
mo martyri basilicam eximij operis construend
sed cum nimia rei familiaris angustia prohibere
tur: rem cum presbyteris contulit. Illis facultate
tem calcis coquendæ maximè causantibus, virgo
sancta, nihil de præpotentis Dei auxilio hæsitans
eos prætereuntium sententiam auscultare iussit.
Obtemperant illi protinus, egressique foras, duo
inter se subulcos colloquentes inueniunt; quoru
alter porcum ob pastum fortassis euagantem sol
licitè perquirens, calcariam miræ magnitudinis
fornacem in locis desertis se reperisse narrabat.
alter verò, aliam eiusdem generis fornacem in
sylua se inuenisse dicebat. His auditis presbyteri
mirantur, & præ gaudio lachrymantes, Deo gra
tias agunt. Itaque & illis & ciuibus alacriter o
pem ferentibus, beatissimi martyris Dionysij ba
silica constructa est. Sed hic quæso Virginis san
ctitatem attendite.

S. Dionysio
basilicam
construit.

Artificibus enim extrema siti laborantibus, dicitur
Gene

Genesius presbyter, qui insignem opem ad hanc structuram contulit) ad urbem festinus excurreret, & vasi, quod haecenus potum laborantibus prae- buerat, signum crucis imprimens, effecit, ut ad operis usque consummationem potus non desiceret.

Impetrat po-
tū operarijs
à Deo.

In vigilijs obseruandis mira deuotione flaba- bat. Solita namque erat noctem sabbathi in cra- stinam lucem peruigili prece transigere. Accidit verò, ut quadam vice, exacto noctis intempesta curriculo ad basilicam properaret, & cum nimia ventorum importunitate extincto cereo, comites illius virgines in densis tenebris miserè oberra- rent, Genouefa è manu virginis extinctum ar- ripuit cereum, qui, mirabile dictu, mox ac- census, tutum illis ad basilicam, iter lumine suo aperuit.

Mulier quaedam calceamenta pedum eius fur- to abstulerat, sed mox cœcitate percussa, iusto ad- missi sceleris dolore stimulata rediens, illius se pedib. prostrauit. Cuius misera virgo, signaculo crucis pristini vitus incolumitatem ei reddidit. Laudini puellam quandam, nouem ferè annis pa- ralyti dissolutam, omnibusque membrorum of- ficijs destitutam, manu apprehensam è lecto sub- leuauit, & integræ sanitati restituit. Childericus Francorum rex tamen à Christiana religione ef- fet alienus, singulari tamen veneratione virgi- nem persecutus est. Hic cum aliquando duos reos à capitis condemnasset, ne interuentu virginis à supplicio eripi possent, portas occludi iussit. At virgo sancta celeritate, qua poterat maxima, ad portas festinat, & ecce confestim quasi ad quoddam iubentis imperium portæ reseratae sunt, miseriq;

Illuminat
caecam.

Sanat para-
lyticam.

Reos duos à
morte libe-
rat.

Portæ diui-
nitus resera-
tus.

Simeon filius
lytes Virgini-
s sanctitatem in spiri-
tu cognouit.

Obsessi 12,
liberantur.

Suscitatus
mortuum.

Aliz eęęę
refutuit
visum.

iamiam maſtandi à mortis discrimine liberati.
Quid hic de Simeone illo mundi huius contem-
ptore egregio, qui annis ferè quadraginta in co-
lumna extra Antiochiam conſtitit, referamus? At
mirabilem virginis huius ſanctitatem in ſpiritu
optimè cognouit: nam per mercatores virginem
Genouefam ſalutari iuſſit, eamque vt pro ſe apud

Deum intercederet, rogauit. Pariſijs quodam tem-
pore, homines duodecim tam grauiter à dæmo-
nibus vexati ſunt, vt modò in aëra ſublatis, modò
ad terram alliſi, omnibus ingentem formidinem
incuterent. Hos Dei ſamula ad S. Dionyſij baſili-
cam properare iuſſit. Quò ſubſecuta, martyris
Chriſti freta ſolatio, oratione ſua ita immundis
ſpiritus profligauit, vt illorum abſceſſum, oris
ſolum quærimoniæ, ſed etiam teterrimus foetor
reſtarentur. Fœmina quædam, quam ab immundo
ſpiritus vexatione liberauerat, filium habebat ve-
nicum, qui ludibundus præceps in puteum ruit.

A matre verò poſt trium horarum ſpatium extra
citus, exanimis Genouefæ oblatuſ eſt. Illa rigidum
miferata, pallio contexit, nec prius à lachrymis
deſtitit, quam victrix vi, filium matri viuum reſta-
tueret.

A ſancto Epiphaniæ die ad cœnam uſque Do-
minicam, excellentiùs pietatis ſtudio incumbere
volens, arctiſſimè ſeſe intra cellulæ ſuæ penetra-
lia concluſerat. Cumque quædam mulier, quid-
nam ageret curioſius ad cellulæ oſtium explora-
ret, ſtatim ſe oculis captam ſenſit: improbi con-
tuitus pœnas luens. Sed ſancta virgo, expleto conſue-
tudinis ſuæ officio, precum ſuarum interceſſione
lumen amiſſum reformauit.

Pariſienſibus diuturno belli graſſantis excidio
exhauſtis, & extrema inopia laborantibus, Virgo ſan-
ſan-

sancta, tanta miserorum calamitate permota, afflictiis alimoniam aliunde comparare statuit. Navim igitur conscendit, sed aduerso superato flumine, ad arborem quandam nauigantibus ad eam exitiosam, ut naufragij periculum minaretur, perueniunt. Cumque nauæ inter se, quid factu optimum esset, consultarent illa ad solita orationis præsidia confugiente, nauæ nullo ferè securium ictu, arborem radicitus euellunt. Ad urbem tandem, quò tendebat, cœpto pergens itinere, deuenit. Iamque sanctitatis fama, eam antecesserat. Ecce enim tribunus quidam Passius nomine, vix urbem ingressam, precibus multis ad uxorem paralytici humoris pondere tam miserè oppressam, ut corpore velut præmortuo, anima tantum, quodam hospitij iure in illa demoraretur, perduxit. Virgo Genouefa, quæ tota omnibus benignè faciendi studio mirabiliter incensa erat, signo crucis illi benedixit, & integrum membrorum omnium usum restituit.

Prospicit
Parisiensib.
de annona
in extrema
necessitate.

Secundò cu-
rat paralyti-
cam.

His in ea vrbe, non sine singulari Dei gratis, virtutibus perpetratis, cum nauibus vario ciborù genere, ex animi sententia onustis Parisios redire maturauit; sed vi turbinis, naues inter rupes & arbores impulsæ, omnia salutis spem auferunt. Hic sublatis in cœlum manibus Genouefa, naues à præsentis submersionis periculo liberat, & prospero deinde cursu Lutetiam deducit, ciuesque dira confectos fame, alimentorum copia ad pristinum corporum statum & robur, reducit.

Varia eius
fuerunt mira-
cula.

Longum nimis foret omnes, quas surdis, mutis obsessis, & varijs corporis animique languoribus oppressis, miserationes exhibuit, recensere. Vnù hoc tantum, ex quo, quàm insigni miraculorum

virtute virgo Genouefa claruerit, facilè intelligi potest, referam. Puerulus quidam Meroneus nomine à natiuitate cæcus, surdus & claudus. ad famam Virginem obtinendæ salutis causâ Parisiorum à parentibus est allatus: qui ab ea benedicti olei vnctione delibutus, & cruce signatus, integre adeptus sanitatem cum parentibus domum se recepit. Similiter dæmoniacus quidam impetrandæ sanitatis causâ à parentibus ad eam missus erat. Illa sacro eum oleo curare nititur, sed cum pixidem oleo vacuam, & Episcopum qui oleum sacraret, absentem cerneret: ardentibus precibus à Domino & oleum, & eiusdem olei vnctione dæmoniaco sanitatem impetrauit. Ego verò (sicquit auctor) post * tricenos, ab obitu eius anno quo tempore ad eius conscribendam vitam ad mare appuli, in imo ampullæ oleum, quod eorante, creuerat, vidi. Tandem annos amplius octoginta scælici emensa cursu Virgo Genouefa peregrina mundo, venerabilis populo, deuotè Christo, diem clausit extremum, tertio Nonas Ianuarij. Cuius venerabile corpus requiescit in Conuentu Apostolorum Petri & Pauli, in monte Parisijs.

* alias tricenos.

Migrat è vita.

Vide Tom. 2, Annal. Eccl.

MARTYRIUM S. ANTERI, PONTIFICIS ROMANI, ex Casare Baronio. Passus est anno Domini Natalis 238. Maximini Imperatoris 2.

3. Ianuarij. Patria eius.

Martyrium septimana

Anterus Patre Romulo, è Græcia oriundus, vir pietate clarus, S. Pontiano, in Sardinia Insula, martyrio coronato in dignitate Pontificia succedere meruit. Qui summo studio acque

atque diligentia res gestas martyrum, eorumque sedulo de-
 præclara certamina, perpetuis litterarum mo- scribi curat.
 numentis, mandari curavit. Indignum nam-
 que statuebat, vna cum vita, benè agentium me-
 moriam aboleri, è qua tantus, tamque eximi-
 us, ad omnem posteritatem dimanat fructus.
 Igitur cum sedulo in id opus incumberet, mar-
 tyrumque certamina, à contemptu & obliuio-
 ne, dictis factisque vindicaret, ad eandem mar-
 tyrij gloriam, mense vixdum in Pontificatu ex-
 cto, peruenire meruit. Maximinus namque Im-
 perator, qui præcipua in Christianos crudelitate
 sæuebat, Romæ, per Vitalianum, Prætorio,
 & Sabinum vrbi præfectos, eum comprehen-
 di, vitaque fragili hac & caduca spoliari iuf-
 fit.

Vnicam vir sanctus, Decembri mense, ordina- Ordinatio-
 tionem fecit, in qua Antistitem vnum, in Ciuitate nes eius.
 Fundis Campaniæ consecrauit. Successorem verò Succedit ei-
 habuit Fabianum, sanctitate & eruditione in- us Fabia-
 tum, atque postremò Martyrij corona similiter aus.
 decoratum.

MARTYRIVM SS. CYRINI, PRIMJ,
 & Theogenis, quod exegere, sub Licinio Anno à Vide Cæf.
 Partu virgineo trecentesimo decimosexto. Syluestri Baro. Tom.
 Romani Pontificis tertio. Constantini Impe- 3. Ann. Eccl.
 rator. vndecimo. Ex eo quod habe-
 tur apud Baron.

CVM Licinius Orientalium Imperator, o- 3. Ianuarij.
 mnes bellicæ artis machinas, in Constanti-
 ni perniciem expediret, cunctosque sub signis sui
 B 4 Chri-

Cizicam
primaria ci-
uitas in Hel-
lesponto.

Ignoratur
genus mar-
tyrij Cirini
& Primi mi-
litum.
Certamen
Theogenis
militis.

Legio, Sera
Traiana ap-
pellata.

Atrocissi-
me crucia-
tur.

A Christo
Domino, in
ter tormen-
ta, visitatur
& conforta-
tur.

Mergitur in
mare.

Christianos, ad nefanda idolorum sacrificia compelleret, in Cizico primaria Hellepontica ciuitate, Cyrinus, Primus, atque Theogenes militari gloria illustres, sed Christiana militia illustriores, quod arma aduersus Christi fideles sumere recusarent, præclarum martyrij certamen magna virtutis constantia peregerunt. Et quidem Cyrinus atque Primus, quibus excarnificati supplicij, ex mortalitatis ergastulo migrarunt, literarum monumentis proditum non est. Theogenis verò certamen, inuictumque animi robur fertur fuisse huiusmodi.

A Patre verò Christiano, cum ad omnem iustitię pietatisque rationem optimè esset institutus, alijs similiter, egregia vitę, morumque probitate, prælucebat. Vnde à sceleratis commilitonibus accusatus, atque ad Legionem, quę Sera Traiana dicebatur, perductus, cum intrepidus Christianę fidei professionem eaderet, mox atrocissimis est fatigatus supplicij. In quatuor namque palos distentus, à Centurionibus octodecim, fustibus est diutissime cęsus. Deinde in carcerem missus, clauisque quatuor in neruo confixus, magna virtutis constantia, atrox supplicij genus superauit. Nec deseruit inuocantem se Christus Dominus, qui decertantem viriliter, visitare, viresque ad certam victorię spem conferre dignatus est. Fertur concentus vocum suauissimus, ad ipsas custodum aures dimanasse, animosque omnium ad fidem vehementer inflammasse.

Porrò Theogenes eductus è carcere, Tribuni sui sententia, in mare præcipitatus, præclaram martyrij coronam, cum magna fortitudinis, & spiritualis consolationis testificatione, adeptus est.

est. Lux namque cælitus eum circumdedit, quæ
carnificum oculos tanta claritate perstrinxit, vt
obducta caligine palpitarent, agnitaque perfidia
martyris auxilium supplices implorarent. Qui
salutaribus vndis per Christianos expiati, nono
post die, & pristina oculorum luce, & nouo S.
Spiritus gaudio donati sunt. Corpus verò marty-
ris, vndarum impulsu ad littus iactatum, magno
Christianorum gaudio iuxta muros ciuitatis, in
villa Adamanti nomine sepultum est.

Miraculum.

Carnifices,
ad Christi
conuersi,
Baptizatur.
Locus se-
pulturæ S.
Theogenis
marr.

PRÆCLARVM CERTAMEN S. PETRI
Aulani, ab Anastasio S. R. E. Bibliothecario, Latinitati
donatum, Consummatum verò sub Maximiano

Vide Cæf.
Bar. in not.
Rom. Marr.

Imperat. qui regnavit Anno Christi Salua-
toris 301. & sequentibus. Sunt au-
tem hac eius Passionis &
sta, planè ger-
mana.

Item Tom.
2. Annal.

Petrus, qui & Balsamus dictus est, à finibus E-
leutheropolitanæ ciuitatis oriundus, tem-
pore persecutionis comprehensus, Seuero
præfidi oblatus est. A quo de nomine, genere &
officio percunctatus respondit, paterno se nomi-
ne Balsamum, baptismatis verò gratia Petrum ap-
pellari: genere Christianum; cuius officium cum
nulla sæculi huius dignitate comparari possit.
Tum Præses. Parentesne tibi sunt? Respondit Pe-
trus; Christus me omnia, cum pro eius nominis
confessione certandum est, denegare docuit. Ad
quæ Præses: Nosti, inquit, inuictissimorum præce-
ptum Imperatorum, quo vel dijs tibi sacrifican-
dum, vel diris supplicijs & cruciatibus morien-
dum

4. Ianuarij.

B 5

dum est? Imo, inquit martyr, noui ego summi & omnipotentis Dei & regis mei præceptum, quo, sceleratis falsorum deorum cultoribus acerbissimum, in omni sæculorum æternitate supplicium, subeundum est. Ad quæ blanda lenique voce Præses subintulit; Præbe mihi te dicto audientem, ô Petre, tuique miserere: & dijs sacrificia. Cui excelso animo martyr respondit; Præclare mei miserus fuero, si nec dijs sacrificauero, & pro Christi gloria in veritatis confessione occubero; quare rumpe moras & tuorum mandata Imperatorum exequere. Tunc Præses suspendi eum iubet, suspensumque, quo animo affectus esset, interrogat; Cui Petrus, iube adhiberi vngulas, ego enim in Christi confessione perseuero.

Præclara
martyris
vox.

Pfallit in
tormentis.
Psalm. 16.

Torquetur igitur fortiter Dei martyr, sed cum nulla omninò doloris significatione data, voce iucunda pfalleret; vnam petij à Domino hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, Præses iracundiæ facibus vehementer inflâmatus, alios accedere carnifices iussit. Turba verò crudeli spectaculo, propter ingentem sanguinis vim, ex omni corporis parte in terram defluentem, ad misericordiam excitata: clamare cœpit. Miserere tui ô homo, dijsque, vt te ab his pœnis eripias, sacrificia. Ad quæ constanti inuictoque animo martyr; Hæ pœnæ nullæ sunt, nec aliquem mihi grauioris doloris sensum incutiunt; sed si à veri Dei confessione, ad impium inanium deorum cultum defecero, tum demùm in veras horribilesque pœnas, nullo vnquam temporis spatio finiendas, incidam. Tum rursus ad Christi martyrem conuersus Præses ait; Petre, nisi pœnitentiâ ductus dijs sacrificaueris, ego te morti, sententiâ condemnatum, tradam. Et hoc est, inquit mar-

Constantia
eius.

martyr, quod tota mentis auiditate expecto. Tunc Præfes hanc in eum sententiam tulit. Petrum, inuictissimorum principum contemptorem, propter legem Dei sui cruci affigi præcipio. Sic venerabilis Christi athleta, foelici agone apud Aulonam ciuitatem, tertio Nonas Ianuarij, sub Maximiano Imperatore finem suum compleuit.

Crucl] affi-
gitur.

INSIGNE MARTYRIVM S. GORDII

Militis, ex eo quod est, à S. Basilio magno, oratione Panegyrica conscriptum. Quod spontaneus subiit, anno Incarnati verbi 304. sub Galerio Maximiano, in Oriente solo post Diocletianum regnante, anno eius Imperij 1.

Vide Cæs.
Baro. Tom.
2. Annal.

Sanctus Gordius ciuis Cæsariensis, egregia militiæ laude præcellens, cunctis inter ordines militibus præstantior habitus, centurionis dignitate eminuit. Cum autem impius, qui tunc imperitabat tyrannus, virus suæ feritatis in Christianum nomen effunderet, totaque vrbe, ne quis Christum adoraret, crudeli mortis proposito edito præconis tuba sanaret, & idola interim adoranda, lignea lapideaque hominû simulachra, pro vero numine colenda proponerentur, totaque ciuitas, rei nouitate attonita, tumultuaretur, & miserabili mulierû & puerorû eiulatu cõpleretur, infontesque Christiani indignis modis ad cædẽ raperentur, Pater filiû, filius patrẽ accusaret, frater aduersus fratrẽ insaniret, seru^o domino insultaret, adeoque diabolicis artib. hominum animi affecti teneretur, vt veluti in tenebris agentes, sese minime cognoscerent, generosus Centurio Gordius, ardētiss.

Galerius
Maximianus.

Dira persecutio
Christianorum.

Spontaneū
eligit exi-
lium.

tissime Christi amore inflammatus, nè inter vana idola cum magno periculis suæ periculo vitam duceret abiectio militiæ balteo spontè sibi exilium delegit: relictisque honoribus, relictis omnis generis facultatibus, seruis, propinquis, amicis, voluptatibus, & rebus alijs, quas cæteri magno studio parare solent, ad vasta deserta, & hominibus inuisa loca contendit: vbi sedula meditatione, quàm sit fallax & inanis vita humana, ac somnij phantasmatis æquiparanda intentus, in supernæ illius vocationis amorè mirabiliter exarsit: ac veluti fortis athleta sese ieiunijs, orationibus, studijs demum diuinæ eruditionis probè exercitatum & ad certamen instructum animaduertens, hunc maxime diem obseruauit, in quo frequens ciuitas, visendo equestri spectaculo erat intenta; quod hoc in loco ea tempestate in Martis, seu potius furentis bellorum dæmonis honorem celebrabatur, Populus omnis ex edito spectabat, nec vllus deerat; non Iudæus, non Gentilis, non item Christianorum multitudo, quæ negligenter vivebat, & cum vanitatis concilio commixta sedebat, non declinans conuentus malignantium, sed & ipsa tum equorum cursum, & aurigarum agilitatem spectabat. Plenum erat stadium, & omnis iam turba confederat, equestre certamen videre intenta.

Gordius
spontè in
certamen
prodit.
Rom. 10.

Tunc magnanimus ac fortis heros, per montis cliuum in theatrum properans, non populum horruit, non quàm hostilibus se manibus traderet pensitauit; sed corde intrepido & animo excelso in eminentiori theatri parte stans, ingenti voce exclamauit illud Apostoli: Ecce inuentus sum ab ijs qui me non quærunt: his qui me non interrogabant, palàm apparui. Quibus sanè verbis
se in

se in eum venisse locum significavit, minimè coactum: sed vltro se ad certamen exhibuisse. Salvatoris exemplum secutum, qui cum per atram noctem, minime videretur, se Iudæis manifestavit. Omnium igitur oculos statim in se conuertit. Erat enim aspectu horridus, & quod montana diu incoluerat, squalenti capillo, barba promissa, veste obsita, corpore toto aridus, pera præcinctus, baculo innixus. Quæ sanè omnia horrorem quendam, vulgo aspicienti incutiebant: simul & eum illustrem magnoperè reddebant. Vbi autem, quis esset, cognitus fuit, gentiliū simul & Christianorum clamor est ortus; his quidem ob gaudium sui commilitonis exultantibus: illis verò, qui repugnant veritati, iudicis animum ad eius cædem accendentibus.

Habitus eius.

Igitur clamor atque tumultus omnia complebat, equos, currus, aurigas iam despiciebant. Frustrà rotarum stridor aërem verberabat, nullus aliud quàm Gordiū videre malebat: nullus quam Gordiū verba sonantem audire studebat. Totum denique theatrum murmure, more venti per aëra sonantis, perstrepebat, & equorum cursum superabat. Vbi verò per præconem silentium imperatum, conticuere buccinæ, sopitæ fistulæ, varia musicorum instrumenta siluerunt, solus aspiciatur Gordius, solus audiebatur. Hinc ad Præsidis tribunal, qui tùm in eodem loco sedebat, certamenque instituebat, confestim adductus, & ab eo quisnam, aut cuius esset interrogatus, & patriam & generis & dignitatis locum, quem tenuerat: præterea causam fugæ, ac reditus pariter enarrauit. Reuersus sum, inquit, palàm ostendens, quod tua edicta nihil omninò curo: sed Iesum Christum spem meam, meumque præsidium proficor.

Sistitur tribunali.

Præclara vox martyris, & animi magnitudo.

teor cumque acceperim te reliquos homines crudelitate superare, hoc sane tempus, explendo meo voto maxime idoneum sumpsi.

Dixit ei mi-
natur præ-
fcs.

His sane verbis, velut ignis ira præfidis accensa, & quicquid in eo furoris erat, in hunc subito conuertens: Præstò sint, inquit, lictores, flagella, plumbatæ, corpus rotis scindatur, in equulio suspendatur, omne tormentorum genus excogitur. Feroces adfint feræ, igni tradatur, gladio feratur, in altum barathrum deijciatur. Ad hæc martyr; Damnum me facere profectò videor, si sæpius varijsque modis exstingui, variaque pro Christo pati supplicia nequeo. Quem vt in se confirmaret animum, in cælum oculos tollens, sacra psalmodum carmina decantabat. Dominus mihi adiutor non timebo quid faciat mihi homo. Et rursus: Non timebo mala quoniã tu mecum es & alia istis germana. Tantumque absuit, vt intentatas horreret pœnas, vt eas vltro in se prouocaret, supplicijque moras vehementer increparet. Quid, inquit, tardatis? Quid statis? Corripite corpus, membra frustratim cedantur. Nolite mihi beatam spem inuidere. Quantò enim plus mihi tormentorum accesserit, tantò plus referam præmiorum. Res enim in hac vita aduersæ, nobis apud Deum perpetuam pariunt voluptatem. Si vulnera mille ac cicatrices patimur, in resurrectione splendido induemur amictu. Pro contumelia atque ignominia, palmas coronasque assequemur. Pro vinculis & carcere, per ampla paradysi spatia læti vagabimur. Pro accusatione demum atque iniqua condemnatione, gloriam ex Deo & angelis referemus. Minæ vestræ semina mihi sunt diuina: vnde immortalitatem, perpetuaque gaudia metam.

Contemnit
præfidis mi-
nas.

Aduersitatis
emolumentum.

Cum

Cum verò seueritate, vir beatus à fidei constantia auerti non posset, alia dum via, præses est aggressus. Illecebris & omni lenitate contaminare conatus est: cum præsertim diabolus hac vti soleat arte, vt timidos metu perterreat, fortes leniat, atque palpet. Quod imitatus præses, vbi illum rebus terribilibus non flexit, dolis circumuenire quærebat. Quamobrem magna se daturum spondebat, locum inter milites illustrem, facultates, opes, quidquid deniq; animus cuperet. At ille nec sic quidem victus, præsidis insaniam ridebat: qui compensare dignum aliquid, æternis sedibus existimaret.

Impius ille tunc, laxatis iræ habenis, ensē vagina nudauit, licetorem contra astare iussit, & manu & lingua nefanda, ad viri damnationem se accinxit. Ad tribunal omnis theatri multitudo conuenit: reliquus verò populus, qui adhuc in vrbe fuerat prorumpens ad hoc nouum properauit spectaculum, quod & angeli & homines verebantur, dæmones verò perhorrebant. Quid plura? Concurrentibus eò cunctis, vrbs penè vacua facta est, fluminis instar, tota incolarum multitudine extra urbem ad locum martyrij confluenta. In tanto itaque ciuitatis concursu, beatum Gordium, alteram vitam iam iam per mortem corporis, spectantem atque tenentem, necessariorum amicorumque turba circumstibat, amplectebantur, oscula dabant; demùm fientes adhortabantur, ne sese in ardentis flammæ conijceret: ne florem perderet iuuentutis, aut æthereas auras, solisq; dulce iubar relinqueret. Nonnulli quando à fide eum auertere omnino non poterant Christum tantum corde si cuperet retinere, ore negare suadebant. Non enim

Quem supplicij non potuit, blasphemis subuertere conatur.

Improbum
& stultum
consilium.

enim Deum verba, sed loquentis animum inspicere.

At ille tanquam cautes immota maris, exagitantibus fluctibus, nulla vi, nulloque verborum impulsu quassatus, in cœpto proposito inexorabilis permansit. Cumque mentis acie huc illic circumcursantem diabolum, & eius impulsu arte hinc lachrymas oriri, inde vim eloquentia suadendique copiam subministrari animaduerteteret, illud Domini verbum fleatibus ait: Nolite flere super me, sed flete super Dei inimicos, qui in Christianos hostili animo grassantur. Ipsos, inquam, flete, qui ignem nobis parant: sibi met gehennæ incendia, iramque in die iræ thesaurizantes. Meum sollicitare aut emollire animum desinite. Ego enim pro nomine Domini Iesu Christi, mille pericula milleque mortes, si opus foret, adire sum paratus. Alijs verò qui Christum ore negare adhortabantur, respondit; lingua quidem, quam Christi gratia retineo, adduci non possum, ut suum neget auctorem. Corde namque credimus ad iustitiam, ore verò confitemur ad salutem. Negem ego Deum meum, in cuius cultu sum educatus? Nonne cælum, sol & astra omnia, Iumen mihi clauderent suum? Credam profectò, humum quam pedibus tero, mihi ruituram. Nolite errare, Deus nequaquam irrideri potest. Ex ore nostro nos iudicat. Ex nostris, inquam, verbis nos seruat & damnat. Nonne tremendam Domini sententiam audistis: Qui me negabit coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cælis est? Mihi consulitis ut Deum nō esse dissimulem? Quamobrem? ut vitam porrogem, mortem differam? dies adijciam? At supernæ vitæ longæuos perdam annos: An ut corporis cruciatus effugiam?

Rom. 10.

Galat. 6.
Luc. 19.
Matth. 12.
Matth. 10.

fugiam? At sic non videbo bona iustorum. Nam iri
 perditum dedita opera, & fraude ac dolo sauas
 tartari poenas mercari, manifesta insania est. Vo-
 bis igitur consulo, si malè sapitis: sapientiam ac
 veritatem discite. Si verò dissimulatis, temporiq;
 obsequimini: vos hortor rogoq;e, relicto menda-
 cio vera loquimini, dicite quoniam Dominus no-
 ster Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Nam
 hanc vocem emittet lingua quando in nomine Ie-
 su omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium, &
 infernorum. Omnes profectò morti sumus ob-
 noxij, sed non omnes inclytam martyrij palmam
 fortiuntur. Non igitur naturalem vitæ cursum
 præstolemur; mundana funera, supremas nostro-
 rum lachrymas despiciamus: cœlestem gloriam,
 violenta immaturaq; morte præueniamus. Velo-
 citer ex hac vita quæ potius est interitus, longus
 dicenda, breui quidem labore ad vitam veram
 commigremus. Quid miseri supremum ætatis fi-
 nem, inutilem, sterilem, infructuosum, stultum,
 vanum, hominibus pariter & brutis communem
 expectatis? Quicumque enim nati sunt, aut senio
 tabescunt, aut ægritudine corporis resoluuntur,
 aut violento, improuisoque casu aliquo conci-
 dunt. Sit pro necessitate voluntas. Quanquam et-
 iam si sempiterna essent terrena ista, nihilominus
 sic quoque pro cœlestibus commutanda essent.
 Verum quoniam fluxæ fragilesque sunt, & illorū
 comparatione magnoperè indignæ, quis furor in
 his inuigilare, & illorum studio spem illam bea-
 tam credentibus repositam negligere?

Philipp. 2.

Exhortatio
 ad martyriū

Hæc vbi dixit Christi miles, crucis se signo
 communiuit, & animi magna constantia, vultu
 intrepido, colore nusquam mutato, ad supplici-
 um hilaris contendit; vbi tantam cordis præ se fe-
 rebat

Crucis signo
 se munit.

F rebat

82 VITA S. RIGOBERTI

rebat alacritatem, vt non licitorum, sed angelorum se manibus comittere videretur: qui subito post interitum, sublimem eum in caelum deferrent. Ad haec tantus illius populi clamor ac tumultus est factus, vt vel tonante caelo nunquam milis sit auditus. Hoc igitur huius preclari martyris certamen fuit. Hoc hodierna dies spectaculum videtur quod proculdubio tale est, vt nec temporis diuturnitas vnquam abolere, nec longae consuetudinis fastidium tollere, nec aliud quippiam quam uis magnum exsuperare valeat.

VITA S. RIGOBERTI, RHEMORVM

Vide C. Bar.
Not. in mart.
tyr. Rom.
Item Tom.
9. Annal.

Archiepiscopi, ex ea qua est apud Surium fide dignum
Excessit ex humanis, circa annum salutis 793.
Ponitur verò vigesimus octauus eius seculi
dis episcopus.

4. Ianuarij.
Genus eius.

RIGOBERTVS spectabili profapia, in regione qua Ribiariorum vocant, patre Constantino, matre Franca ortus, a primis aetatis initijs, totum se caelestium disciplinarum studijs mancipauit, eosque in virtutum omnium exercitatione progressus fecit: vt omnium iudicium pontificia dignitate dignissimus haberetur. Hoc igitur honori, & aetate & eruditione maturus, et uino magis quam humano fauore, Reolo magnorum virtutum viro, & vt quidam aiunt, sanguine ei propinquitate coniuncto, in pontificatu successit. Quem tanta virtutis opinione statim administravit, vt non minus a malis quam bonis omnibus diligeretur. Bonos enim ita in pietatis studijs salutaribus admonitionibus fouebat, vt peccatis, si caderent, acriter minaretur; Lapsum autem paterna cura & studio a prauitate ad virtutem

Episcopus factus vt se gesserit.

uocabat, & ne desperatione fracti, ad meliorem se frugem recipere tardarent, benignè admodum consolabatur.

Cùm plaræque præcedentium Patrum studio & vigore instituta, collapsa essent vir sanctus sua industria in pristinum statum restituit. Nam canonica clericos religione contineri voluit, & pro numero illorum, qui tunc erant, ad victum pertinentia eis suppeditauit: ut diuino cultui & liberius & instantius vacare possent. Ante enim illius Pontificatum, non dabatur eis panis, ut vocant. canonicus; nec erant, ut sunt hodie, canonici; quin etiam loca quedam cum eorum habitatoribus eis contulit, qui eorum vsibus necessarijs perpetuò inseruirent. Et ipse quidem, primus inter Rhemorum Episcopos fertur commune eis instituisse ærarium, quod generatim omnibus eorum vsibus perenniter applicaretur.

Canonicos instituit.

Quodam tempore vir sanctus de Clumifaco villa episcopatus sui veniens, adijt Pipinum Maiorem domus, quem plerique Magistrum equitum vocant: patrem Caroli Martelli; præmissis quibusdam eulogijs ad illum à venatione redeuntè, quas quidem crebrò mittere consueuerat. Morabatur tum temporis Pipinus in pagi cuiusdam loco, cuius vocabulum est Gremaca cortis. Venientem itaque Rigobertum conspicatus his verbis liberaliter compellauit; Rigoberte pete à me quicquid volueris, nec voto frustraberis tuo. Cui Rigobertus: Da, inquit, mihi exiguam hanc mansuculam, & sufficit mihi. Imò, inquit, Pipinus & hanc, & quantum tibi in circuitu eius vendicare voles. Itaque sicut olim Clodoueus Rex beato Remigio, ita ille sancto Rigoberto tantum

Pipini in s. Rigobertū liberalitas.

F a

lar.

largitus est agri, quantum, dum ipse dormiret, ambulando circuire posset. Ferunt autem terram illam, quam à Pipino ad ecclesie illius utilitatem receperat, & æstate & hyeme lætiores segetes & gramina, cæteris locis adiacentibus exhibere. Adiditurque omnem locum illum, postquam Rigoberto cessit, à tempestate & grandinis sæuitia ita fuisse immunem, ut nunquam graue aliquod damnum ab eis acceperit.

Carolus Martellus à Rigoberto baptizatus,

Pipinus autem præter hæc dona, tam insignem virum sanctum amore prosequabatur, ut filium suum Carolum, (qui propter animi ferocitatem Martellus est appellatus) aquis salutaribus exornandum, & de sacro fonte suscipiendum mittere. Pro quo beneficio, non pares vir sanctus gratia ab eo recepit. Nam ut mortuo Pipino, grauis contentio inter Carolum & Ramanfredum eius filios de principatu obtinendo exorta fuit; & Remorum urbem, per insidias, ficta pietatis specie Carolus occupare vellet, Rigobertus constanter ingressum ei negauit. Qua sancti viri constantia, Carolus vehementer offensus, minas ei intentauit; victoria potiretur, non impunè id episcopum laesurum.

Carolus Rigobertum è sede sua depellit.

Non multò post duodecimo Calend. Augusti Carolus pro imperij dignitate cõsiliis cum Chilperico rege, & Ramanfredo, quem Chilpericus maiorem domus vel Magistrum equitum creaturatum; & quidem pro voto victoria potitus, Rigobertum dignitate nudatum exilio mulctauit; quod vir sanctus summa quadam animi æquitate patienter tulit.

Moratur Rigobertus in chorte Gremaca,

Porrò Rigobertus in chorte Gremaca exilium tulit; ubi assiduis vigilijs, precibus, elemosinis cæterisque pietatis operibus vitam transegit: cre-

broque sanctorum loca, qui pro Christi confessione & gloria multis defuncti periculis occubuerant, inuisendo, se non modo consolabatur, verum etiam ad multo grauiora pro ecclesie libertate perferenda accendebatur: adeo vt ardentem martyrij palmam expetijisse dicatur. His alijsque virtutum actionibus clarus, migravit ad patriam claritatis aeternae, pridie nonas Ianua. Anno Dominice incarnationis plus minus septingentesimo septuagesimo tertio: Indictione octaua; estque honorifice sepulturae mandatus in ecclesia sancti Petri, quam ipse a fundamentis extruxerat. Claruit autem post obitum multis miraculis, sed hominum incuria non sunt literis mandata. Erat apud eius loci presbyterum, puer quidem scholasticus, qui dissolutis moribus irreuerenter super eius tumulum subsiliens, mox acri pedis dolore cruciari cepit: ex quo claudus affectus, nusquam illo pede ingredi potuit. Quo viso presbyter & eius loci indigenae cancellos ibi apposuerunt, ne quis temere accedens, similia pateretur.

Moritur.

Miracula post obitum.

In illa autem basilica nocturnis horis tantae suauitatis voces sunt auditae, vt non nisi angelicae putarentur. Lux quoque medijs noctibus tantae claritatis illic emicuit, vt solis splendore vicisse videretur; quae etiam immenso iubare suo sacerdotis cuiusdam illic habitantis domicilium adeo penetravit, vt ingenti timore & tremore percussus, diuinam bonitatem in sanctis suis ita mirabilem collaudaret. Porro Hincmarus, qui ab illo quinto fuit Rhemorum Episcopus, decimo octavo Kalend. Iulij transtulit sacras eius reliquias ad monasterium S. Theodoric, vbi multa sunt patrata miracula, quae studio breuitatis praeterimus.

Eius transitio.

VITA S. GREGORII, LINGONIENSIS
Episcopi, (ex Gregorio Turonensi in vita patr. c. 7.)
qui tribus reperitur interfuisse Galliarum Concilijs,
Epaunensi, Aruernensi, necnon etiam tertio Aurelianensi;
sed huic per Legatos tantum. Numerus autem de-
cimosexus Lingoniensis sedis antistes. Desijt verò
ab humanis postquam sedisset annos 32. Incarnatus
verbi Anno 541. Pontificatus Vigily, 2. Imperij
Iustiniani 15. Regnante Theodober-
to, Francorum rege.

Item Annales, Tom. 7.

4. Ianuarij.
Clarum ge-
nus eius.

Post mortē
vxoꝝ ad e-
piscopatum
vocatur.

Fracturam
eximia san-
ctitatis sig-
num.

Crucis signo
dæmonia.
eos liberat.

SANCTVS Gregorius, excelsa senatorij or-
dinis dignitate valdè clarus, & litterarum
apprimè eruditus, quadraginta annis mira-
bili prudentiæ, iustitiæque opinione, Augustodu-
nensis civitatis comitatum administravit. Comi-
tem habuit eiusdem ordinis senatorij dignitate
Armentariam nomine, in primis nobilem, qua
communi mortis debito, priuatus, ad episcopa-
lem Lingonicæ vrbis sedem, populi suffragio vo-
catus est. Quam tanta vitæ puritate, tantoque vir-
tutum omnium splendore, in medijs mundi curi-
regendam suscepit, ut nihil planè mentis eius pu-
ritas, & candor morum, ab eremitica puritate di-
stare videretur. Habebat hic sanctus pro more, in
noctis medio confurgens, devotas Deo laudes, o-
stio templi diuinitus ad eius ingressum referat
offerret; & quodd dictu mirum est, cum solus esset
suaue sonantes psallentium voces exaudiebantur.
Non dubium quin sancti, quorum reliquiæ eo-
dem in loco reconditæ erant, communes Domi-
no laudes reddebant.

Sanctissimo manuum suarum contactu, pluri-
mos à Dæmoniacâ potestate eripuit: crucis quoque
signo

signo, omnes quotquot accurrebant à Dæmone
obsessos, facilè liberabat. Armentariam neptem
suam quartana febris laborastem, & à medicis de-
relictam, orationis instàtia restituit incolumem.

*Febrietan-
tem curat.*

Nulla porrò corporis ægritudine, aut diutur-
no languore vexatus prius, subitò, in itinere con-
stitutus, in febrim incidit. Qua paulatim carnis
compago soluta, liberam sanctissimæ animæ ad
suum creatorem præbuit facultatem. Facies eius
candore niueo, futuræ resurrectionis gloriam
præsentabat. Funus verò muleorum lachrymis
procuratum, ad Diuionense castrum delatum est;
sed cum pondere baiuli aggrauati in terram de-
ponerent, ut resumptis viribus ad Basilicam bea-
ti Ioannis deferrent: ecce vincti carceris, defuncti
corporis opes, sublato clamore implorare cœpe-
runt; ò, virorum beatissime, miserere nostri, &
quos viuens durissimæ captiuitatis vinculis non
absoluisti: vel iam cælesti ornatus gloria dissol-
ue. Ad has miserorum voces baiuli reposito fere-
tro, virtutem beati antistitis præstolabantur. His
ergò expectantibus, subitò reseratis carceris o-
stijs, contractisque catenis, omnes pariter dissolu-
ti, ad beati corpus peruenerunt. Vnde miraculi
magnitudine stupefactus Iudex, omnes, benignè,
iudicio absolutos, libertate donauit.

*Tradit spi-
ritum.*

*Magnū mi-
raculū, pro
inuocatio-
ne sanctorū.*

Corpus eius humo, de more, coopertum, lon-
go post tempore, omnis corruptionis expers in-
uentum est. Quod Tetricus, sancti viri successos,
sanctitatisque opinioe venerabilis, ex angustijs
eruit, atque in aliud monumentum, tanto præfule
dignum, transtulit: nec non sacro altari honora-
uit. Vbi frequens populi confluxus, vim miracu-
lorum cum gaudio expertus, Deum in sancto eius
laudare nunquam destitit.

Miracula.

Vide Caf.
Baro. in No.
tat. marty.
rol. Roma.

Item Tom.
6. Annal.

VITA B. APOLLINARIS VIRG-
nis, Anthemij viri religiosissimi, qui sub Arcadio Imp-
gessit consulatum, filia. Habitus est autem hic Anthe-
mius, velut Imperator, dum defuncto Arcadio,
pro Theodosio impubere administravit impe-
rium. Claruit autem sacra virgo, circa
annum Domini 408.

s. Iauuazij,

ANTHEMIUS pietatis & religionis laude
insignis, duas habuit filias; quarum altera
turpissima cupiditatis ab immundo vena-
ta spiritu, mancipium; altera, cui nomen Appol-
linaris, maximarum virtutum ornamentis excubi-
ta fuit. Quæ diuini amoris facibus inflammata, ad
monasticæ vitæ perfectionem aspirabat. Elucebat
in ea admirabile virtutis specimē, nec aliud men-
te pertractabat, quam vt mundi huius expedita
compedibus, Christo se totam consecraret. Sed
cum parentes, eximia alioquin pietate, egrè à cō-
plexu tam amabilis filia auelli possent, illa attā-
men importunis tandem obtinuit precibus, vt lo-
ca sacra perlustraret: suoque desiderio, vel hoc
saltem modo, satisfaceret. Itaque parentum con-
sensu, alto se mari commisit; caterua seruorum,
ancillarumq; stipata. Et quidem Ascalonem pau-
cis diebus delata, conspectu sanctorum locorum
tam eximio pietatis studio exarsit, vt opibus, quas
secum detulerat, in seruos ancillasq; distributis,
nuda ad Christi seruitutem transuolare gauderet.
Cum autem venisset Alexandriam, dimissis ibi-
de ministris omnibus, integra libertate exultanti-
bus, solo sponso Christo comitata, inde ad S. Mo-
nam, aliaque loca sanctitate conspicua contē-
dit; quæ magna animi veneratione ac gaudio ob-
iuit.

Visitas loca
sancta.

iuuit. Peruenit deinde ad fontem quendam, qui in hodiernum vsque diem Apollinaris dicitur; ubi reiectis continuo regalis magnificentiae vestibus, duro se monasticae vitae habitu induit. Et fusa, cum lachrymis ad Deum pro constantia, oratione caelestem in terris vitam, palma ei, quae ad vitae sustentationem necessaria sunt, suppeditante, ibidem auspicata est. Incredibili autem vitae austeritate, aduersus hostem decertabat; adeo ut pellis eius testudinis duritiem induerit; facies vero longis ieiunijs: ita erat exhausta: ut caueris magis, quam hominis speciem referret.

Fons Apollinaris.

Monastici habitum sumit.

Omnipotens autem & misericors Deus, qui sua bonitate hominum generi semper consulit, non passus est tam praclarum sanctitatis lumen diutius abscondi, quare, e tenebris, sancto Macario alijsque eremi cultoribus aggregauit. Et ne virtutis cursus propter sexum impediretur, admonita in somnis diuinitus, Dorothei nomen assumpsit. Et sic praclaris admodum virtutum miraculorumque operibus vitam transegit.

Mutato nomine ad Macarium proficiscitur.

Interea soror eius assiduo impuri Daemonis instinctu agitata, solitudinem clamare coepit, hostis enim virtutum inuidia concitatus, sexum eius proderi nitebatur. Consul igitur diuturna filiae suae miseria motus, ex procerum omnium consilio eam in solitudinem dimisit. Et mox sanctus Macarius de aduentu eius, totoque negotio diuinitus certior factus, eam excepit: exceptamque Dorotheo curandam tradidit. Qui primo quidem magno humilitatis studio reluctans, auctoritate tandem Macarii compulsus, eam in tuguriolum suum introduxit, moxque in suauissimos sororis suae amplexus ruens: Soror, inquit, charissima soror & statim vox marore doloreque nimio est preclusa.

Soror eius a Daemonio vexatur.

Impurum autem Dæmonis os, ne sanctam proderet, eius quidem virtute obstructum est; sed miseris interim eam modis torsit. Tunc Dorotheus protensis in cœlum, cum fletu gemitibusque manibus, pro salute sororis Dei misericordiam imploravit; & mox voce maxima Dæmon: dō hac virtus virtute egredior. Sublatam igitur sororem Dorotheus, patribus tradidit; qui gaudio incredibili exultantes, peracta Deo pro sua clementia gratiarum actione, eam Consuli miserunt. Sed conceptum ex filia salute Consulis gaudium, Diaboli malitia mōx fuit alia ægritudine contaminatum. Post paucos namque dies, eccē tibi Consulis filia vterum ferre videtur. Consul qua tunc mente, quo animo fuerit quis enarrare valeat? Et mōx tanti sceleris examine factō, monachi libidine contaminatam, falso Dæmonis instinctu cognoscit. Frenuens itaque gemensque, milites euocat, mandatque, vt flamma ferroque monachorum habitacula subuertant, vel certē monachum stupri reum ad se adducant. Parent illi dicto citius Imperatoris mandato, & furibundis similes, altum monachorum silentium clamoribus turbant; quibus Dorotheus se medium offerens; Ego inquit sum, in me conuertite ferrum. Nec mora, Dorotheum duris constrictum vinculis, milites ad Imperatorem trahunt. Qui summa mansuetudine eius prouolutus pedibus. Quæso te, inquit, dō Imperator, ne, quæ tibi dicturus sum ad aures admittere dedigneris. Eccē ego sum qui filie tuę Dei misericordia, sanitate restitui, nec est vlla impuritatis labe cōtaminata, & quare immēsos diuinę bonitatis diuitias diutius vobis abicōdo? Ecce ego ego, inq̄, sū filia vestra Apollinaris. Quo dicto, pater attonito similis corruit, & spiritu nimio gaudio

Apollinaris
sororem suā
à Dæmonio
liberat.

Apollinaris
vincta ad im
peratorem
trahitur.

Pandit se ef
se filiā eius.

dio intercluso, ingentem lachrymarū vim fudit. Resūptis demū viribus, alterā filiā adduxit: atq; Nostine ō filia, hunc virū? Et illa, hic est q, me suis precibus malo demone liberavit. Et statim facie in terrā pstrata, ab vteri sui opprobrio liberari postulavit. Quā illa magno charitatis affectu humō pia dextera erectā, precib. integrę sanitati restituit. Miraculo stupefacti omnes prę gaudio vim lachrymarū fuderūt: eius, sanctitatē multū venerātes. Nē verō qua cōtagionis labe inter mūdanas delicias pollueretur Apollinaris, parētib. nequicq; eā retinere volētib°, cęlestis vitę habitacula repetiuit in Scetim, ibidē autē a fratrib° cū sūma exultatione excepta, paucos post dies leni correpta morbo, ad æterna cęlestis patrię gaudia migravit. [Tūc corpore de more ad lauādū a fratrib° nudato ineffabilis Dei misericordia femineo in sexu reuelata est. Quarē mox & precib. & hymnis & laudib° diuinā donitatē in cęlū extollētes, sacras S. Virginis reliqas in antro Abbatis Macarij deposuere.

Abit d'vita.

Vide Cæf. Baron Ann. Tom. 4 s. lte An. Tom. 6

. Ianuarij

VITA B. SIMEONIS STYLLITAE SENIORIS, summē admirabilis ex ea quā Theodoretus; Episcopus Cyrensis scriptā reliquit. Claruit autem in felicibus primordijs suis Anno 378. sub Damaso Papa Gratian. & Valentin. Imp. Temporibus Meletij Antiochem antistitis. Obijt verō anno eiusdem Domini nostri 460. Leonis magni, Imp. 4. Leonis autem Roma. Pontif. 21.

Quamuis quidē omnes ferē homines, huius maximi orbis; terrarū vniuerso plurimū admirādi, viri Dei actionū, testes extant fideles, quoniā tamē suprā humanā naturā sūt, omnēq; fidē excedāt: illarū narrationē aggredi haud immeritō sanē quis planē primescat. Consueuere enim

enim plerique, ea quę de alijs dicuntur sua metiri natura, quęque sibi facilia factu putant, æquo animo accipere: supra verò ea, veluti ficta, falsa, fabulosa, & ab omni prorsus veritate remota, certò ducere. Sed quoniam id illis tantum, qui rerum diuinarum imperiti sunt, accidit, periti verò, piji que homines multi sunt, qui quidem Spiritus S. gratia suadente, tantum aberit vt non credant, vt etiam maximam fidem præsent: acta eius omnia fideliter quidem, attamē breuiter percurreremus.

Simeonis
patria

Est oppidum quoddam intra nostros, Cilicum que fines, sitū quod Incolæ Sisan appellāt. Hinc oriundus Simeon pascebat ouium greges, mundo ignotus, & breue quoddā temporis spatium, propter vim niuis de cælo decidentem, nactus, quo, ouibus: sub tecto relictis, Deo vacare posset, templum adiit, vbi Euangelica voce, quę stantes lugentesque Beatos, ridentes verò miseros esse prædicabat eruditus; protinus relicto mundo, in monasterium, tutissimum innocentie portum, se recepit. Ibidem biennio, omni virtutum genere diligenter exercitatus, Teledam profectus est. Hic se

Fit mona-
chus.]

Heliodorus
hic trium
annorum
puer mona-
sterium pe-
tijt.

se Heliodoro, viro sanè egregio, & à teneris celestibus disciplinis imbuto (qui celeberrimo cuiusdam sapientie domicilio præerat, clarissimis disciplinis excolendum tradidit. Apud quem, decem commoratus annos, hebdomodarum media carnem macerabat, tantaque austeritate in se defæuiebat, vt fratres, qui erant octogiata numero, ab eum vehementer vrgerent. Ab hac igitur palæstra dimissus, per montis solitudines, vagabundus aliquandiu, fossam tandem reperit, quam suę habitationis locum elegit.

Sed post quinque dierum decursum, fratres tanti athletę abentiam lugentes, multo labore &

re & studio inuentum, de fossa ad monasterium reuocarunt, transactisque paucis admodum apud illos diebus, Telauisum miserunt; vbi foribus angustæ domûs firmiter obstructis, totos quadraginta dies, celestium rerum meditationi acriter intentus, ieiunus perstitit. Et hac quidè[m] vitæ austeritate, octo & viginti annis continuis, strenuè sese exercuit.

Ieiunat sanctus totos 40. dies.

Columna instituit.

Post hæc, quoniam ad summam virtutis apicem tendebat; stationem in columna instituit: domiciliumque in ea, cuius mensura vix duos continebat cubitos, construxit. Columna autem primum sex, mox duodecim, deinde viginti, postmodò sex & triginta cubitorum longitudinis erat. In hac, vitam celestium potestatum in carne emulatus, se à rebus terrenis abstrahere laborauit, vim naturæ adferre, res in sublimi positas persequi, & inter cælum & res terrestres quasi medius interiectus, cum Deo colloqui, eum paritè[m] cum angelis, laudibus extollere, & tùm preces pro hominibus è terra in cælum subleuans, Deo offerre, tùm misericordiâ Dei, de cælo in terram deferens, hominibus impertiri.

Et quo faciliùs omnem, rebellionem compefceret, ipsum etiam corpus, ne stationem deleretur, vinculis constrinxit. Catena namque ferrea viginti cubitorum longitudinis, pedem dextrum ligauit, vt assiduò cælum contemplari cogeretur, quam tamen oratione Meletij antistitis Antiocheni, confringi libenter passus est. Præclare namque monebat, superuacaneum esse ferrum ei, corpus, mentis vincula optimè cohibere poterat.

Catena se ligat.

Meletius Episcopus Antiochenus.

Simeon multis adfert verum lumen.

Intereà fama tam eximie sanctitatis longè lateque vagante, maximus, ex omni terrarum parte, populi ad eum concursus factus est: quibus veritatis

tatis viam ex columna, tanquam è cathedra cum
 verbis tum rebus ipsis demonstrabat. Et præter ali-
 os plurimos, quos & mentis & corporis ægritudi-
 ne liberavit, infinitum Ismaelitarum numerum in den-
 sis impietatis tenebris miserè errantem ad clarissi-
 simam pietatis lucem traduxit. Sed ne singula com-
 memorando tedium generem, libet unum è multis in
 medium proferre. Venit aliquando Saracenorum
 quidam tribunus, opem cuidam ex suis, cuius mem-
 bra in itinere soluta erant, à sancto Simone peti-
 turus. Què vir Dei ad se adduci cum iussisset, hor-
 tatur, ut relicta maiorum suorum, omni scelere
 contaminata superstitione, puram Christi Iesu-
 dem, sincero animo amplectatur. Et paulò post, si-
 credis, inquit, surgito; & sublatum humeris tuo
 tribunum, ad tentorium desertos qui subiès onus,
 confestim illum, virum sanè maximè corpulen-
 tum abstulit, quo iussus erat. Et quidè præ ceteris eius
 animi dotibus, paciètia potissimè admiranda vide-
 tur, nocte enim ac die, erecto ad sidera vultu stans,
 mentis acie, diuinis assiduo rebus intèdebat: tantaq-
 in eo constantia perseverabat, ut pedum eius al-
 ter, contracto ulcere, sanie assiduo scattere vide-
 retur. Tam præclara autem rerum gestarum, mi-
 raculorumque gloria splendens, tantum abfuit,
 ut aliquo inanis gloriæ tumore inflaretur: quin
 potius hominum se omnium postremum infi-
 mumque iudicaret. Nec enim is erat, quem popu-
 li plausus transuersum, à recta viuendi via quoquo-
 modo deducere possent: sed quæ vitæ cõsilia ad ex-
 actissimam prudentiæ normam dirigebat. Præ-
 ter modestiam autem, tanta morum suauitate,
 humanitateque præditus erat, ut vel ad abie-
 ctissimi hominis voluntatem, promptum ala-
 remque se exhiberet. Nec erat sanè diuino do-
 ctinæ

*Curat para-
lysi dissolu-
tum.*

*Eximia e-
ius pacien-
tia.*

*Humilitas,
eius.*

Constantia.

*Modestia &
humilitas.*

Orinæ munere destitutus; quo factum est, ut bis in dies singulos hominum mentes ad terrenarum rerum contemptum, cælestiumque amorem excitaret: nemoque non verborum venustate, spiritalique scientia refectus ab eo recederet. Iudicia verò quanta prudentia, quantaque æquitate exercuerit, quis enarrare sufficiat? His rebus, post horâ nonâ, operâ dabat. Circa solis occasum, rursus ad diuina se colloquia recipiebat. Nec interim ecclesiarum curam negligebat. Sed modò Græcorum impietatem expugnabat: modo Iudæorum debellabat audaciam; interdum instructas hæreticorum acies fundebat fugabatque; nunc de negotijs regem certiore faciebat: nunc magistratus, ad constituta pietatis fundamenta acriter tuenda, hortabatur.

Doctrina eius.

Exercet iudicia & lites diximit.

Hic est Simeones iste, qui in terra angelus, in carne cælestis Ierusalem ciuis fuit: & peregrinam hanc viuendi viam: hominibusque planè incognitâ instituit. Cû verò sancti eremi incolæ, misso ad eû nûcio, suscitarentur, quid noua hæc & inusitata vitæ ratio sibi vellent, & quamobrem trita viuendi via, & sanctorum pressa vestigijs, relicta, aliam quandam peregrinam, & hominibus omninò ignotam sequeretur, eumque hortarentur, ut ex suo domicilio descenderet, viamque electorum patrum instaret, alacri promptoque animo descendere paratus, mòx pedem protulit: patrum hortationi obsecurus. Sed patres, qui ex obedientia nûm Deo duce, in eam viam ingressus esset, colligere volebant, prompto eius ad obediendum animo egregiè cognito, bono eum animo iubent esse: Nil dubitaret, stationem illam à Deo institutâ esse, quare rem strenuè gereret

Simeonis prompta obediencia.

gereret, susceptumque arduum certamen; cui sempiterna nominis sui gloria ad exitum perduceret.

**Obiurgat
Theodosi-
um Impera-
torem.**

**Theodosius
ab eo bene-
dictionem
petit.**

**Moritur
vir Dei.**

Miracula.

**Reperitur
vixisse 112
annis.**

Cum autem tanta animi humilitate, se suaque omnia patrum voluntati submitteret, contra tamen tanta animi fortitudine, constantiaque, aduersus iniquum Imperatoris Theodosij edictum, quo Antiochenis ludæis, iam antea ablatam per Christianos synagogam restituendam mandabat, pugnavit, ut grauisissimis eum verbis increpitum, edictum reuocare coegerit. Ipseque Imperator, infirmum aëreum illum martyrem precibus obtestatus est, ut sibi benedictionem impartiri dignaretur.

Fuit & tanta illius vitæ austeritas, tantaque in aduersis constantia, ut multi eum mortali carnis circumdatum dubitaret. Contra solis ardores, hyberna frigora, & vehementissimos ventorum insultus, in tua columna perstitit inexpugnabilis. Cum autem deuexa ætate suo ergastulo solueretur, fertur corpus eius, eadem in columna confixisse erectum: nulla membrorum parte humum contingens.

Fuit autem sacrum funus Antiochiæ curatum, Leone tum Imperium gerente, & Martyrio, Antiochiæ episcopatum administrante. Post multum autem temporis, capilli capitis eius integri inuesti sunt. Frontis item cuticula, quanquam in rugas contracta, mansit incorrupta. Dentes etiam fidelium manibus euulsi, figura sua indicarunt, qualis diuinus ille Simeones fuerit.

Quod verò ad eius ætatem longæquam pertinet, ipsum ultra centesimum annum ætatem propagasse, inde facile colligi potest, quod iam columnam ascenderat, viuentem Meletio, episcopo Antiocheno; qui cum suam visitaret Diocesim, eccle-

fiat er
ditos
videl
tus fu
anno
putat
antè
Ve
nop
Leon
eius
Et
dige
quat
In c
stria
drag
terr
uam
cum
tiur
tud
qui
cre
tem
die
lo f
nar
sp

fias erigens: & Syriæ quoque monachos sibi subditos inuiferet, inter alios & hunc inuenit, Anno uidelicet salutis 378. à quo tempore, vsque in obitus sui (qui fuit Anno 460.) diem, numerare licet annos 82. Cum verò inuiferetur à Meletio, haud putatur minorem fuisse, annis 30. Qua ratione, eū antè nō obdormisse, planè dignoscitur.

Venerandū verò eius corpus, postea Cōstantinopolim translatum fuit: ita eodem præcipiente Leone Imp. maximè pio, qui (& dignè quidem) in eius honorem, nobilem ibidem erexit ecclesiam.

Est & templum in montis iugo. Mandria ab indigenis dicto, polito lapide insigne, porticibus quatuor pulchrè illustratum, huic sancto sacrum.

In cuius medio, atrium est sub dio summa industria elaboratum, in quo sita est columna illa quadraginta cubitorum, in qua vitam cælestem ille terrestris corporeusque Angelus transegit Ad læuam columnæ, ipse equidem (scribit Euagrius) cum tota agrorum, circa columnam incedentium, multitudine, vidi stellam inusitata magnitudine, discurrentem, iubarque fundentem: neque quidem semel, bisue aut ter, sed sæpius: eandemque crebrò euanescentem, & eximproviso apparentem denuò: quæ solum in sanctissimi viri istius die festo cernitur. Sunt qui memorant, ac miraculo sanè tum propter fidem eorum, qui id ipsum narrant, tum propter alia, quæ ipsi sumus conspicati, credendum est: veram personæ illius effigiem huc illucque volitantem se vidisse: barba dimissa & capite, vt solent tiara operto.

Translatio reliquiarū eius. Ecclesia in eius honorem Constantinopoli cōstructa. Est in Syria Templum Simeonis in monte Mandria dicto.

Nota miri quiddā de stella.

Item de visione effigie eius.

Tom. 2. An.
eccles.3 Ianuarij.
Ex Eremita
fir summus
Pontifex.Ab Aposto-
lis quadra-
gesimale ie-
iunium in-
stitutum fuis-
se præclare
docet. Cas.
Baro. Ann.
Tom. 1.Hæc accipi-
enda sunt
(teste C. Bar.
Ann Tom.
2.) de his
quæ frequen-
tiori vsu in
ecclesia ser-
uabantur, cū
alioqui mul-
tis constet
exemplis in
sacris vigi-
lijs notus a-
ctificiū of-
ferri consue-
nisse.
Ordinatio-
nes eius.
Genus mar-
tyrij eius i-
gnoratur.

Thelesphorus natione Græcus, eximia vitæ sanctimonia clarus, post dura eremi certamina, ex Anachoreta, sumus in terra Christi vicarius factus est: Successit Sixto I. Pontifici propagandæ ornandæq; ecclesiæ vigilantissimus. Qui quadragesimale ieiunium Apostolica institutione in ecclesia introductum & exemplo & doctrina confirmavit, ritumque sanctissimo cū ab omnibus tum præcipuè à Clero obseruandum decreuit. Sanxit præterea, vt in natali Christi saluatoris tres Missæ celebrarentur. Nam antè quidem, Sacrosanctum Missæ officium, non nisi post horæ tertiæ decursum peragere, in ecclesia statutum erat. Præcepit etiã hic vir diuinus, vt in Missarum solemnij diebus, celebrioribus Hymnus angelicus diceretur. Denique præter alia, quibus Ecclesiam decorauit, egregiæ pietatis ornamenta ordinationes quatuor, per mensem decembrem ritè peregit In quibus Presbyteros duodecim, Diaconos octo, & Episcopos per diuersa loca tredecim consecrauit. Sicque & vitæ sanctimonia & bonorum operum gloria, clarissimus, post plurimos, annis vndecim, mensibus nouem, & diebus tribus, exantlatos lobores, felici cruore aspersus, ad cælestem patriam, magno bonorum omnium gemitu, migravit. Corpus eius in Vaticano iuxta Principis Apostolorum conditum est.

VITA

VITA S. EDVARDI REGIS, EX EA
quam Alredius anglus, Abbas in Rhieualle, Ci-
sterciensis Ordinis conscripsit. Obijt verò
Anno restauratae sa-
lutis 1066.

Vide Notat.
C. Baron. in
mart. Rom.

CVM Rex Ethelredus ex filia comitis Tho-
reti, filium suscepisset Edmundum, ex Re-
gina autem Emma, Alfredum, Beatus Edu-
ardus intra materna viscera conclusus, diuina
providentia vtrique præfertur. Nam futurorum
omnium præcius Deus, prioris vitam breuissi-
mam, alterius mortem immaturam prospiciens:
in puerum necdum natum vniuersorum vota cõ-
uertit. Paulo namque post sancti eduardi natiui-
tatem, Canuto Danorum rege in Angliam crude-
liter irruente, maxima insulæ pars cruentis cædi-
bus vastata est: belloque turpiter ciuili fædata,
per summum scelus, Edmundo inuictissimo rege,
cum filijs & fratre eius Alfredo peremptis, ad
Canutum defecit. Matre autem emuli nuptijs tra-
dita, solus Eduardus omni humano destitutus
auxilio, remansit. Qui excellenti admodum pie-
tate, totus à Deo pendebat, assiduisque precibus
diuinam misericordiam contra impiorum cona-
tus implorabat. Et nunc, inquit, Domine Deus, Si
me in amissum patris mei regnum restituere di-
gnaris, Te quidem omni tempore, castissimo pro-
sequar amore: principem verò Apostolorum
regni mei patronum eligam, eiusque sacratissi-
mas reliquias in vrbe Roma vifitaturum pro-
mitto.

5. Ianuarij.

Eduardus
necdum na-
tus, eligitur
in regem.

Canutus
matrè eius
duxerat v-
xorem.

Votum S.
Eduardi.

Interea Canuto, cum liberis vniuersis, humanis
rebus exempto, Angli, Danico iugo liberati, fau-
stis acclamationibus Eduardum regem constitu-
unt.

C 2 unt.

Canuto
mortuo, in
regnum E-
duardus re-
stituitur.

Nota infi-
gnem pecu-
nia contem-
tum, & cle-
mentiam rã-
ti regis.

Inuitus du-
cis vxorem

Cum spon-
sa virginita-
tem vouet.

unt. Cuius pietatem, statim ipso regni initio, di-
uina clementia non mediocri fauore prosequuta
est. Reges enim & Principes pro tanta rerum mu-
tatione, admiratione perculsi, certatim cum eo
fædus inire, amicitias iungere, pacem cõponere.
Ipse verò diuinis maximarum virtutum ornãmẽ-
tis excultus, regni statum foelicissimè administra-
bat: & præter alias insignes admodum animi do-
tes, erat in eo admirabilis rerum terrenarum, di-
uitiarumque contemptus. Nam relicta, quodam
die, per summam cubicularij negligentiam, the-
ca regij Thesauri aperta, fur quidam ingens auri
pondus abstulit, quod, rege inspectante, facinus i-
terauit. Cumque sacra auri fame satiari nullo
modo posset, tertio pedem intulit. Tùm Rex in-
portunè nimis, ô homo, agis, sufficiat auri pon-
dus ablatû, & securitati tuę fuga cõsule, ne super-
ueniens Hugolinus (hoc cubicularij nomen erat)
auro argentoque exutum, vinculis coerceat. Ille
vix pedem extulerat, cùm Hugolinus rediens, re-
lictò auri pondere minimè inuento, angustiam
cordis, mentisque furorem, suspirijs, & clamori-
bus testatur. Cui Rex: tace, inquit, fortè is qui ce-
pit, duro necessitatis telo saucius, fecit; quare sibi
habebat, nobis quod remansit, abundè sufficit.

Proceres autem de regno firmamento sollici-
ti, regis animum ad suscipienda matrimonij vin-
cula sollicitabãt. At ille quãuis ægrè, assiduis tamè
procerû vocibus impulsus, Goduini filia, insigni
quidem pudicitia, sed patris ex fraude & astutia
compositi virginem, vxorem sibi despondet. Quæ
ab ipsis incunabulis castitatis amore flagrans, li-
benter cum casto sponso, virginitatis perpetuæ
votum suscepit.

Er quia peregrinationis voto obstrictus tene-
batur

batur, regni statu iam stabilito, & legibus matrimonij rite conclusis, proceribus in vnum vocatis consilium habuit, quo modo, quo ordine, sine aliquo constitutæ pacis detrimento, longinquam peregrinationem perageret. At proceres multis primo rationibus, deinde precibus ab itinere reuocant: suadentque, ne regnum diuina clementia egregie stabilitum, in apertum periculum adducatur. Horum igitur & precibus stetitque victus, rem per literas cum Leone Pontifice communicat. Qui protinus datis ad eum cum Pontificia potestate litteris, ab omni voti periculo liberat, mandatque vt amplissimas itineris expensas, in necessarios pauperum vsus pie conuertat: & vt electum regni patronum Apostolorum principem propitium habeat, addit vt cœnobium regia magnificentia dignum, optimisque cœlestis vitæ disciplinis ornatum, constituat.

Leo Pontifex, votum eius dispensat.

His litteris Pontificis, cœleste oraculum concurrat. Erat enim in Anglia vir quidam, subterraneo specu multis annis inclusus, diuinarumque rerum contemplatione insignis. Huic Apostolus Petrus in noctis visione assistens, prædictum Pontificis mandatum, piamque voti commutationem longa orationis serie confirmauit: mandauitque vt exceptam calamo orationem regi transmittat. Paret dicto velocius pius senex, & audita omnia regi dirigit. Eadem autem hora lecto Papæ rescripto, beati senis recitantur apices. Tunc læto Rex à lacrimis animo, pecuniam peregrinationi destinatam pauperibus distribuit: & insigni opere monasterium, in occidentali parte Londoniæ, vt iussus erat ab Apostolo, ædificauit.

visio cuiusdam Solitarij.

Constructi monasterij in honor. B. Petri Apof.

Cum in palatio iuxta ecclesiam B. Petri Rex aliquam diu moraretur, superuenit vir quidam mirabilis.

G. 3

Insigne ad-
modum mi-
aaculum,

rabilis, Hybernicus genere, pedis vtriusq; prius
tus officio: Nerui enim in poplite contracti, ad
posteriores corporis partes crura retorserant, ta-
li natis inhaerant, immerisque carnibus pedis
articuli à lumbis eius, & dorsum corpus omne
peruerterant. Porrectis ad terram manibus &
scamnis suppositis reprobant, & factus sibi metip-
sae grauis, trahebat se post se, hic viso regis cubiculo
ait; Hugoline non me respicies, nec miserebe-
ris nec te mouebit mea tanta calamitas? & ille
Quid me vis facere? Cui pauper? Sexies, inquit, Ap-
postolorum limina repens (vt cernis) visicam, &
sanitatem necdum promerui. Quam tamen apo-
stolorum princeps mihi non negauit, sed distulit
socium in hoc miraculo habere volens Eduardum
quem sibi nouit in omnibus esse deuotum. Abi-
pso enim Apostolo in mandatis accepi, regem ad-
ire, vt me suo sacro subuectum dorso, ad ecclesi-
am eius, quae palatio vicina est, perferat: recepto-
rum, si id fecerit, membrorum meorum integram
sanitatem. Haec ubi nunciata sunt regi, gratias egit
Deo; & citatus mox aeger accessit. Rex vero, vt spi-
ritalis illi asinus fortis, accubans in terminis, sup-
posuit humeros suos ad portandum. Pendet de
humero tanti principis, plenus sordibus pauper,
squalidis manibus, brachijque squamosis regium
illud pectus, collumque complectitur. Interea et
assistentibus ridebant nonnulli, alij à paupere re-
gem delusum iocabantur: alij simplicitatem iustij
fatuitatem iudicabant. Cum itaque Rex paulu-
lum processisset, subito nerui extenduntur, ri-
gantur ossa, carnes marcidæ recalescunt, emer-
gunt à carne articuli, pedes à natis soluantur.
Distendit homo crura, poplite iam flexibili, & sa-
nie cum sanguine profuente, vestis regia ornatur
potius

Nota tanti
regis humi-
litate,

potius, quam foedatur. Iam tunc satis esse clamant omnes, sanatum languidum: onus ob sordes vlcera deponendum. Ille verò memor præcepti quod susceperat, Syrenarum cantus obturata aure pertransijt: ingressusque ecclesiam, ante sanctum altare, holocaustum quod detulerat, Deo ac beato Petro resignavit, incolumenque dimisit. Suscepto autem à rege itineris viatico, acturus gratias Deo, & sancto Petro, Romam profectus est.

In monasterio autem B. Petri ante altare sanctæ Trinitatis, Missarum solennijs sanctus Rex, vice quadam cum Comite Leofrico assistebat. Et ecce, speciosus ille præfilijs hominum Christus Iesus in ara consistens, oculis vtriusque visibiliter corporalis apparuit: sacraque dextera super Regem extensa, signum sanctæ Crucis eum benedicendo depinxit. At Rex, dimisso capite, diuinæ maiestatis adorabat præsentiam. Comes verò quid in animo Regis ageretur, ignorans, volensque Regem tantæ visionis esse participem, coepit vel le ad ipsum usque procedere. Verùm Rex quid in mente Comitis voluebat intelligens. Sta, inquit, Leofrice, sta: quod vides, video & ego. Post Missam verò dixit Rex ad Comitem; Per eius, quæ vidimus maiestatem, mi Leofrice, te obtestor, ne quoadusque vixerimus, sermo iste proferatur in publicum: ne vel nos in perniciem nostram, ob favorem vulgi pulset elatio, vel fidem deroget dictis, infidelium æmulatio.

Sub faucibus mulieri cuidam, quasi glandes succreuerant, quæ totam faciem, deformi foedantes, putrefactis sub cute humorum in saniem verterant, indè nati odorem teterrimum exhalabant. It

Hunc Leofricum, quidam multorum cœnobiorum fundatore prædicant.

Detestatur vanam gloriam.

in somnis Regis adire palatium, eiusque de in-
nibus sperare remedium; quibus si lota, si tacta, si
signata foret, meritis eius reciperet sanitatem.
Cum autem venisset ad Regem, & oraculum ex-
posuisset, ille nec sordes cauit, nec foetorem ex-
horruit: sed loca tumentia manibus contredans,
& aqua lauans, signum sanctæ Crucis impressit.
Et subito rupta cute, cum sanie vermes ebullie-
runt, recedit tumor, & dolor omnis abcessit.

Multi ececi
sanantur, a
aqua, qua
Rex se la-
uerat.

Cæcus quidam docetur oraculo, lumen amif-
sum sancti regis meritis se adepturum, si lympham
qua manus abuleret, ipse faciem perfudisset. Cui
que id cubiculario, & ille Regi retulisset, oblit-
puit ill plurimum indignatus; illi sum phanta-
matibus hominem, nihil tale de peccatore spe-
randum; Apostolicæ id esse virtutis, nec fidei
somnia adhibendâ asseruit. Aqua manus lauit, &
ad ecclesiam processit. Cubicularius autem cæ-
co receptam in pelui aquam tradidit, qua oculos
& faciem lauans, visum confestim recipere me-
ruit.

Cuius quidam Lincolnienfis cœcitate percuf-
sus, ad palatium Regis veniens, aqua lotionis ma-
nuum eius faciem & oculos lauit: & mox ten-
bris diurnis optata lux successit.

Quidam cæcus Regem adire, & visum ab eo
percipere monitus, cubiculario, & ille rem Regi
pandit. Cui Rex. Veniat inquit, Quis ego sum qui
contrister, & non potius exultem, si meis mani-
bus, licet indignis promissum beneficium homi-
ni illi pietas diuina contulerit? Vocatus est autem

Rege tactus, & signatus, & inter manus
ab oculo sanguis vbertim effluxit, pu-
tumorem palpebrarum depo-
vice duo cœci, cū vno monoculo
aqua

aqua lotionis manuum sancti perfusi, visum percipere meruerunt.

Sanctus Eduardus, nulli petenti in nomine sancti Iohannis Evangelistæ denegabat; Hunc enim post Apostolorum principem arctius diligebat. Contigit autem quendam peregrinum, absente eo, qui Regi ab eleemosynis erat importunè in nomine S. Iohannis, Regis liberalitatem implorare. Cui Rex eximij pretij annulum, cum aliud ad manus haberet nihil, dedit. Post hæc accidit, duos magnæ pietatis Anglicos Hierosolymam proficisci, qui viarum ignari, denia quæque spectati, noctis tenebris inuoluti sunt. Cumque quid consilij captare, quo se vertere deberent, ignorarēt, adfuit illis, præter omnem spem veneranda quaedam gravitate senex, qui hospitio exceptos mensaque lautissimè refectos, manè in viam dimisit & ait; Viri fratres: Optimè de itineris vestri prosperitate confidite. Ego enim Christi Apostolus Iohannes, qui regem vestrum ob meritum castitatis, summa dilectione complector, dux vester ero. Quare agite, annulum hunc, quem in peregrino habitu ab ipso rege recepi, eidem restituite: illiq; obitus sui diem instare denunciate. His dictis disparuit, & illi patrijs incolumes liminibus restituti, Regi cuncta ex ordine panderunt.

Amor S. Eduardi, erga S. Iohannem Apostolum.

Qui graui iam infirmitate detentus, biduo ferè exanimis, iacebat quo tempore multa sanè, eluato in Deum spiritu, futura cognouit: quæ moribundis vocibus, ad gentis correptionem emendationemque differuit. Sed cum alij salutaribus monitis aures occluderent, alij densissimis peccatorum tenebris miserè occæcati, tanquam somniū senis & hominis parùm sani cerebri illuderent, Cateri verò, quibus mens sanior erat, ingenti la-

Anglorum, eadem, in spiritu prouides.

G §

chry.

chrymarum vi futuram patriæ cladem deplorant: ille tota mente ad cælestis patriæ quietas aspirans, transitum suum propalari iussit, ne motis suæ agnitione prolata, orationis quoque festi-
Obitus eius, gia differerentur. Sicque & dierum & bonorum operum plenus, migravit ad Dominum, Anno Domini, millesimo sexagesimo sexto: cum renasset annis viginti tribus, mensibus sex, & diebus viginti septem, pridie Nonas Ianuarias: cum qua tota pariter Anglorum foelicitas ruit, perijt libertas, vigor omnis interijt.

Miracula post mortem.

Ab obitu, multis clarus miraculis fuit. Corpus eius humo erutum, trigesimo tertio à sepulchro anno, non modò integrum & incorruptum, sed omnibus iuncturis suis flexibile repertum est. Quod quæ maximè auget miraculum, vestes ab omni fetore & putredine alienissimæ, in sarcophago inuentæ. Vnde ingenti motus admiratione antistites Rossensis, piæ deuotionis accensus desiderio, cupillum sibi euellere cogitauit. Sed ille firmius reprens, sanctam illius volutatem illudit. Fertor molier quædam, festiuam illius solennitatem annu- cum seruilibus contemptim operibus profanaret: paralysis morbo miserè percussa fuisse, quæ facti poenitens, vt in conspectum S. corporis perducta fuit: sanitatem recepit.

Vide C. Bar. Not. in marty. Rom. Item Tom. 2. Annal.

MARTYRIUM S. MACRÆ VIRGINIS,
*quod præclarè consummauit Anno Salutis 303.
 in persecutione Diocletiani.*

6. Ianuarij.

RICTIVS Varus Præses, Diocletiano imperij scepra moderante, ciuitatem Augustanæ ingressus, Macram virginem, libera-
 voce

voce incredulis Christi fidem annunciantem cō-
perit. Cui Præses, cū minis tūm blanditijs dijs
immolare persuadere conatus, vt virginis pectus
Christi amore vehementer incensum, summum
impietatis scelus, constanti animi pietate respue-
re animaduertit, præcipiti furore succensus, post
plagas multiplices, & ignis incendium foeliciter
superatum, crudeli mente mamillas ei abscindi,
deinde carceris squalori, omni lucis beneficio de-
stituti, mancipari; & extrema rerum omnium in-
opia vexari iussit. Sed misericors Dominus, qui
humano destituti solatio, diuina plerumque o-
pe adesse solet, noctis intempestæ silentio, carce-
ris tenebras admirabili lucis splendore fugauit.
& ecce, veneranda admodum canitie senex coram
astitit, & diuina quadam suauitate verborum, cer-
tamen leniens, ad firmissimam spem salutis eam
excitauit. Ego enim (inquit) integram corpori tuo
sanitatem restitutus adsum. Cui Virgo; Absit vt
propter vile hoc corpusculum, clarissimam iusti-
tæ coronam, omnibus pro Christi gloria virili-
decertantibus constitutam, negligam; Verum ta-
men clementissimus Deus, potens est vtriusque
hominis sanitatem, ad inimicorum nostrorum
confusionem, maioremque nominis sui gloriam
mihi præstare. His dictis, summa animi venerati-
one corpore in terram prostrato, ardentes Chri-
sto lachrymas fudit: & oratione completa, clarif-
simo Dei beneficio, corporis integritatem conse-
quuta est.

Altero autem die, vt Præses eam tribunali suo
oblarum, forma & viribus integerrimam vidit.
Quis tibi hoc, inquit, sanitatis & pulchritudinis
beneficium contulit? Tum Virgo toto ad hila-
ritatem vultu composito; Notum tibi sit, ait,
ô Præ-

Incredulis
Christi fidē
annunciat.

Post varia
supplicia in
carcerem
detruditur.

In carcere
caelitus visi-
tatur.

Sanitatem
corporis,
multis sup-
plicijs affe-
cti, diuinitus
consequitur.
Tribunali
sistitur.

Constantia eius.

ô Præses, me hac ipsa, quæ vides, sola Christi creatoris mei benignitate & potentia, consecratam esse. Et Præses; Adhuc Christum auribus me ingerere pergis? Ego te nouis supplicijs, ab ista confessione nominis, statim reuocabo. Cui Virgo Perge, inquit, sic enim me voti mei compositum cies. Tum Præses, acutissimas testas, cum rutilantibus prunarum ardore parari, & in ijs tenerrimum virginis corpus volutari iussit. At suæ virtutis obitus ignis, non potuit castum virginei corporis bitaculum inflammare: sed toto in Deum Spiritu absorpta, placidè ad Dominum migravit.

VITA S. MELANII CONFESSORII

Vide Caf. Baro in Notat. marty. rol. Roma. Item Tom. 6. Annal.

& Rodonensis Episcopi, qui floruit temporibus Claudi uel Francorum regis, circa annum Domini 507. Interfuitq; Concilio primo Aurelianensi. Ex ea, quæ in antiquis M.S. Codicibus, Cui per omnia consensit Petrus de Natalibus. Fuere autem & duo alij eiusdem nominis Episcopi, vnus quidem Veromandensis, alter verò Rhotomagensis.

6. Ianuarij. Patria eius.

Claret missus.

Sollicitudo & charitas in subditos.

MELANIUS Rodonensis Antistes, Venetiensi villa, cui Plautio nomen, oritur. Inter cætera virtutum insignia, maximè aduersus dæmones potentia viguit. Vnde frequentes ad eum, malignis obsessi spiritibus confluebant, quos ille mira facilitate curabat. Excubabat pro subditorum salute, in oratorio suo Plautio rugiter, assiduisque à Deo precibus & lachrymis, contra dæmonum insidias, opem implorabat. Accidit verò die quodam, vt quidam obsessus, rabie desperationis adactus, laqueo vitâ abrumperet. Quod simul

simulac ad aures viri sancti lamentabili multorum clamore percrebuit, ille hominem miseratus, tota mente ad orationem conuersus, defunctum non modo suscitauit, sed diuina ope, demonio etiam expiatum, ad sanctioris vite institutum induxit.

Tandem post multa virtutum insignia, mente iugiter caelo intentus, è presenti saeculo, ad beatam immortalitatem migravit. Cum verò sacrae eius reliquiae ad tumulum deferrentur: viri duodecim in turri quadam vinculis constricti, implorato eius auxilio, scissa per medium turri, soluti & incolumes exierunt, gaudioque incredibili exultantes, sacrum funus comitati sunt.

VITA S. ANDREAE CORSINI, EPISCOPI Fesulanis, Ordinis Carmelitarum. ex ea quae est apud Surium, fide dignissimum. Obijt sacer Antistes Anno Domini 1373. etatis suae 71. Postquam se discessit annis 12.

Mortuum
demonio
suscitat &
liberat.

Moritur vir
sanctus.

Captiuus
liberatus
intercessio-
ne eius.

Vide Anno-
tat. Ioannis
Molanj in
martyr. Of-
uardi.

ANDREAS Corsinus, Florentiae ex Corsinorum nobili familia, patre Nicolao, matre verò Peregrina, natus fuit. Quibus cum nihil antiquius sancta religione esset, primogenitum suum perpetuo D. Virginis seruitio consecrare voverunt. Loco enim sterilitatis opprobrio laborantes, singulari Virginis beneficio, Andream hunc conceperant. Mox igitur optimis litterarum & morum disciplinis imbutum, parentes incredibili amore prosequabantur: & eximiam, cum ex venusta corporis specie, tum ex praeclearis eius virtutum actionibus, voluptatem capiebant. Sed postquam transmissis puerilibus annis, cupiditati habenas laxare coepit, vsque adeò, vt omni spe melioris

6. Ianuarij
Genus eius

Vorum pa-
rentum S.
Andreae.

Adolescentia
eius pessima

oris frugis amissa, maximis scelerum omnium
cinoribus contaminaretur, parentes semper
ignominia maculam, toti familiae, ex eius mo-
meruebant. Quare vocatum ad se Andream, rati-
nibus primùm, dein obiurgationibus, ad meliori-
frugem reuocare contenderunt. Sed mente in se-
leribus obfirmata, salutaria eorum monita con-
tempnit. Tum genitrix mentis eius pertinacia gra-
uiter offensa, in hæc verba prorupit: Profecto iam
somnia mea hæc inani formidine con-
ceptum, veritate ipsa confirmari video. Ego enim
te, fili mi, pro homine, lupum vterò gestare vi-
sum. Et quid aliud statuere possum, quam lupinum
præditum moribus, sub humana forma latentem
consimilem gerere animum?

Mater eum
inrepat.

Andreas se
colligit &
resipiscit.

Hac voce perculsus Andreas, secum tacitus ac
rectæ vitæ scelera animo prudenti & modesto
recogitare cœpit: & Carmelitarum Ecclesiam in-
gressus, ante virginis aram multis lachrymis pre-
catus est, ut lupinis omninò moribus depositis, pi-
gnam innocentiam indueret. peractoque lon-
go orationis studio, rectà ad Hieronymum Meli-
ratum, virum insigni prudentiæ & pietatis laude
præstantem, Tusciæ provinciæ generalem Præpo-
situm contendit, petijtque summa animi humilli-
tate in militiam religionis admitti. Ille ingenue-
um adolescentem, summo loco natum, multum
que educatum delicijs vehementer miratus, pa-
rentes eius per nuncium de proposito filij certio-
res facit; qui gaudio incredibili repleti, celeri
gradu aduolantes, Andream mentem confirmanti
susceptique voti officia persoluunt. Tum Prior,
ut certius aliquod firmitatis eius experimentum
caperet, vilissimæ conditionis seruitia ei deman-
davit, quæ omnia tam libenti animo perficiebat,
ut mi-

Carmelita-
rum ample-
ctitur insti-
tutum.

vt mirum sit eius & obedientiam & humilitatem referre.

Accidit, vt cæteris prandentibus, Andree custodia ianuę mandaretur. Diabolus tantę humilitati inuidens, adolefcentem subuerrere conatus, prædiuitis viri formam accepit, & comitatu ingenti antè monasterij portam assistens, sibi fores referari iussit. Andreas hominis importunitatem miratus, quid sibi vellet, interrogauit. Cui ille inquit; Nonne me nosti? Ex cognatione enim tua natus sum; qui cum audirem te religionem subiisse, iniquo animo ferens huc accessi, vt ex tam turpi vitæ conditione, ad pristinas delicias reuocarem. Ita que iam citò aperi, vt mecum domum pariter reuertaris. Iam tibi virginem insigni nobilitate, ingenti dote desponsauit pater. Cui Andreas, Nec vos cognosco, nec nostro quidem sanguine nati estis: qui me quæritis à tam salubri officio reuocare. Parentes enim antè, quàm natus essem, huc me genuerunt: ybi humilitatem amplexus, obedientiam sponsam accepi. Ita hostis ille ianua pulsus atque deuictus constantia puerili, tantum facinus frustra suscepit.

Diabolus & insidias fruit.

Exacto autem probationis (vt vocant) anno, cum summa fratrum omnium gratulatione, oblectamentis religionis vota suscepit. Tum ardentiori pietatis studio, cunctis suis cupiditatibus bellum inuulit. Cibi ac potus mirè parcus, altero quoque die solo pane & aqua carnem domabat. Obedientiam tanta animi alacritate amplexabatur, vt vel solo seruitutis nomine, religioni se consecrassè videretur. Nullam temporis partem otio dabat; solitudinem mira auiditate appetebat. Iniuriarum erat patientissimus; aded vt religionis perfectionem, in tolerandis iniurijs

Professione facis.

**Irridetur
à suis.**

rijs constituere videretur. Mittebatur, vt morbo mendicantibus, per ciuium domos pro elemosinis accipiendis cumq; à suis honorum & diuitiarum gloria elatis, repulsam pateretur, multis saepe laboribus onustus domum redibat; quæ tanta vultus hilaritate perferebat, vt nulla re magis quam morbo riji gauderet.

**Curat hominem
morbidum.**

Ea tempestate Ioannes quidam Corsinus, laboro, morbo grauissimo laborabat, qui vt dolorum magnitudinem leuaret, omni ludorum genere nocteque dieque se exercebat. Huius calamitatem miseratus Andreas: Ioannes, inquit, si meo consilio acquiescis, ego te ab hostium tuorum insidijs liberatum, pristinae sanitati restituum. Illi recuperandæ sanitatis desiderio inflammatus, non inuitus se facturum, quidquid imperaret, pollicentus est. Cui Andreas; Est in primis opus, vt pessima hac ludorum consuetudine relicta, octo dierum ieiunij precibusque Virginem Mariam obsecrere nitaris. Ioannes simplicitate verborum motus, mira deuotione iussa perfecit, & meritis eius solitam valetudinem est consequutus.

Puellam febrili liberat.

Erat eodem tempore vir nobilis, cuius filia quam vnicam habebat, morbo heclicæ febris languens, nulla poterat medicorum arte curari. Hæc cum prodigia, quæ per virum Dei in dies fiebant, perciperet, confidenti animo sanitatem sperauit, si modò ciborum, qui per manus viri sancti administrati essent, particeps fieri posset. Audire filia confidentia pater, summis precibus virum sanctum ad puellam adduxit; quæ instanti eius oratione, optatam protinus est salutem consecuta. Iamque in palestra pietatis probè exercitata, litterarum disciplinis imbuendus Parisios est destinatus; vbi triennio haud contemnendam multum labo

laboribus obtinuit eruditionem. Rediturus verò ad suos, cum per Diuionem patrum Cardinalem visitaturus, iter faceret: hominem vtròque orbem lumine in limine templi illustrauit. A suis omni cum honore & gaudio exceptus, paulò post ad Florentini monasterij gubernacula admotus est; quæ tanta vitæ sanctimonia tractauit, vt præter aliâ miracula, Carmelitam Pisanum quendam, Venturam nomine, ab hydròpis morbo curauerit.

Rogatus à quodam familiari, cui puer natus erat, vt sacro eum fonte expiaret, paruit ille quidè, sed ingenti lachrymarum imbre puerum deplorabat. Patri autem tantarum lachrymarum causam querenti respondit; Hic puer sibi, toti que familiæ excidio natus est. Pater verò huiusmodi præfatio neglecto, viri Dei verba contempsit. Sed eorum veritatem adulti iam pueri scelera facinoræque, comprobauerunt. Cum multis namque, facta in Reipub. coniuratione, in iudicium vocatus est, & cognatis quidem ab omni Reipub. administratione abdicatis: ille tanti sceleris pœnas soluit.

Non longè post Fesulanus antistes communi omnium suffragio electus est. at ille ne tantæ dignitatis gradum subire cogeretur, tertio ab vrbe milliari apud Carthusienses latitauit. Canonici autem, illò nusquam comparente, de renouanda electione consilium captare. Dumque nutantia corda miserabiliter fluctuant, Spiritus sanctus per os infantis locutus est dicens: Elegit Deus Andrea in sacerdotem sibi. Qua re stupore omnes repleti; electione rata confirmataque, Andrea in iurum è latebris eruerunt. Antè verò quàm ad eum dignitatis gradum raperetur, fama est, puerum,

H

illig

Fit Prior.

Hydropicū curat.

Claret prophetae spiritus.

Creatur Episcopus Fesulanus;

illi, tota mente in caelestibus versanti, candida
ste affuisse, hortatumque fuisse, ut constanti, &
lacri animo diuinæ voluntatis pareret decreto.

**Virtutes ei
eximie in
Episcopatu.**

Suscepta igitur anno ætatis suæ 58. episcopo
dignitate, tanta virtutū omnium excellentia, cu-
rissimas prioris vitæ suæ actiones superauit, ut
cile apparet, quanti supremam illam animarū
curam faceret. Quid de eius commiseratione
pauperes, quid de pietate eius in populum res-
ram? Nō modò affectos egestate videre, sed ne
dire quidem sine lachrymis poterat. Nemo ege-
tium vnquā ab eo sine elemosyna recessit. Quo-
etiam cum annonæ summa penuria esset, & ege-
tium plurimi ad eum confluere, ille cum
distributis omnibus, nihil quod erogaret, habu-
ret: iussit ministros arcam diligentius scrutari.
His autem ne micam quidem superesse responde-
tibus: Quin imò, inquit, confidite, & in pennis
uertentes panes adferre. Parent illi, & inuenti
non sine ingenti admiratione, in magno numero
panes Episcopo deferunt: quos ille pari alacritate
pauperibus distribuit.

**Diuinitas
augentur
panes.**

Consueuerat vir Dei, qualibet quinta feria,
memoriam Dominicæ humilitatis, pauperibus
pedes lauare. Accidit ut ex mendicis quidam, sum-
ma contentione huic officio resisteret. Causam
autem ab Episcopo interrogatus respondit: Cru-
ra sua morbo in putredinem versa esse. Cui epi-
scopus: Confide, inquit, fili, & aqua in peluim
fusa, crura lauit, lota omni corruptionis vulnere
liberavit.

**Sanat men-
dici crura
putrefacta.**

Et his quidem, alijsque præclaræ pietatis oppo-
ribus, ad septuagesimum primum annum peru-
niens, in nocte Natiuitatis Domini, inter Missarū
solemnia, obitus sui diem, manifesta visione
Virg

**B. Virgo illi
obitum suū
denunciat.**

Virgine gloriosa intellexit. Anno igitur ætatis sue
71. Episcopatus 12. ab incarnatione Domini anno
1373. octavo Idus Ianuarij, anima eius sanctissima
beatis spiritibus sociata est. Cuius egressum mi-
rabilis suavitatis odor comitabatur, lux circum-
fusa altantium oculos perfringebat: sacri corpo-
ris contactus, varios languores pellebat.

Miracula
post obitū.

Anno autem incarnationis Dominicæ 1440.
Eugenio 4. Pontifice Maximo, Philippus Maria
Mediolanensium Dux, Ecclesiæ, Florentinisque
bellum intulit. Iamque multis circum oppidis
crudellem in modum deuastatis, vltimum penè
exitium Florentinis & Cardinalibus, qui cum Eu-
genio summo Pontifice Florentiæ erant, imminebat.
cum neq; mens neq; ratio quibus validissimis ho-
stium viribus resisterent, suppeteret. Erat civium ani-
mis ingens iniectus metus. Omnes trepidare, fe-
stinare, armis diffidere, & suo quisque metu peri-
cula metiri. cum tota ferè ciuitas Andreæ Corsini
miraculis excitata, singulari deuotionis studio ad
Ecclesiam Carmelitarum conflueret: & inter cæ-
teros, adolescens quidam multis decorus virtuti-
bus aduenit. Cui tota mente diuinis rebus inten-
to, beatus Antistes apparuit, mandans ei ne tar-
daret Præfectis sua verba referre. Scito, inquit,
quod Deus Israel qui manu potenti, Pharaonis
exercitum confregit, clarissimam vobis de ad-
uersarijs omnibus victoriam largietur. Adoles-
cens etsi visione numinis vehementer exterritus,
audita præfectis nunciare non distulit. Illi de
pietate & ope antistitis confisi militem colligunt:
& parua manu, hostis exercitum bellicis re-
bus instructissimum, in effusam fugam compel-
lunt.

Philippus
Maria vexat
Florentinos.

Andreas a-
dolescenti
cuidam in
templo ap-
paret, & vi-
ctoriæ præ-
dicit.

Florentini
excitant Me-
diolanenses.

Noctam foelici belli euentu, ciuitas à presentia
inter-

H 2

inter-

Festum S. Andree instituitur Florentie.

interneconis periculo erepta, ingentes Deo gratias agere, antistitis sanctitatem virtutemque laudare, manus in cælum tollere, vota nuncupare. omnibus modis apud summum Pont. Eugenium instare, vt Andree, in Diuorum numerum relictæ caelestes honores decernat. Eugenius tamen antè satis superque, insignem viri sanctitatem tunc pertam haberet, rumoribus tamen nouis perturbatus, nihil vltra differendum ratus, exitiis patris sancti viri virtutibus egregia oratione explicatilibens Florentinis annuit, & in cœlitum numerum collocatum, pia voce inuocauit.

DE EPIPHANIA DOMINI: EX R. Friderico Nauisio Antist. Viennensi.

6. Ianuarij.

QVANTA sit solennitas huius diei vel primis festi, in ipsius quo appellatur nomine patefcit. Siquidem eius nomen est Epiphania Domini, id est, Apparitio Domini nostri saluatoris; vnde & hic appellari cepit, haud quàm ab vna apparitione tantum, sed trina. Quandoquidem vt à maioribus nostris, qui nos præcesserunt accepimus, hodie tres aguntur Domini apparitiones, vna quidè die, sed non vno tantum tempore, & quibus mûdo huic, Christus Dei Maximi filius idemq; vnic⁹ noster apud illū mediator apparuit verusq; Deus innotuit, & quidè valdè mirabiliter. Hodie namq; paruulus Rex noster, paucis à natiuitate, vtpotè 13. diebus transactis, stella declarate, primitijs gentium apparuit, tribus quippè Magis, iisdemq; Regibus. Qui ab Oriente venientes Bethlehem, procidentes adorauerunt eū, & aperuerunt thesauris, iuxta Prophetæ oraculum, ei munera obrulerunt, Aurum Thus & Myrrham. Non vti casu, sed in magno mysterio, & testimonio fidei

Triplex Christi Apparitio

1. Apparitio Tertullian⁹ lib. adu. Iudæos. Theophylactus in Mattheum 2. S. Leo ser. 1. de Epiphonia. & latius C. Baro. Tom. 1. Ann.

Pfal. 71.
Esaiz 60.

hæc & talia munera offerunt. Quid enim aliud significabant, q̄ Christum esse verè sapientem regè ipso auro, quod regem decet. Deum aut notabant Thure, quod in Dei sacrificiũ olim ponebatur, & nunc eodẽ ille veneratur. Myrrha hominẽ arguebant; qua quidẽ homines condiuntur mortui; quũ & Christũ puerulus moriturus esset pro salute hominum. Rectè igitur tres illi Magi, iisdemq; reges procidentes adorarunt eum, & munera offerentes, ipsum Deũ esse & hominẽ, eundemq; Regem confessi sunt. Sed quis illos hodie non pectore obstupescens appelleret? Vndè vobis hoc, o viri Alienigenæ? Vndè vobis tanta fides, quantã non inueniẽ in Israel? Latro in cruce dicens; Domine cum veneris in regnũ tuum, memento mei: Christum Regem, Centurio illum Dei filiũ & hominẽ simul cognouit, ingens post mortẽ illius; Verè Dei filius erat iste. Nec quidẽ aded mirũ, quoniã tunc antea Christus miracula multa fecerat, à multis prædicatus, à multis adoratus fuerat. Vos verò Magi alienigenæ, de longinquo venientes, nullo adhuc edocti miraculo prociditis & adoratis, munera offertis, quibus illum planè regè, Deum, & hominẽ confitemini. Quid igitur o Magi, quid facitis? Lactentẽ puerũ adoratis in tugirio, in præsepio positũ, in vilibus pannis? Si Deũ adoratis, ergo illius, secundum Prophetã, sedes in cælo. Quid eum vos queritis in vili stabulo, in matris gremio? Quid aurũ offertis? ergo rex est ille puerulus? Et vbi aula regia, vbi thronus, vbi curia regalis, & aulicorũ frequentia? Nunquid aula est stabulum, Thronus præsepe, Curia frequentia Ioseph & Maria? Quæ utiq; nõ diademate fuerat coronata, nec in aureo lecto recumbens, quæ vix vnã habuit, non ad ornamentum corporis, sed ad tegumentũ nuditatis tunicã;

Perfecta fides in Magis.

Lucæ 13.
Matth. 27.
Marci 15

Pfal. 102.

qualé habere potuit carpentarij vxor peregré
 stituta. O mira, ó stupenda fides. Nonné timédum
 erat, ne scandalizarentur viri isti, & illufos se cre
 derent, cum tanta indigna viderent? Quandoquidē
 de à Regia ciuitate, vbi regem quærendum conie
 ctabantur, ad Bethlehem villam paruulā dirigun
 tur. Ingridiuntur stabulum, non castrū excellens
 inueniunt paruulū inuolutū pannis, non vel fer
 cis vel aureis vestibus; tantum tamen abest vt illi
 fordeat stabulū, vt pannis offendantur, vt scanda
 lizentur lactentis infantia, vt etiā procidentes pu
 erulum venerentur muneribus vt verum Regem
 adorantq; vt verum Deum. Nonne insipientes ho
 die facti sunt viri sapientes, vt adorent paruulum
 despiciabilē, tam sua ætate, quā paupertate fuerit.
 Vtiq; facti sunt insipientes mundo, vt fierent sap
 entes Deo, quos prædocuit spiritus, quod prædica
 uit deinde Apostolus; Qui vult sapiens esse, in qua
 ens, stultus fiat, vt fiat sapiens. Quandoquidē mus
 dus in sapientia sua Deū cognoscere non poterat.
 Placuit .n. Deo per stultitiā saluos facere creden
 tes. Quis autē hodie, talem esse paruulū docuit mu
 gos? Haud dubiè, qui illos adduxit, ipse & instr
 xit, & q. per stellā foris admonuit, ipse in occulto
 cordis edocuit. Sanè quia illi Regem cælestem, q.
 terrenum quærebant, etsi nihil regale videbant in
 eo, tamen solius stellæ testimonio contēti, gaude
 bāt oculi eorū contemptibilē puerum adspiciētes
 quia spiritus in cordibus eorū terribilem eū mis
 strabat. Vnde procidentes adorauerūt eū; Vidētes
 hominem agnoscunt Deū. O vera fides, eadem quæ
 mirabilis. Atq; vtinā ea omnibus sit fides, & Deo
 aliquorū fidē adaugeat, quā vtiq; augebit, vbi cum
 magis ab Oriente nō modò stellā sequētes, sed
 solem iustitiæ requirentes, ad Bethlehem .i. in co
 nostras

1. Cor. 13.

nostrū deuotione syncera uenerimus, ibiq; coram Iesu D.N. pccidentes obtulerimus; Aurum, i. eius nomine abiecerimus huius mundi substantiā, contenti quibus tegimur & nutrimur; 2. Thus, q̄ offerimus, ubi orationes ex corde, quasi incensū redolens in conspectu Dei deuotē effuderimus; 3. Myrrham, quando carnis uitia per abstinentiā mortificauerimus. Quicumq; .n. sunt Christi, inq̄t Apost. carnem suā cum uitijs & cōcupiscentijs crucifixerunt. Hęc .n. nostra oblatio, hodie designata est in mysterio per Magos. Hodie quoq; quū iā triginta annos in dispensatione carnis egisset, qui secundum diuinitatem idem ipse est, & anni eius non deficiunt, inter populares turbas abscondit⁹, ad Iordanem baptizandus aduenit, sed testimonio Dei Patris innotuit, cū de eodē D. N. Iesu Christo ad omnes dicere audit⁹ fuit, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benē cōplacui, ipsum audite.

1. Timoth. 6.

Psal. 140.

Galat. 3.

Secunda apparitio.

Psal. 101.

Matth. 3.

Texta Apparitio. Iohan. 1.

Hodie pariter cū discipulis suis ad nuptias uocatus, deficiente uino, admirabili signo suę potētię aquas in uinum mutauit in Chana Galileę.

VITA B. ERMENOLDI, PRIMI ABBATIS Monasterij S. Georgij in Brunfeningen. ex ea qua iussu VV. Aldrici 16. Abbatis eiusdē Monasterij scripta est. Obijt autem uir sanctus, Anno à partu Virginie.

1121. Electionis uerò eius 7. ut patet infrā.

B. ERMENOLDVS in Sueuia claris natalibus ortus, cū parentes præter expectationem diuinitus sibi filium concessum uiderent, fuit ab iisdem, in Hirsaugiensi monasterio, diuino obsequio mancipatus. Cū autem & indole præclara, & magno ingenio præditus esset, non minores in uirtutum omnium exercitatione, q̄ in artium maximarum disciplinis progressus fecit;

6. Ianuarij. Patria & genus eius.

ad eum ut vivam quandam virtutis & sanctitatis imaginem, quam in Hirsaugia Abbate, Vvilhelmio viro omnibus naturæ & gratiæ dotibus ornacissimo cernebat, in se exprimeret. Quæ illum omnibus in Christo fratribus, tam charum atque amabilem reddidit, ut eorum, & summa Henrici Imperatoris eius nominis V. voluntate Laurisheimensis Abbas creatus sit: quam provinciam castro ingenij dexteritate & morum sanctitate administravit: ut gregem illum & numero & merito ampliatum, tandem diuina planè virtute florentem coaspexerit.

Fit Abbas.
* Lorfacensis.

Erat autem beato viro frater, & generis nobilitate & diuitijs pollens; qui cum aliquando cum alijs ad Imperatorem venisset, atque Henricus Imperator subridens illi dixisset, Fratrem tuum regali Abbatia Prefectum, ad summum honoris culmen proueximus, quid tu huic maiestatis nostræ munificentia rependes? ille responsum humanitatis & gratiarum actionis plenum reddidit, pauloque post, ut grati animi significationem uberius erga Imperatorem declararet, munusculum haud cõtemnenda ei obrulit. Ermenoldus autem ubi id intellexit, statim, ne vel leuissima simoniae labis in ipso nota hæreret, se ea dignitate abdicauit, & ad suum Vvilhelmum Hirsaugiense monasterij Abbatem, cum turba discipulorum amplius quadraginta, qui se ab eius complexu auelli non patiebantur, profectus est. Fuit eius aduentus omnibus valdè gratus, tantisque honorum & benevolentia indicijs celebratus, ut existimarent se non hominem sed angelum recepisse.

Detestatur
Symoniam
Ermenoldus.

Monasteriũ
Brunfenin-
gensẽ a quo
conditũ sit.

Ea tempestate, Otho Babenbergensis Episcopus, diuino instinctu Brunfeningense monasterium recens fundauerat, cui cum virum idoneum ad-

genti desiderio expeteret præficiendum, præclara Ermenoldi fama cōmōtus, eum acceffit. eiufque regi mini fidenter commisit. Suscepit vir sanctus pari animi alacritate & confidentia, ijsque virtutum ornamentis locum decoravit, vt omnium præconio mirè celebraretur. Fuit autem cum alijs virtutibus admirandus, tum rerum humanarum, & honorum contemptu adeo præcellens, vt cum Imperator Henricus iustis de causis, à Romano Pontifice anathemate plexus esset, vir sanctus tanquam fidelium communione indignum, aditu eum monasterij prohibuit; neque vllis minis vel terroribus adduci potuit, vt quicquam de hac animi magnitudine remitteret, supplicemue se Imperatori exhiberet; sed iustitiæ zelo præclare accensus; quod sui erat officij, egregiè præstitit.

Fit Abbas Brunfeni-
genfis.

Constantiæ
pius.

Inter alias autem virtutes, quibus ornatus erat, præcipua illi cura pauperum & peregrinorum erat, quibus adeo se benignum, & humanum præbuit, vt inopes vsu & consuetudine adducti, tam secure & fidenter ab eo, opem poscerent; vt non tam beneficium petere, quam debitum reposcere videretur, perinde ac si ab œconomo suo, res quibus opus habebant, exigerent. Vt autem eius liberalitas omnibus innotesceret, dira fames totam oppressit Baviariam, ita vt non pauci inedia confecti interirent. Confluebant verò omnes ad B. Ermenoldum, isque iussit frumentum è granarijs de promptu in pauperes distribui; nec prius cessatum est, quam compertum esset nihil monasterio relictum esse. Cumque ministri nec tantillum quidem superesse dicerent, ille de Dei benignitate nihil hæsitans, totum se ad deprecandum Dominum contulit, & ecce, altera luce adest vir quidam prædiues & nobilis, qui de sua substantia

Benignitæ
eius in
pauperes.

H 5 Domi-

Dominum honorans, abundè fratrum supplementum inopiam. Solebat, vir sanctus, commisso sibi gregi, vt verus pater & pastor, inuigilare; neque committere vnquam, vt suorum mores laxiore disciplina deflueret. Delinquentes autem etsi in spiritu lenitatis corripere, improbi tamen quidam, indignantes sibi suis voluptatibus interdictum esse, acerbissimo odio illius inflammati, eò amentis progressi sunt, vt necem ei ad certum diem mandarentur. Huius rei certior factus tantum astringente timore mortis perterritus se subduxerit, vt etiam ultro se in eorum, qui iam culeris ad scelus perpetrandum armati stabant, conspectum dederit. Sed accidit vt illi, admiranda vultus eius grauitate & optimo splendore percussi, pedes manusq; retraxerint, & à nefario scelere se continuerint.

Mortis egressus.

Vbi autem tempus à Deo definitum adfuit, quæ sancta anima corporis contubernio soluenda erat, rursus filij nequam, & tanto patre indigni eius mortem conspirarunt. Vnus ex ijs furore armatus locum, qui viro sancto necessario tradendus erat, obsedit: & tanta vi in caput illius percussit, vt mox humi stratus, cum extremo spiritu decertaret. Inde verò aliorum manibus sublatum, quamdiu sine vllò vitæ iudicio iacuit. Paulò post ad se reuersus, cõiectis in discipulos oculis hilari eos sermone affatus est. Discipulis verò binam fuisset sciscitantibus, respondit: ad thronum Dei se raptum fuisse, bonaq; verba & promissiones consolationis plenas illic accepisse, puta quòd nunquam diuinus cultus eo in loco futurus esset. Et ne quid dubitationis apud se de his promissis relinqueret, addidit se diè crastina

A quodam suo subdito grauissime seditur.

sub Missarum solennijs quando hymnus Angelicus decantaretur, spiritum Deo redditurum. Dixit: & vera eum dixisse, res ista postridie declaravit. Nam in sacra Epiphania, hora illa qua dixerat, corporis ergastulo solutus: ad æternam gloriam feliciter migravit. Erat tum annus Christi nat. septimus autem electionis eius, qua creatus est Abbas Brunfeningensis.

Post obitum, quidam ex nostris in vindemijs in Austriam missus, monasterium quoddam ingressus, à monacho quodam benignè exceptus fuit; ubi post multos vltro citroque sermones habitos, monachus ille quæsiuit, fuisset ne quandoque apud nos Abbas Ermenoldus nomine. Fratre autem respondente fuisse, & quidem primum monasterij nostri Abbatem ille subiunxit. Tamen nulla mihi eius nominis noticia fuit, tamē nuper cōperi maximi eum apud Deum meriti esse. Cum enim ad vitæ vsq; desperationem fluxu sanguinis laborarem, multosq; sanctos frustra inuocarem somnus mihi obrepfit. Et ecce videbar mihi ad Christi tribunal rapi, & acerbissimas peccatorum meorum penas luere. Cumq; alij atq; alij, pro meritum diuersitate, vel æternis deputaretur supplicijs, vel ad cælestia beatorum gaudia transmitteret, vidi Benedictini quendam ordinis monachum ob vitā in monasterio negligentius actā, grauissimis subijci quæstionibus: vt iam iam in tartara relegendus puraretur. Cumque nihil, quod pro sui excusatione adferret, haberet, vir quidam eximia sanctitate clarus, ardentem pro eius liberatione preces fudit, asserens quod vel eo solo nomine misericordia dignus esset, quod stabilem semper eodem in loco pedem fixisset & obedientiæ iugo colla subdidisset. His sancti illius precibus

Prædicit obitum suum.

Moritur.

Vise cuiusdā monachi à fluxu sanguinis curati.

cibus placatus iudex, reum absoluit. Tum eg
 sancti illius desiderio vehementer captus, me
 illum pro infirmitatis meæ, qua tenebar, remedi
 deprecandum composui. Cumque eum esse
 menoldum Brunfeningensem Abbatem didici
 sem, ilicò me ad Missam de Confessore celebra
 dam erexi, sacrisque indutus vestibus, quam
 virium sæpè imbecillitate præpeditus, sacrum
 peregi: eoque peracto, prorsus me incolumem
 sensi.

Miracula
 ad sepulchrum
 eius.

Inter alios contigit aliquandò, cæcum ad se
 pulchrum eius illuminari. Aderant complures
 eius miraculi inspectores & testes, qui vno
 homini illi, Deum, & S. Ermenoldum, pro tanto
 beneficio laudanti, gratulabantur. Ecce autem
 quidam, malo dæmone impellente, hominem il
 lum contumeliosis increpitans verbis, impostor
 & mendacem appellare coepit. Moxque insolentior
 factus, confecto è funiculis flagello, ter beati
 viri sepulchrum verberavit; & sacrilego ore, Er
 menoldo, vt quiesceret, imperavit. Vix verbi
 blasphemiarum & furoris plena finierat; cù dero
 penrè faciè intollerabili accendi ardore Impi
 us sensit, quo tormento penè exanimatus, dura cer
 nice nihilominus cubile suum petijt. Sequebatur
 famulus: qui blasphemiarum eius minimè igna
 rus, hortari eum coepit, vt vera cordis contritio
 ne & integra confessione; commissum scelus ex
 piaret. At ille spreto salutari consilio, à frigida
 qua remedium quæsiuit; sed minimè inuenit. Re
 uersus verò ad lectum, corde in scelere plane ob
 durato, horribili lepra percutitur; separatur ab
 hominibus; nec tamen reatum confitetur. Acci
 dit indè vt die quodam mensæ accumbens, mini
 strum cibos adferentem præstolaretur. Minister
 autem

Diuina vi
 tio in blas
 phemum.

autem
 facie
 repe
 scel
 clara
 tis st
 ILL
 ni
 exeg
 e
 I
 ad
 in
 tu
 ge
 ex
 ar
 cu
 qu
 rij
 D
 in
 b
 te
 vr
 tu
 li
 v

autem solito nonnihil tardius rediens, hominem facie in ardentibus prunas collapsum, extinctum reperit. Nec dubium, quin eo supplicio, debitas scelerum suorum poenas luit. Sunt & alia praeclara sanè sancti huius miracula, quae nos breuitatis studio praetermittimus.

ILLVSTRE MARTYRIVM S. LVCIAE
iii, Antiochena ecclesia Presbyteri, quod constanter exegit Nicomedia, sub Salerio Maximiano, in Oriente Imperante, Anno Domini 311. Eusebij Romani Pontif. 3. Constantini verò Imperatoris 6. Ex eo quod est apud Simeon Metaphrasten.

Lucianus, Samosata, ciuitate Syriae, parentibus honesto loco natis oriundus, puer duodecim annorum, utroque parente orbatus, ad Macarium, qui Edesam habitabat, diuitijs suis in pauperes distributis, confugit. Apud quem breui temporis spatio, sacrorum librorum intelligentiam consequutus, & lauacro regenerationis expiatus, ad monasticam vitam declinauit. Vbi ardenti pietatis studio, arduum virtutum omnium culmen sibi proponens, carnem antè omnia, frequenti inedia spiritui subiugabat. Crebrò suspirijs & precibus, diuinam sibi gratiam concilians. Diuinarum autem rerum meditationi adeò erat intentus vt lassata vigilijs & labore exhausta membra, quietem non prius caperent, quam somno necessario victa natura succumberet. Et ne quovquam vanitatis puluere mens obduceretur, cauebat imprimis, ne quid praeter diuinos sermones lingua sonaret.

Et haec quidem puerilibus annis. Postquam verò aetate maturior in Ecclesia Antiochena sacerdo-

Caesar Baro:
Tom. 3. An.
Ecclesias.

7. Ianuarij.
Patris & generus eius.

Distributis in pauperes substantijs. fit monachus.

Studet in virtutibus proficere.

Antiochia
iam presby-
ter, ludum
literarium
instituit.

Emendat sa-
eros libros
purgatq; ab
errore.

Maximiani
odium sum-
mum in
Christianos

Infiatur
Luciano.

Lucianus
fugit.

Proditur à
Pancratio
Sabelliano.

Lucianus
Cappado-
ciæ, 40. mili-
tes Aposta-
tas ad fidem
reducit.

cerdotio initiatus est, ludum literarium, cano-
datorum frequentia celeberrimum, instituit
quicquid ibidem merebatur, alacriter in paup-
rum vsus expendit. Et quia hebraicarum litera-
rum erat peritissimus, videbatque sacros codices
hominum sceleratissimorum veneno infectos
multisque erroribus, non sine graui Catholice
dei detrimēto, imbutos; assiduo eos labore & stu-
dio ad pristinā, primamq; puritatem reuocauit.

Eadem tempestate, Maximianus, plusquam ce-
nino in Christianos flagrabat odio, ea maxima
cura sollicitus, vt tam sacro nomine interreco-
ne ablato, idolorum cultus ad astra tolleretur.
Sed huic impietati dictis pariter ac factis, tunc
temporis S. Lucianus obfistebat. Cuius fama tyri-
nus ille commotus, nullum non confestim mo-
uit, lapidem, vt tam egregium athletam à Christi-
auulsam, ad suæ impietatis partes traduceret. De-
sudabat multorum industria, vt illa ecclesie co-
lumna prosterneretur. Sed vir diuinus, ecclesie
periculum in suo capite versari animaduertens,
relicta confestim ciuitate: ad agrum confugit tē-
pestatum transitum, ibidem latitādo, expectaturus.
Sed adfuit tandem Pancratius quidam Antioche-
nus, Sabellij veneno infectus, qui acerrimis inui-
diæ stimulis in sanctum concitatus, eum Maximia-
ni satellitibus prodidit: Nicomediamque ab-
ducendum curauit. Cum autem Lucianus, dū du-
ceretur venisset in Cappadociā, ibidem, milites
quadraginta suppliciorū timore fractos à cōstan-
tia fidei ad impiū simulachrorum cultū, defecisse
inuenit. Quos statim oratione, grauitatis & pieta-
tis plena, ab impietate ad fidei cōfessionē reuoca-
uit. Qui grauisimo, omnes admissi sceleris dolo-
re percussī, inuicta animi constantia, contractam
impi-

impieratis & ignominie maculá deleuerút. Et his quidé præclaris, in transitu itineris pietatis operibus. Lucianus Nicomediá delatus est: vbi rursus alios atq; alios à Christi cõfessione. in impietatis barathrú lapsos erexit, confirmauitq;. Erat enim in vultu eius mirabilis quidá splendor, ita vt clarissimum pietatis, virtutumq; omnium specimen quod ex facie elucebat, omniú animos incredibiliter ad se alliceret. Hinc ipse tyrannus, ne tanta sermonis eius suauitate, vultusq; splendore; vis impietatis frãgeretur, cõgressú formidabat; aded vt non nisi interiecto velo, & intermedio sermonis ministro, verba eius exciperet. Imperator ergo, tam eximia viri virtute cõmotus, primò multis blanditijs & promissis martyre delinire studuit. Considerabat enim singulari eius prudetia, imperiú nullo negotio felicissimè posse administrari. Sed cù munerib⁹ & promissis reiectis contemtiq; respondisset nè vniuersum quidem mundú, cum pietate in Deum conferendum esse: vehementer exandescens Tyrannus, continuò varijs eum tormentis subiecit. Et nunc quidem in cippo, manibus pedibusq; ad quatuor foramina crudeliter extensis, coxédices violenter è suis mouebant articulis, nunc graues testarum aculeos eius dorso substernebant. Postremò probris & contumelijs ad facietatè affectú extrema cibi potusq; inedia vexabant: nisi impuris Deorú victimis famem pellere maluisset. Sed Christi martyr diuinis nūquam epulis destitutus, impuras victimas respuebat, aded vt totos 14. dies inter tormenta ieiunus persisterit, nec tamen solita pietatis & adhortationis officia, quibus pro Christi nomine carceri inclusos confirmabat, vnquam intermiserit.

Item alios
Nicomedię.

Reuerentia
vultus eius.

Maximiano
aggre-
ditur Martyrē
blanditijs.

Diris affli-
tur cruciatio-
bus Lucia-
nus.

diebus 14.
permanet
ieiunus.

Interea, Christianis toto terrarum orbe celeberris.

Dies festus
Theophaniorum.

berrimus Theophaniorum appropinquat die
cum discipulorum eius plurimi ex Antiochia
alijs alijsque locis confluentes, magistrum cu
cumfistunt, quos ille nimia tristitia absorptos, in
uicta animi virtute consolatus est. Sed quis in
spectaculo à lachrymis temperare queat? Se
bat martyr in sædo horridoque carcere, omnibus
penè membris suppliciorum atrocitate fractis
& extremam iam inedia confectus; sed inuictam
animi sui virtutem vrgenti spiritu testabatur.
Aderant discipuli luctu lachrymisque miserabiliter
deformati. Impij verò & tempus & loca
omnia lynceis plusquam seruabant oculis: ne
minimo solatio pondus calamitatis & inedi
martyris releuaretur. Affligebat postremò disci
pulorum animos vel maximè, quod diuinorum
communio mysteriorum negata omninò vide
retur.

Nec enim vel viam vel modum inueniebant
quo sacram in carcerem mensam inferrent. Tum
Lucianus, illis secretò consultantibus ait: Bonu
nimo estote: Mensa quidem ex lignis lapidibus
eompacta, sacris mysterijs nobis deest: sed erit
vobis hoc meum pectus Deo, vt confido, nequa
quam ingrata mensa. Templum autem sanctum
vos mihi eritis. His dictis erecti animi, & Dei
culdubio prouidètia custodes remissiores facti
& diuina mysteria in sacro martyris pectore, et
summo gaudio & exultatione petacta. Deinde
postquam multa eaque valde præclara, de pietate
in Deum, de constantia; de æternitate dixisset
& discipulorum animos facibus diuini amoris
inflammasset, sacraque mysteria corporis & san
guinis Domini discipulis impertitus esset, ables
tibusque per sacras Diaconorum manus transmissis

sisset, ter prius constanti voce, coram sceleratis, Tyranni ministris Christianum se esse, confessus: beatum Deo spiritum tradidit. Sunt qui affirmēt, spirantem adhuc in profundum maris proiectum fuisse;

Reddit Domino spiritu.

Maximianus enim ut memoriam tam præclari certaminis deleteret, corpus eius immanis lapide ponderis, in ima maris deprimi iussit. Sed qui martyris gloria sempiternis inuoluere, tenebris nitentibus ante omnes æternitati eam consecrauit. Nam corpus cum maris fluctibus, multis diebus decertans delphini fuit exceptum dorso. Depranumque in Bithyniam deuectum in isto quoddam bellæ affectu erga miseros mortales: quæ tyranni crudelitatem naturali sua benignitate arguere visa est. Tenet verò fama eandem belluam, deposito in terram sacro pignore ilico exspirasse.

Corpus eius in mari diu postu delphini obsequio ad terram defertur.

Discipuli verò incredibili exultantes gaudio, multa veneratione id exceperunt: exceptumque post lachrymas, amplexus & oscula, honesto quantum tempus & inimicorum insidiæ perhibebant tumulo condiderunt. At Helena maximis pietatis ornamentis cultissima, à Hierosolymitana visitatione, & hunc pietatis locum perlustras, illustri eximij martyris prouocata certamine amplissimis incensibus celebrem reddidit: conuocatisque vndeque habitatoribus ciuitatem minimè ignobilem condidit, martyrisque gloriam, insigni admirandi operis templo clarius ad sempiternam memoriam illustrauit. Locus autem, ad quem corpus delphini obsequio deportatum fuerat, Imperialibus munificentijs auctus. Helenopolis appellatus est.

Helena eodit martyri ciuitatem & templum.

Helenopolis.

Cæterum vir diuinus in clytæ martyrij corona
I glorio

gloriosus, licet in vita discipulorum multitudine, eorumque cum eruditione, tum pietate claritate admodum extiterit eam tamen felicitatem ab habitu sartam tectam diu conseruare non potuit. Nam ad vnum ferè omnes (vna Pelagiana Antiochena excepta, quæ eum sectata, præclaro pro fide certamen subijt) procella persecutiue ingruente, suæ pietatis ac fidei fecere naufragium, quæ immanitate sceleris, reddita ecclesie pacem iam polluti mansere. Nam Ariana perfidia mendicis adherentes, impietatis suæ venena per totam conati sunt spargere ecclesiam, Luciano in ore, quasi hæreseos suæ magistro gloriantes, seque Collucianistas palam appellantes. Quo etiam nomine, ipse Arius perfidie suæ affectus, epistolis suis nuncupabat. Quæ res, primis illi exordijs Catholicorum plurimos prouocauit, in innocentem martyrem & sinceræ fidei columnam declamarent, eumque palam hæreseos aguerent. Sed purus & omni ex parte integer dei ipsius splendor suspicionem hanc diluit, etiam in ipsis aduersariorum actis veraciter locet. Siquidem Antiochiæ cum ijdem Constanti Imp. tempore conuenirent, vt Consubstantialitatis nomen abolerent, Luciani martyris fidei didere professionem; in qua communis filij cum patre substantia, potentia, gloria, imago, & omnia demum alia insunt, quæ Orthodoxæ ecclesie filij profitentur. Solû Consubstantialitatis verbum quia ibidem nõ reperiebatur expressum, temerario ausu è Nicæno symbolo tollere conati sunt. Sed nulla potuit in Luciano esse culpa, eam omittere vocem quam scimus ad eludendos omnes Arianorum cauillos à Sacros. Nicæna Synodo primum fuisse sapientie appositam. Accedit postremum

Discipuli S.
Luciani omnes apostata.

stremò irrefragabile ad defensionem S. Luciani, testimonium: qui eum sanctum, magnum, religiosumque martyrem fidenter appellat.

VITA S. GVDILAE VIRGINIS, APVD

Brabantos celeberrima. Ex ea quam Surus habet ex vetusto manuscripto Codice.

Vixit circa annum domini 670.

Vide Ioannem Molanum in Indico Sancto Belgij.

SIGIBERTI regis temporibus, fuit comes quidam vitæ innocentia & morum probitate insignis, Virgerus; cui coniunx erat cum stirpis claritate illustris (erat namque maioris domus inlyta Pipini sorore progenita) tum virtutum omnium meritis præstantissima nomine Amelberga. Hi cum indefesso studio diuinam mentem attenderent, nihilque magis sibi præponerent: quam quo modo se totos ad illius imitationem accommodarent: egregios sanctissimosque laborum suorum fructus à Deo cõsequi meruerunt. Nam præter Emebertum Cameracensem præfulem, virum multis virtutibus ornatum duas insuper filias Reinildim & Pharildim, vitæ sanctitate & morum integritate præclaras habuerunt. Postremò his accessit, non sine præuio Angeli monitu, egregium sanctitatis decus Gudila, quæ iisdem temporibus, quibus S. Gertrudis clarissimis virtutum, miraculorumque fulgebat operibus, in lucem ædita, ab eadem de sacro fonte lenata est. Huius S. virginis neptes fuere sanctæ Aldegundis & VValdetrudis candidissimis bonorum operum floribus ornatissimæ.

Mox vero vt S. Gudila ex ephebis excessit, sanctæ virginitatis voto flagrantissima, intra monasterij claustra mentem ad cælestis patriæ desideria erigere

S. Ianuarij.
Genus S.
Gudilæ.

S. Gertrudis
eam de sacro fonte
suscepit.

In monaste-
rio institui-
tur.

erigere: & corpore quidē in terris cōstituta cepit
affidua rerum diuinarum contemplatione, me-
te in cælestibus versari. Cumque S. Cerrudo
quæ eam Christo genuerāt, huius vite cursum fa-
lici agone consummasset, virgo Gudula tante co-
gnatæ solamini destituta, diuinis sapientiz ma-
nitis & consilijs iam probè instructa, parentum
repedauit limina, non quidem eamēte, vt solū
tis obedientiæ vinculis potestas liberius viuere
di esset: sed vt seximij pijsimorum parentum
exemplis, clariorem sanctitatis formam in se
ciperet.

Fatitur infes-
tationes
Dæmonis.

Nam cum in villa quadam Morzellā voca-
lo, duobus ferè milliariibus à parentum ædifici-
distante, oratoriū Saluatori nostro sacrum
set, magno pietatis studio die noctuque hoc
quentare, tantisque maximorum operum exerci-
tius incumbere, vt Diabolus ingentem inuisi-
flammam exijs conciperet, nam cum tempore
quodam ad consuetum pietatis officium accē-
lumine cum pedissequa tenderet, Dæmon vt
à cæpto itinere reuocaret, fraude sua lumen
stinxit, & via ignaras in graue offensionis peric-
lum adduxit. Tum virgo, vt Diabolice fraudis
perturbaret laqueos ad clypeum confugit orati-
onis: nec prius à votis precibusque cessauit, quam
lumen extinctum cælitus rediret. Cæprum ergo
leta nudis plantis carpebat iter, iamque oratori-
um ingressa, nouo mentis ardore pro tam claris
beneficio diuinæ bonitati gratias agebat, preces
que in multam lucem protrahens, expletis tam-
dem missarum solennijs domum remeabat. Eo-
autem mulier lōgo mœrore & diurna calamita-
tate contabescens, obuiam prodit. Gestabat
filium nouem annorum à primo natiuitatis die

Curat pue-
rum valdè
morbidum.

die, bron- fedre- Voci- chir- ban- affe- Gu- lac- bus- com- que- tis- tute- mi- am- fol- que- ra- im- & tre- su- ti- co- Et- lis- cæ- de- tri- ho- in- Et-

die, infinitis miserijs obnoxium. Nam omni membrorum omnium officio destitutus, non cælum. sed terram, brutorum instar, spectare cogebatur. Vocis spiracula obstructa verba negabant, manus chiragra, contusæ, cibum ori ministrare recusabant; nihilque erat in puero, quod non languore affectum, matrem miseris modis cruciaret. Hanc Gudula venientem aspiciens, non sine magno lachrymarum imbre excepit, & puerum ambabus suauiter complexa vlnis, fufis precibus Deo commendauit: cum repente vocis membrorumque laxatis retinaculis, puer ad integrum sanitatis officium excitatur. Mirabatur S. Gudula virtutem Dei per se ostensam: gaudebat pia mater de misericordia Dei per virginem exhibita.

Est & aliud, quod clarius Dei erga Virginem amorem testatur. Erat quodam die Virgo diuinis sola rebus vehementer intenta, cum inopinato quædam mulier extrema lepræ deformitate misera ostium cellulæ pulsans, magnis vocibus opem implorat Virginis. Excitata protinus gemitibus & eiulatibus Gudula accurrit visaque muliere putredine penè consumpta, ô Domine inquit, vbi sunt misericordiæ tuæ viscera? Et precibus ardentibus pietate de more persolutis, sacro manuum suarum sanat le- contactu, omnem lepræ deformitatem deterfit. prosam.

Et his quidem alijsque quamplurimis quæ san-
ctitatem eius declarant, quamuis in vita miracu-
lis claruerit, multo tamen, clariora, postquam in
cælis coronata est; meritorum suorum indicia
dedit. Nec mirum sanè; tanto namque cælestis pa-
trix desiderio flagrabat, vt non prius Deum se
hominesque vere diligere existimaret, quam hu-
ius mortalitatis ergastulo soluta, ad Dei conspe-
ctum admitteretur. Itaque corporis soluta vin-
culis

Obdormit
in Christo.

Arbor hye-
me ad eius
tumulum
viret mira-
biliter.!

culis, vt beata æternitatis Christi gratia parti-
ceps euasit, quanquam in vita admodum benefici-
in pauperum inopia subleuanda fuisset, multa
maiora charitatis officia de cœlis in terram tra-
misit. Nam mox vt sanctissimum eius corpus
in villâ Ham dicta, terrâ conditum est, arbor, quæ
dicunt populum, hyemali tempore frondes relin-
quere, propagines formare, & clarissimum sacro-
virgini sanctitatis testimonium palam exhibere
visa est. Cumque fama virginis nouis virtutum
multarû claresceret miraculis, placuit fidelibus
de loco sepulchri leuatam in locum honori eius
magis congruum transferre. Et quidem Niuelle
se cœnobium, cum sacris reliquijs ex omnium
consilio delectum esset, iamque operibus ma-
nus admouerent, factum est vt nullis viribus
corpus leuari posset. Illis autem hæsitantibus
& cum stupore consilia agitantibus, respondit
quidam, & ætate & prudentia cæteris proce-
ptior, non alium virginem quietis & honoris lo-
cum expetere, quam eum vbi assiduis lachrymis
& precibus Dei gratiam, & gloriam consequi
erat.

Translatio
corporis c-
ius.

Miracula ad
sepulchrum
eius.

De cuiusdâ
regis filia.

Huic consilio & mentes fidelium, & virginis
corpus cessit protinus. Deportatum est ergo cum
ingenti totius populi gaudio & hymnis, ad Salua-
toris templum in Morzella constitutum. Et ecce
lurdus quidam pro infirmitatis suæ remedio coe-
pori sacro appropinquâs, repentinam sanitatem
consequitur, sed exiguum planè est si cum altero
quod lequitur conferatur.

Erat regis cuiusdam transmarini filia mem-
brorum omnium languore à primo ortus sui die
miserè oppressa. Hæc in somnis à muliere quæ
speciabili forma & vultu decore edocta de Gu-
dila

dilat virginis tumulo, sanitatem sibi sperare videbatur. Hæc patri matrique cum ingenti gaudio & spe salutis narrabat, sed cum neque viam, neque locum tumuli cognosceret, continuo se lamentis dabat: donec tertia dein nocte, certissimâ & loci & nominis cognitionem accepit. Manè igitur cum electa militum manu naui imposita, transmissa feliciter mari ad tumulum peruenit. Vbi à sacris virginibus Deo ibidem famulantibus, excepta & orationis instantia per triduum fota tandem sospitatem, quam oraculo accepturam se didicerat promeruit. Sicque membrorum officio roborata, atque incredibili gaudio excitata, Christi fidem, ritibus paganorum relictis, amplexata est. Sed & parentes eius, præsentis miraculo excitati, cum multis proceribus, & plurimis regni sui subditis, alacres ad sanctæ virginis venire coenobium, cunctique lustralibus admoti aquis, veterem hominem ibidem deposuere.

Sed vnum inter multa quod maxime virginis gloriam illustrem reddit, silentio prætereundum non est. Altera die qua virginis corpus in Morzellam translatum esse diximus, arbor illa, quæ prius sacrarum reliquiarum custos fidissima, obsequio suo virginem honorarat: ne quidem in translatione earum virginem deseruit. Nam eadem arbor (dictu mirum) sacra virginis membra subsecuta, ac eodem ex loco mirificè eradicata & convenienter transplâtata, corâ prædicti oratorij foribus viriditate sua puritatè virginis testata est. Huius tam stupendæ rei fama cômotus Carolus, qui ex Imperij gloria quod tunc magno animo administrabat, Magnus dictus est, locum adiit & miraculi veritate sine fuce cognita, ad studium religio-

Recipit sanitatem & fit Christiana cum parentibus & multis alijs.

Stupendum diuinitus arboris translata miraculum.

Propter miraculum Carolus Magnus nouū ei construit monasterium. Virsus mortis periculū virginis protectione euadit.

religionis ardentius excitatus, nouum sacra-
virginum monasterium ibidem erexit: ut animi
sui in virginem, pietatem & obseruantiam mu-
neribus & donis declararet.

Post hæc cum die quodam: ut fieri solet, ven-
tionis gratia syluas & nemora perageret, & que-
dam miræ magnitudinis vrsū acrius insequere-
tur, fera bestia cum nullum effugij locum, cam-
pis vndique latè patentibus, sibi relictum vide-
ret, ac mortem iam iam capiendus crebris dis-
ferret flexibus. Præpropere cursu, recta ad Mos-
zellam tendit, & magna vi in ecclesiam irru-
pens deflexa ceruice, aduētantium lambere velle
gia vario corporis motu omnibus applaudens
cepit multisque signis ostendere, se famulæ De-
patrocinio defensatum.

Quæ res ut regi nunciata, magnam admiratio-
nem; ita vrsō vitam attulit: qui reliquum de-
iceps vitæ curriculum, summa cum mansuetudine
ad virginum voluntatem ibidem exegit.

Vt autem insigni erga pios pietate flagrabat
virgo, ita impios auersabatur: mentesque in se-
lere obduratas acerbo odio prosequabatur, cuius
rei exemplum quod in suprascripta villa Ham con-
tigit, attexere non grauabor. Virgo Gudula vte-
rat nobilitatis & diuitiarum gloria admodum
clara, ita parentum studio, magno sumptuum
splendore, sepulchrum eius adornatum fuit. Ho-
rum cupiditate latro quidam accensus, tertia ab
obitu eius nocte sepulchrum accessit, totusque
mortifero auaritiæ veneno ebrius, aurum & ar-
gentum, cuius magna vis erat, deprædatus est: &
sacrilegis onustus spolijs domum rediit, & filiam
armillis, quas sacræ virginis brachijs detraxerat,
exornauit, sed sacrilegij immanitatem diuina
breui

brevi vitio subsequuta est. Nulla enim familie
ius persona existit, quæ non insigni aliqua defors
mitate & languore membrorum, tanti sceleris
pœnas luerit.

Itaque post multa & quæ præclara à virgine o-
fensa miracula, cum Christianorum impietas, in-
dies magis magisque, non sine graui diuini numi-
nis offensione, vires sumeret, iusto Dei iudicio san-
ctuarum tradita sunt Barbaris in derisum; &
incolarum substantiæ, latronibus in prædam. Qua
tempestate beatæ Gudilæ corpus à Morzellenfi
coenobio, in locum, qui Capræmons dicitur, de-
latum est. Cumque Danorum impietas longè la-
teque omnia popularetur, ipsum etiam coenobiū
flammis absumptum solo adæquarunt, rebusque
omnibus, quæ pretij alicuius erant ablatis, Pagani
recesserunt. Tum rursus Morzellense coenobium,
quanquam sua ruina turpiter deformatum, sacris
tamen Gudilæ reliquijs exornatum est, donec Ot-
tonis secundi Imperatoris tempore, Carolus Lo-
tharij Regis Francorum, frater, sacrum S. Gudilæ
corpus, Bruxellas in templum Gangerici debito
cum honore intulit.

Hic autem, cum suis ipse oculis Virginis cor-
pus curiosius inspicere vellet, temeritate nimia
præcepit thecam aperuit, sed (dictu mirum) mox
horrenda, tenebrarum caligo, diurni luminis ad-
spectum ademit, nebulaque templo circumfusa
cunctos à temeritate reuocauit. Saniori verò inte-
rim innitens præfatus princeps consilio, se vnà
cum aliquanta fidelium plebe, in carnis ac spiri-
tus contritione coarctauit triduo, vt quod facien-
dum incauta persuaserat temeritas, summa, quæ
omnia vicit, impetraret humilitas. Iamque ter-
tia illuxit dies, memoratusque dux ad loculum

S. Gudila
Bruxellas
transferta

Munificētia
Caroli Du-
cis Loha-
stogio.

S. Virginis cum sacerdotibus ac thymiamate
cessit, aperuit, & quod desiderabat vidit; inuocauit
que diuina maiestate thecam reclusit: ac suo munere
niuit sigillo. Locum quoque donis ac muneribus
exornauit: collata parte villæ, quæ Molenbec
dicitur, cum sex familijs, ad diuina officia ritibus
iugiter celebranda. Quienit autem eo in loco, ut
tempora usque Baldrici Comitis, nepotis Caroli
ducis.

Item Baldri-
ci Comitis.

Anno verò saluatoris nostri 1047. dedicatum
est Bruxellis D. Michaeli templum, opere & stru-
ctura visendum. Quam functionem Gerardus ab-
batister Cameracensis cum laude obibat: Lambertus
verò, qui & Baldricus comes, opinione prudentis
& pietatis omnibus charus, eodem die sacrum
corpus ex ecclesia S. Gaugerici, adiuuante episcopo
& clero, in D. Michaelis honorificè transfudit.
Neque ea animi deuotione contentus, summa
xoris suæ Odę voluntate & animi gaudio, certum
clericorum numerum ibidem constituit; qui am-
pla decimarum & aliarum rerum munificentia
perpetuò dotati, diuinas laudes studiosè con-
celebrant: & salutis auctorem in san-
ctæ Gudilę virtutibus atque mi-
raculis sine fine exal-
tant.

VITA B. SEVERINI ABBATIS, NORICORUM APOSTOLI. quam Eugipius Abbas eius contemporaneus ad Paschasium Diaconum scripsit. Obijt Anno Odoacri Regis Italiae 7. Zenonis Imperatoris 9. Simplicij Romani Pontif. 15. Christi verò Salvatoris 487.

Vide C. Bar.
Tom. 6. An.

EA tempestate, qua Hunnorum Rex Attila defunctus est, res vtriusque Pannoniae, per summum scelus filiorum eius, qui de corona acriter inter se dimicabant, in extremum discrimen adductae sunt. Quo tempore Severinus cum doctrinae tum sanctitatis gloria clarus, ex Orientali plaga in viciniam Norici Ripensis & Pannoniorum veniens, habitationis suae locum Casturis elegit. Vbi sanctissimis diuinarum rerum studijs incumbens, cum manifestam iustitiae diuinae vindictam, sceleribus eorum imminere praevideret, coepit assiduis cohortationibus omnes ad pietatis studium ardentius colendum excitare: aliter structam illis hostium insidijs pestem denuncians. Sed cum animi contumaces, & in scelere obdurati, salutaria monita à se repellerent, facrasque famuli Dei voces ad aures admittere recusarent, ipse hora imminentis excidij eis prodita, proximum, quod Comagenis appellatur, oppidum declinauit, Barbarorum praesidio praeclare munitum.

Severinus venit in Pannoniam.

Itaque vir diuinus à Barbaris admissus, antè omnia ecclesiam ingressus est: votis precibusque offensum numen placaturus. Nam & barbari ipsi vltima salutis desperatione fracti, aegre arma

arma sustinebant; quos Seuerinus ad pietatis
iustitiæ arma contra furentem hostium impetu
capeffenda hortatus est. At illi animis miserè
stuabundi, salutaria viri Dei monita contem-
bant, consiliaque vanitatis plena ad exitium vi-
dum humano more sedulè captabant; cum ec-
deuexa quidam ætate vir, qui Dei famulum Ca-
sturis singulari humanitatis officio profectu-
fuerat, Comagduin aduolat, miserabili luctu-
bituque ciuitatis suæ excidium denuncians. Qui
nuncio cunctis multò magis trepidantibus, se-
subintulit; hanc calamitatem nobis nostra pe-
rit rebellio, qua conciuēs nostri salutaria viri
cuiusdam monita & vaticinia spreuere. Cum
que profundis suspirijs & lamentis ruinam pe-
puli sui prosequeretur, ad S. Seuerinum, in eccle-
sia precibus intentum, barbarorum ductu peru-
nit. Ibi verò pedibus illius præ gaudio prostratus
gratias agere coepit, quod à communi exitij pe-
precibus ipsius liberatus esset. Deindè ad ca-
conuersus, monuit omnes graui oratione, ne flum-
li mentis duritiæ, diuini viri monita contem-
do, eandem sibi pestem machinarentur.

Territi his ciues, pariterque ad spem excita-
supplices se ad Seuerini pedes demisere: ob-
doceri postulantes, quibus demùm operibus di-
ne iustitiæ seueritatem, & imminentis excidij pe-
riculum euadere possent. Quibus ille indictio-
iunio triduo, vt oris confessione contracta lacer-
tera expiarent, & lamentis gemitibusque sese ma-
starent, mandauit. Paruerunt magna animi ali-
critate; & ecce vespertino tertij diei sacrificio ad-
uentate, horribilis terræ motus hostiū animos
exterruit, vt vniuersis quæ in castris erant reli-
salutè turpi fuga quærent, & noctis errore con-
fuit.

fusi, mutuis se gladijs miserrimè conciderent. Tali ergò aduersarijs internecone consumptis, diuino plebs seruata præsidio per sanctum virum, armis didicit pugnare cælestibus.

Eodem tempore ciuitatem, Fabianis nomine, cum sæua fames opprimeret, nec incolæ aliud sibi in malis remedium præter Seuerinum inuenirent, missis deprecatoribus ad se allexerunt. Qui diuino monitu ad eos pergere iussus, denunciauit protinus, grauissimum iniquitatis pondus tantæ famis cladem attulisse: quare dignis poenitentia operibus sarcinam impietatis abijcerent: & sic demùm diuinæ clementiæ opem præstò sibi futuram non dubitarent: Incumbunt illi strenuè poenitentia laboribus: & ecce diuina reuelatione Seuerinus viduam quendam nomine Proculam fruges plurimas occultasse cognouit; quam durissimis, de turpissimo auaritiæ scelere, verbis increpitam in medium adduxit: facileque diuini iudicij rigore proposito, collectam frumenti vim, ciuibus extrema inopia exhaustis, distribuere persuasit. Nec multò post naues de partibus Rhetiarum quam plurimis onustæ mercibus, præter omnem spem & expectationem in littore Danubij apparuerunt, nam & densa fluminis glacies, Dei imperio ad preces Seuerini soluta est, & furibundæ hyemis vndæ non sine ingenti omnium admiratione placidum nauibus portum concessere.

Per idem tempus cum prædones Barbari hostili incurfu omnia in ciuitatis circuitu popularentur, ciuium plurimi miserabili valdè luctu oppletis, Seuerini opem implorarunt. Qui Mamertinum tribunum, postea episcopali dignitate admirandum paucis nulla militari arte instructis, armatas hostium phalanges inuadere iubet. Tribunus quæuis

Fabianis
vrbs est, quæ
nunc Viēna
Austriæ di-
citur.

Viennenses
fame labo-
rantes rele-
uantur.

Irruptio Bar-
barorum.

uis in pestem ruere videbatur, diuini tamen
oratione egregiè confirmatus, in hostes fidem
perrexit: & nullo certamine in effusam fugam
pulsit. Arma deindè & spolia, nimio timore reli-
cta collegit, victos verò non paucos, vt iussus
erat, ad Dei seruum adduxit; quos ille vinculis be-
nignè absolutos, & cibo potuque refectos ad locum
cum tali mandato remisit: ne prædandi cupiditate
te allesti pedem eo deinceps inferre auderent,
nè mallent horrendo cælestis vindictæ iudicio
puniri.

Rugiorum
Rex consu-
lit S. Seueri-
num.

Flacitheus Rugiorum Rex, cum Gotthorum in
inferiori Pannonia vehementer sibi inferentium
multitudine terreretur, nec sanum vllum in sum-
mis periculis consilium reperiret, S. Seuerinum
tanquam cæleste oraculum, certissima salutis spe
consuluit. Nec eum sanè cõcepta de viro Dei spe
fessellit. Post multa enim egregia pietatis monita,
quibus eum ab omni fraude & insidijs proximo
suo struendis reuocabat, hortabatur ne pacem
minimorum vnquam expetere erubesceret, nec
de suis confusus viribus, hostium potentiam con-
temnendam existimaret: sed omnem regij mun-
dis administrandi rationem, ex diuini numinis
more peteret. Accidit interea, vt ingens Barbaro-
rum turba latrocinijs dedita, quosdam ex Rugis
in captiuitatem abducerent, & Regi ipsi in loca
admodum opportunis insidias struerent. Cumque
Rex collecta militum manu de hostibus vindi-
ctam expetere statuisset, Seuerinus futuri periculi
ignarus, vt insidias præcaueret admonuit: atque
ita Regem, diuino spiritu edoctus, ab imminente
clade eripuit.

Erat quidam Maurus nomine, monasterij, cui
B. Seuerinus præerat, ædituus, pretio B. viri de ma-
nu Bar-

nu Barbarorum redemptus. Huic die quadam Severinus, nè pede extra mœnia elato captiuitatis se periculo exponeret, præcepit. At ille neglecto B. viri consilio, temerario cuiusdam hominis persuasum impulsus, in secundo à ciuitate Fabianis miliario, ad colligenda poma egressus, mox à Barbaris vinculis constrictus, Danubium transuectus est. Eadem hora vir Dei sacris lectionibus intentus, clauso repente codice, Maurum, ait, citò requirite. Quo nusquam reperto, ipse quantocyùs fluëtalitri prætermans, latrones properanter insequutus est. Cuius venerandi vultus conspectu ad eò rubore suffusi sunt, vt captiuos ad vnum, omnes ipsi, insuper viro Dei supplices redderent.

Habebant vicina Castelli Cocullis loca, ingentem vim locustarum frugibus valde infestam; ita vt plagæ atrocitate magnam sibi calamitatem impendere cuncti timerent. Malo itaque oppressi ad Severinum supplices confugiunt, orationum illius suffragia, certissimum malorum omnium remedium, petunt. Quibus ille, An, inquit, nescitis quid Dominus, qui his vos flagellis erudire conatur, à vobis requirat? Vos sanctissimo illius cultu possidite, quando sacris insistendum precibus & concionibus foret, sola industriæ vestræ praua confidentia subnixi, rebus vestris prospicere vultis; dumque pia & simplici diuinorum & Ecclesiæ præceptorum obedientia, mala cuncta propulsare, & florentissimo rerum omnium successu affluere possitis, nescio qua consilij temeritate, inanes labores cum calamitoso rerum vestrarum exitu suscipere malitis. quare si & imminentem cladem auertere, & diuinæ clementiæ fauoré vobis conciliare vultis, sanctorum vestigijs insistite, ieiun.

Prædicat cui-
dam suum
periculum.

Contra ma-
la à Deo im-
missa quid
agendum
docuerit.

ieiunijs & lamentis mentes scelere pollutas
 purgare, curas anxias & sollicitudines inanes
 nihil postponite, & æternæ animarum vestrarum
 saluti cum ardenti pietatis studio incumbite.
 sic demum à cunctis malis liberati: statum reu-
 uestrarum omnibus bonis mirificè affluetem pro-
 fidebitis. His piæ adhortationis stimulis concen-
 ti, ieiunijs, precibus & eleemosynis ad diuinam
 misericordiam implorandam se composuere. Om-
 nibus ergò pietatis operibus acriter intentus
 pauper quidam à cœpto pietatis opere resiliens
 ad agrum, qui exiguus admodum inter alios esse
 recta contendit, & toto die anxius impendens
 locustarum nubem, qua potuit, industria excur-
 uit, moxque ecclesiam communicurus intravit.
 Sed segetem eius exiguam, multis vicinorum
 cundatam frugibus, locustarum densitas debor-
 uit. Quibus ea nocte ab illis finibus diuino impet-
 rio exterminatis, probatum est, quantum valeat
 fidelis oratio. Manè quippè sancti operis temer-
 tor atque contemptor, rursus ad agrum suum
 le securus egrediens, eum locustarum pernici-
 funditus inuenit abrasum; & omnium circum-
 que sationes integras vehementer admirans. In-
 lametatione delicti sui grauitatem agnouit. His
 occasione abrepta, homo Dei docebat cum
 quã prudenter rebus suis veræ pietatis studio con-
 sulerent.

Severinus
 captiuorum
 & inopum,
 Patronus
 precipuus.

Captiuorum & egenorum tantam, ingenita
 bi pietate, curam habebat, ut omnes penè per
 uerfa oppida vel castella pauperes, ipsius in-
 stria pascerentur. quibus tanta animi læticia
 ministrabat, ut tunc se crederet suauissimis epulis
 festum, bonisque omnibus abundare, quando
 debet egentium corpora sustentari; & cum heb-
 doma

domadarum sæpè continuatis ieiunijs minimè frangeretur, tamen esurie miserorum grauissimè se credebat afflictum.

Interea fama virtutum eius longè lateque dispersa, Paulinus magno eum videndi studio tenebatur. Peruenit tandem ad beatum virum, à quo summis non vulgaris beneuolentiæ indicijs susceptus: mox audiuit; Festina Venerabilis presbyter, quia citò obluquantem episcopalis dignitas exornabit. Cuius prædictionem veritas statim subsequuta est. Nam ciues Tigurinæ, quæ metropolis est Norici, coegerunt eundem presbyterum summi sacerdotij suscipere principatum.

Post hæc leprosus quidam Mediolanensis territorij, præclara sanctitatis eius fama exciratus, sanitate remedia suppliciter imploraturus aduenit: quem monachis suis, indicto ieiunio commendans, omni lepræ deformitate mundatum à se dimisit.

Cum autem alios multos varijs languoribus & calamitatibus oppressos liberaret, Bonosus S. Severini monachus, oculorum imbecillitate plurimum prægrauatus, medelam sibi præstari eius orationibus poscebat, dicens; Aduentitios & externos salutaris gratiæ sentire præsidia, sibi verò nullam opem aliquatenus exhiberi. Cui vir Dei: Fili mi, non tibi expedit ab hac oculorum molestia liberari, & aciem corporei luminis habere perspicuam, quin potius ora vt obtutus vegetetur interior. Quid enim? An non magis grata & iucunda, lux illa interna esse debet, qua per amplissima cæli spacia mente vagaris, quam corporeum hoc lumen, quod tibi cum brutis commune est, & ea tantum quæ ante pedes sunt cernere vales?

Prædicat Paulino, quod futurus sit Episcopus.

Mundat leprosum.

Quibusdam sanitas perniciosa.

Erant in loco Barotro, tres monasterij sui monachi.

K

Tres super-
bos mona-
chos casti-
gat.

nachi, tanto superbia veneno infecti, ut vix
medicamentis ad integritatem mentis reuocari
possent. Hos sanctus Dei, cum manifestè in
piternum exitum ruere animaduertit, duris
mis flagellis erudiendos suscepit. Nam fuscis
ardenti lachrymarum vi, ad Dominum per-
cibus, dæmoni illos vexandos cruciandos que
miserit. Vix enim oratione expleta, vno omnes
mento à dæmone correpti, cõtumaciam animi
fastum, miserrimo eiulatu confessi sunt. quos
tim benignè susceptos, per quadraginta dies
ris pœnitentiæ laboribus mancipauit. Quibus
tè expletis, magna orationis virtute dæmonia
vincula soluit, & corporis animique sanitatem
illis restituit.

Post multa autem eximia sanè alia pietatis
pera, quorum singula hic attexere operis in-
tenti ratio non postulat, cum obitus sui diem ante
annuum, quam migraret fratribus reuelasset,
liaque plurima prophetico spiritu pronuncia-
set; omnes ad cælestis patriæ amorem indefin-
studio sectandum hortatus est: & sic demum
to Idus Ianuarias placidè in domino obdormi-
uit.

Obitus sui
diem præ-
dicit.

Moritur.

Sacrum illius corpus, multo post tempore
sarcophago barba & capillis integrum inue-
ntum: summa veneratione indè in Italiam trans-
latum est. Nam Odoacer commisso prælio cum
Friderico, Feletpzi regis filio, ut Rugos fra-
expugnauitque incolas residuos Italiam colere
voluit, qui tanti viri corpus, ut tutissimum per-
grinationis suæ ducem elegerunt. Ipso autem
itinere cum ad montem Feletem peruenisset,
mutus quidam firmissima salutis spe de beati-
viri sanctitate concepta ad loculos fidenter
cellis

Miracula
ad locum
eius.

cessit & protinus lingua vinculo suo soluta lau-
des altissimo dixit. Inter hæc Barbaria illustris
foemina, quæ mira erga beatum Seuerinum de-
matione flagrabat, vt primum de corpore eius in
Italiam adducto certior facta est, non destitit im-
portunis literis Marcianum presbyterum solli-
citare, vt cum sacro totius congregationis suæ
coetu, beati corpus in mausoleum suum, in castel-
lo Lucuilano à se cõstructum inferre dignaretur;
Vbi insigni celebritate per manum Victoris Epi-
scopi collocatæ reliquæ beati viri, locum mul-
tis miraculis admodum clarum reddiderunt.

Monasterium autem eodem in loco constructum
& sanctissimis eius meritis consecratum hæc-
nus perseuerat; cuius intercessione multi è da-
monum potestate erepti & corporis & animæ sa-
nitatem consequuti sunt, & consequuntur.

VITA SANCTI LAURENTII, PATRI-
archæ Venetiarum. Ex ea quam Bernardus Iustini-
anus Orator nepos ipsius copiosè conscri-
psit. Claruit Anno Domi-
ni 1410

LAURENTIUS Venetiarum protopatri-
archa nobilissima cum primis familia
quam fama antiquis Venetorum celebrata
monumētis, à Iustiniani posteris defluxisse tenet,
patre Bernardo de Iustiniano: matre verò Quiri-
na natus est. Illum ipso ætatis flore in medio ho-
norum omnium decursu amisit; hæc anno ætatis
quarto supra vigesimum viduata viro, & quinque
liberorum genitrix, reliquam ætatem duxit cæli-
bem: assiduis votis precibusque Deo sociata.
Quin & deliciarum omnium deinceps igna-
ra cilicio & aenea carnem domauit catena-

Monasteriū
S Seuerini
post obitū
eius con-
structum.

Vide Io. Me-
lani annota-
tiones in
martyr. Vsu-
ardi.

s. Ianuarij.
Genus S.
Laurentij
Familia Iu-
stiniana.

Nota sancti-
tate nobilis
matronæ.



vt interim taceam ieiunia & vigilias, quibus
 stabilem viridis iuuentæ formam penitus de-
 nit. In pauperes & egenos mirè benefica; non
 stitit suam sobolem ad idem misericordiarum
 & verbo instruere & exemplo. Hac igitur
 præclara stirpe in lucem prodijt noster hie
 rentius sub finem belli Genuensis; die ipso, quo
 niuersa ciuitas, pro insigni ad Clodiam victoriam
 supplicationibus, & omni genere lætitiæ redolens
 dabat. In ipsa protinùs ætate primæua, vultu
 morum declarauit singularem. Nihil illo
 suauius, nihil decentius. Cum maioribus nam
 benter esse: cum æqualibus facilis: minores
 plecti.

Cæterùm excellenti videbatur animi magni-
 dine, & ad summas res semper intenta. Nihil
 ludicri delectabat, vt solet cæteros iuuenes. sed
 magnas res diuina sapientia rapiebat, ita vt
 quando Quirina mater metuens, ne aliorum
 rumperet ille ardor animi, & mudi honores
 plecteretur plusquam par esset: quin tu, inquit,
 hanc mi fili insaniam, mittis? Infernum sapientia
 superbia. Cui subridens Laurentius, veluti per
 cum, Noli timere, ait, mater: magnum me Dei
 uum adhuc videbis.

Annum erat natus vndeagesimum, eius se-
 cet ætatis, in qua carnis illecebræ incipit
 re solent humanæ vitæ viam. Dominus autem
 sus manum ei adhibere volens, apparuit illi,
 ipse in eo libello, qui fasciculus amoris inscribitur,
 meminit. Ipsi verba subiiciemus; Eram
 stri similis, quærens æstuanti desiderio pacem
 rebus extrinsecis, nec inueniebam. Tandem
 dam virgo sole splendidior mihi apparuit, cui
 nom

nomen ignorabam. Hæc propius accedens, venustulo vultu, placidoque affatu: O iuuenis, inquit, dilecte, cur effundis cor tuum, & pacem sectando per multa variaris? Quod quæris, penes me est; quod concupiscis tibi polliceor: si tamen in sponsam me habere volueris. Quum verò nomen ipsi

Christus illi
apparet.

ait sapientiam Dei esse, quæ propter hominum reformationem, humanam formam suscepit. Assensu igitur, & dato pacis osculo læta discessit.

Hæc igitur visione perculsus, rem detulit ad Marianum Quirinæ matris consobrinum; qui fuit tam vita quam doctrina sanctissimus. Is quanquam magnum aliquid portenderet, & ardentem iuuenem ad somnem altissimæ vitæ rationem intelligeret; perspicere tamen penitus illius animum, & corporis firmitatem experiri maluit. de vestitu nihil mutavit, ne cultus sordidior proderet animi propositum; sed matri nimium amanti secretum esse non potuit.

Nora fratrum
5 adolescentis.

Quæ quum præter suspicionem alias, ligna quædam rudia semper lectum sternere, superque his cubitare filium deprehendisset, (ut est matrum natura mollior) metuens ne filius non satis difficultates religionis intelligeret, induxit in animum tentare illius propositum, & nuptias apparare. Id cum animaduertisset filius, & fratres cum matre coniurare perspiceret, fugam maturavit: atque ad Marinum auunculum se contulit in religionem Canonicorum collegiatorum, qui S. Georgij in Alga nuncupantur. Dicebat autem initio conuersionis proposuisse animo, hinc omnia bona fortunæ, nobilitatem, magistratus, honores, uxorem, liberos, pecuniam, & omnia præterea generis voluptates; illinc in edias, vigilias, æstus, algorem, seruitutem; edisse deinde

Observa
prudentiam
in capessendo
statu religio-
ligioso.

quasi iudicē inter ista, & ab sese ira exegisse. Considera nunc etiam atque etiam Laurenti, quid gas; putas nē hæc perferre poteris, aut illa contemnere? Tum sese ad domini crucem committisse; Tu es Domine spes mea: ibi posuisti certissimum refugium tuum. Sic cōfirmatus animo, licet a matre fratribusque, calcatis præterea opibus & honoribus, & florentis a tatis illecebris, cœlestem militiam profectus est.

Exercitia
corporalia
ad pietatē.

Primum igitur sibi certamen instituit cum corporeis illecebris, cuius viam brevissimam indicavit, si nihil illis molle concederet, sed ipsum gereret quasi cum hoste capitali. Nihil deinde cibi parcitate incredibili, nihil de sitis tolerantia, nihil de vigilijs; tantum eximiam eius patientiam proponam, quæ tanta fuit, ut omnibus naturæ necessitatibus euctis, in plagis verberibusque, quæ sibi dura in manu inferebat, vehementer exultaret. Incidit initio religionis in morbum febularum. His omne collum repletum est. Desperabant medici de iuuenis salute. Vnum remedium dabant, si fetis equinis per transversum collum sæpè deductis corrupti humores educerentur, ut urerentur deinde ferro candenti. Verum timebant ne dolorem ferre non posset. At Laurentius vultu, quo semper erat æquali, Quid dubitatis, ait, fratres? Secet & urat medicus ut libet. Transcussus itaque, & sectus & adustus est. Vbi illud admiratione dignum, quod præter vnam vocem in se semel emissam, ne minimum quidem gemitum edere deinceps auditus sit.

Spiritualia
eius exercitia.

Hæc de corporis attritione & quidem paucis multis; sed veniamus ad animum, ubi plus negotij

tij videtur. Humilitatem, quam ipse cæterarum virtutum reginam appellabat, tanto studio sectabatur, ut nihil nisi de peccatis suis loqui, sua detestari, contemni, ac despici cuperet. Opes & honores contemnere non tantæ virtutis esse existimabat, quam contemptum appetere. Paupertatem tanquam sponsam charissimam amplectebatur. Erat illius constantia, (quod raro solet accidere) mira simul humanitate & veneratione condita. Sermone fuit suavi, breui, & pondere pleno. Fuit illi præcipuus in adolescentia socius, tam genere, quam diuitijs clarus. Is fortè aberat, & in Oriente negotia gerebat, quando Laurentius Dominum Iesum sequutus est. Hoc cum accepisset iuuenis, ignarus quid esset animus diuino spiritu affatus, quantaq; virtute polleret sacrosancta religio, ad monasterium cû citharædis & armato iuuenum globo aduolauit, sceleratè, spe, ut socium ad vomitum prouocaret: aut certè reluctantibus fratribus armata manu, indè educeret. Sed ut in conspectum illius venit ita, animo repente mutatus est, ut moribus Laurentij, vitæque illius consuetudine, nihil iucundius, nihil sibi gratius videretur. Interim Laurentius blando animum illius sermone demulcens effecit, ut iam rerum terrenarum nauis abundus sola cælestia apud cogitationes suas pertractaret factûq; est, ut qui laqueos amico tendere venerat, ipse in casses salutare incidere. Quidam verò religiosæ vitæ socius importunis demonis tentationibus victus ad relicta in sæculo vitæ oblectamēta redire decreuerat: prius tamè Laurētij Cōsiliū exploraturus, decedenti verò Laurētius decoctū aqua lauri ramusculū in orto plantandum tradidit; cū præcepto, ut si quidem reuiresceret, stabili mente in suscepto religionis

gionis proposito persisteret. Defixit ille hunc aridum bacillum, qui paulò post pulchrè fructu descens: aridam pietate fratris istius mentem darguere visus est. Vndè abiectis instabilitatis rotationibus; nouo feruore sacra arma religionis resumpsit.

Claret prophetia spiritus.

Fugit Episcopatum.

Fit Episcopus inuitus.

Cura pauperum.

Porro Laurentius zelo animarum flagrans, ea erat mentis in Deum puritate, ut prophetia spiritu clarissimus miro omnium concors celebraretur. Famæ virtutum minimè oblectum ad aliorum, tum ad Eugenij Romani Pontificis peruenit aures. Qui ilicò animum indignantissimæ Venerorum Reipubl. tam eximia pietate & prudentia virum, pontificali infula decoratum præficere. At ille eiusmodi honorum dignitatum fugibundas, in abditis aliquando locis delituit; binaque vice dictis factisque restitendo, satis superque declarauit, quanto amorem humilem monasticæ vitæ conditionem, istis honorum titulis præferret. Sed patrum sententia adactus, & ipsius Eugenij secundis litteris impulsus, pontificatum iniit, ætatis suæ anno quinquagesimo. Inijt, inquam, nulla pompa, comitatu ministrorum nullo; nam toto pontificatus tempore, quod trium & viginti annorum fuit, quinquaginta famulis contentus fuit; quanquam grandis militiæ cura, vehementer se premi dicere solebat; Christi pauperes videlicet intelligens: quorum illi assidua sub pectore sollicitudo vivebat.

Inter cætera autem Dei donâ, hæc minimè illud quod sui semper similes, alios quoscunque ad se accedentes vera lætitia exhilaratos dimittit: ac nulli omnino occasione querularum relicta, omnibus satisfaceret. Hinc mali æquè ac boni faci-

facinorosi ac modesti, summo eum studio colebant. Erat totus corporis habitus tanta modestia ac suavitate compositus, vt omnium animos in sui amorem raperet; Initiò Pontificatus decretum addiderat de mulierum ornatu, vxorij maritis vehementer ingratum. Vnde Dux ipse Venetiarum, libertati seculari metuens, indignabundus eum accersit, verbisque durioribus increpitum compescere voluit. At Laurentius pro insita grauitate ac mansuetudine, tale responsum dedit, vt Dux lacrymis infusus ad astantes diceret; Angelus non homo locutus est. Fungere Pater tuo officio. Vicit ille multorum malitiam, extinxitque inuidiam; cuius sanè expers non fuit. Inter alios fuit quidam p̄sul haud infimæ auctoritatis, qui vxorij eum quotidie onerabat calumnijs. Vtque diutius inuidiæ suæ fructu tandem potiretur, conuentum indixit virorum sanè doctrina & dignitate præstantium, specioso quidem nomine, vt quæstiones Theologicæ de more ventilentur, re autem vera, vt decretum Laurentij de sumptu & ornatu mulierum subuerteret; ac virum sanctum omnium odijs inuolueret. Et quidem illo in conuentu, multis innocentem contumelijs incessit, perfrinxitque, acerbè; vt Laurentius placidissimo animo omnia accipiens, ardentibus charitatis Christianæ iaculis eum rursus petebat; illi interdum subiungens: Dominus Iesus, cuius negotium agitur, ipse aderit honori suo:

Humanitas
& modestia
eius.

Mansuetudo & patientia eius.

Hinc euenit, vt quo magis æmulorum præmeretur inuidia, tanto bonorum omnium fauore sublimius extolleretur. Nicolaus quintus Pontifex Romanus sola virtutum fama commotus, Venetis eum Patriarcham dedit. Defuncto siqui-

K 5 dem

dem Gradensi patriarchatum à Grado, nobis quondam vrbe Venetias transtulit: idque necognita nec postulata Senatus voluntate quippe non minus ciuitatem de facto, quam homines exornare cuperet.

Sententia
eius memorabilis.

Sed quia mores & actiones illius hætenus à qua ex parte profecuti sumus, subijciemus etiam de dictis aliqua memoratu digna. Dicebat. In monacho cælestis patriæ desiderium, nullius rei cupiditate retardari debere. Eorum autem proposita, qui nomina sua religioni darent, acri admodum iudicio esse pèsanda, ne dum ineptus suscipitur ab eo aptus corrumpatur. Rigiditatem monasticæ vitæ in copioso numero diu saluam consistere non posse, Raram siquidem esse perfectionem Paupertatis donum, quantum esset neminè nisi qui secreto cubiculo & contemplatione delectaretur. Consultò Deo gratiam religionis hominibus occultasse; Nam si cognosceretur illius fœlicitas, omnes ad eam concurrerent. Neminem benè scire quid esset humilitas: In nullo enim tam falli homines, quam in vera humilitate cognoscenda. Veram scientiam esse scire hæc dicit Deum esse omnia, & se nihil. Sæpe monebat, nequam amittendam de Deo fiduciam. Illam esse, qua animæ vita consisteret. Diuitem dicebat non posse saluari, nisi per eleemosynâ. Tanto facilius esse munus Imperatoris aut Ducis, quam Episcopi; quanto difficilius esset quæ non videas regere, quam quæ videas.

Cum de rectoribus ciuitatum secularibus loqueretur, quasi illorum laboribus condolens, non sine clementia Dei fieri putabat, vt virtutis comes esset gloria, & quasi laborum, curarumque delinimentum aliquod. Tantisper autem gloria cupi-

cupiditate ignoscendam, dum virtutem velut ancilla sequeretur, non autem quasi domina preccederet. Orationes eius apud diuinam clementiam magnum sanè pondus habuerunt; cuius rei certissimum exemplum proferam:

Orationum
eius effica-
cia.

Est propè Corcyram locus asper & incultus, ubi vir eremita triginta & amplius annos, vitæ abstinentia, & orationibus: & quod primum ferebatur, prophetiæ spiritu insignis agebat. Gerebat fortè Corcyræ negotium vir Venetus, iam generè quam moribus præstans flagrantebello, quod cum Philippo Mediolani Duce gerebatur, & afflictiores viderentur esse res Venetæ, adijt virum Dei rogauitque, nunquid Veneta Respublica, vt ferebatur, deplorata esset. Ad quem Eremita; Commotus est furor Domini inquit, contra vos, qui verbum Domini proiecistis, Et nisi Pontificis vestri lachrymæ interpellerent pro vobis, iam dudum quasi Sodoma perisset.

Tale de Laurentio tēstimonium retulit eremita in medijs Corcyræ rupibus & speluncis, Cui non solum Laurentius, sed omnes ferè mortales incogniti erant & inauditi.

Agebat annum quartum supra septuagesimum corpore quidem imbecillo & tenui, sensibus autem integris & merè vigentibus. Ingrauescens siquidem ætas, inedia, vigilia, algorisque ab ipsa adolescentia susceptis incommodis, totum corpus attriuerat. Cumque iam iam æternæ vitæ iter capeffere videretur, sermonem habuit de mortis vtilitate ac cælesti vita mira quodam sensu ac grauitate verborum. Erat ei charissimus in Christo filius, Marcellus nomine, clarus ge-
nere

Prædicat
bitum Mar
celli.
Alia pro
phetia.

nere, sed vita clarior; vir bonus & iustus. Laurentium autem tanto amore complectebatur, ut negaret sibi quicquam in vita sine illo iucundum futurum, Cui Laurentius: Marcelle, inquit, mihi est quod de meo discessu crucieris. Ego quidem præcedo, tu verò hoc paschate meis in cælo fructus amplexibus. Hoc verbo lætior Marcellus & tristis factus, initio quadragesimæ acri febre correptus, in paschate, ut prædixerat, ad sepulturam elatus est, Dilectissimo autem filio suo Hieronymo graviter laboranti, salutem & prædixit reddidit. Nam cum omni medicorum spe deperitus pro mortuo haberetur, mater autem & sorores, unicam adhuc sanitatis spem in sancti viri orationibus constitutam haberent, iussit vir Deus eas nihil sollicitas esse: se namque à Deo salutem filio impetrasse.

Reddit spi
ritum.

Cùm autem Laurentius longiori corporis infirmitate oppressus iter sibi instare manifesto intelligeret, multa verborum suavitate omnibus sempiternam salutem imprecatus, inter dulcissimas Angelorū voces, spiritum Deo tradidit. Tūc ingens populi multitudo cofluxit miro sanctitatis sui visendi studio; statimque eis inter canonicos & fratres S. Georgij oborta, quinam tantum viri reliquijs fruerentur. Hi cum ex præcepto patris sui repeterent, quod mandauerat de loco sepulturæ, illi sacros canones afferrent, ut prælati in proprijs ecclesijs sepelirentur, neque semper defunctorum ordinationibus parendum, ex Marcelli Pontificis exemplo probarent: corpus in ecclesiæ sacrario reponitur litis euentum expectaturum. Et eccè ad omnem de viri meritis & sanctitate dubitanti occasionem tollendam, suo in

Insigne mi
gæculum.

vigore diebus 67. integrum & incorruptum permansit ut biduo post, rubescentibus genis viuis per membra sanguis conspiceretur. Tum verò & admiratio, & stupor & clamores. Itaque litigantium alij instantius sacrum pignus efflagitant, alij diligentiore custodiam adhibent. Sed tota ciuitas tantę rei miraculo mota, dare operam voluit, ne eiusmodi ornamento, vel primi, scilicet, vel sanctissimi patriarchę reliquijs, patriarchalis ecclesia spoliaretur. Quę autem miracula deinceps acciderint, quęque accidant quotidie ad eius sepulchrum, cum omnem scribendi facultatę multitudine & præstantia superent, ea non aggregari potest esse existimari.

Cteberrima miracula ad Sepulchrum eius.

MARTYRIVM S. MARCIANÆ VIRGINIS quod subiit in Casaria Mauritania, Anno domini 302. Marcelli papę 6. Dioclet. & Maxi. Imp. 19. Ex vetustis M. S. Codicibus quibus respondent Tertullianus in Apologetico in gentiles Petrus de Natal. & Vincent. in Specul.

Vide C. Bas. Not. in max. tyr. Rom. Item Tom. 2. Annal.

BEATA Virgo Marciana, & generis dignitate & corporis specie in primis inclita, facibus æternę glorię mirabiliter incensa, spreta mundi huius pompa, contemptisque diuitijs, ut plurimum solitaria, de virtutis pulchritudine & Christi regno philosophabatur. Cũ vero die quodam Casareensem ingressa urbem, Dianę simulachrum omni populo venerandum contemplaret propositum: zelo diuini cultus inflammata statuem deiecit, & virili quodam ausu pedibus contriuit. Accurrit ilico plebs insana Dę suę superstitione ebria, obuijs, quę sors dabat, armis instructa

9. Ianuarij.

Conterit Dianę simulachrum.

**Prostituitur
Lenonibus.**

structa eamq; crudeliter cædentes, semianime
ad prætorij atrium protraxerat. Ibi verò Iude
dæmonis propugnator miserrimus, lenonibus
prostituendam exhibet. Illa quidem Christi po
tentia confisa, exultans ad Lupanar processit. In
terea ingruentibus noctis tenebris gladiator in
eam irruit, sed diuina virtute repulsus, concepti
animo scelus pudibundus detestatus est. Secundo
dein & tertio alijs violanda est tradita, sed diu
no sulca præsidio, castissima semper intacta per
mansit.

**Manet in
tacta diuina
ope.**

**Obijcitur
Leoni qui
ei blanditur**

Quo quidem miraculo Præsidis impietas, non
modo non concidit, sed nouo quoque scelere co
mulata, virginem ferocissimo Leoni obiecit. At
fera impijs dæmonum cultoribus humanior, vir
ginis plagas lingere, & collo caudaque blandien
te obsequium exhibere non destitit. Quare popu
lo stupente & libertatem virgini immenso cla
more postulante, Iudæus quidam Burdarius no
mine, princeps Synagogæ, vna cū filijs, Iudici sug
gessit, vt taurum in virginem demitteret. Iudei
Marcianæ interitum exoptans, non modo taurum
sed & Leopardum immani feritate produxit, qui
vno impetu sanctissimæ virginis animam excu
sit, verum haud impune impio Iudæo confisum
hoc cecidit. Nam domus eius cum incolis vniuer
sis cælesti igne conflagrauit, posterisque
hoc diuini iudicij monumentum re
liquit, quod nullis artibus vel
sumptibus exusta domus
restaurari po
tuit.

**Iudæus Ar
chilynago
gus impijs
simus.**

MARTIRIVM S. IVLIANI AC SOCIO-
rum, & vita Basiliffa virginis, coniugis eius, ex Me-
taphrafte. Coronati autem sunt Anno domini 311.
Eusebij 3. sub Maximino in Oriente regnante.
Anno (iuxta Eusebium) persecutionis de-
cimo, per Diocletianum ex-
citata.

Vide Caf.
Baro in No-
tat. marty-
Rom.
Tom. 1. Aa.

BEATVS Iulianus, claris admodum natali-
bus ortus, vnicum idque charissimum pa-
rentum suorum pignus, cum esset maxima-
rum artium disciplinis optimè institutus, & præ-
stantis ingenij eruditione, aditum sibi ad omnes
mundi honores aperuisset, diuino impulsus spi-
ritu, facile mundi ludibria, pro nihilo reputauit:
& vestigijs sanctorum assiduo insistens, veros ho-
nores, verasque voluptates affecutus est.

9. Ianuarij.
Genus Iuliani.

Erat ei frequens ad sanctorum limina excursus,
dumque attentius ibidem preces funderet, sum-
ma sibi ope semper enitendum putabat, vt aliqua
virtutum earum; quibus illi sancti in vita præci-
pue claruerant, exempla in se exprimeret. Hoc
tam insigni pietatis studio parentes eius vehemè-
tèr delectati, consilium inierunt, vt filium suum
iustus & sanctis matrimonij legibus astringerent,
ne eximius ille & planè diuinus spiritus, quem
corpore inclusum gerebat, illius tantum ætate
contineretur, sed eum in aliquem corporis sui fi-
lium transfunderet, quamuis enim non semper
filij præclarâ parentum indolem imitentur,
magnam tamen in Dei bonitate spem repositam
habebant, vt patris pietate præditus nasceretur,
quem perpetuo diuino cultui consecrare decre-
uerant.

Sanctorum
sepulchra
visitat.

Assi.

Virginitatē
suā septem
dierum pre-
cibus Deo
cōmendat.

Affiduis itaque monitis parentum victus Iu-
nus, parentibus tale responsum dedit; Se quibus
optimorum parentum consilium absque ingratum
animi scelere aspernari non posse, hoc tamen
num orare & obsecrare, ut septem dierum spa-
um cum Deo communicandi concedere dige-
rentur, actum demum quod diuina bonitas lau-
rare videbitur, prompto alacrique animo des-
cturum. Annuerunt faciles huic petitioni, & Iu-
quidem postquam multis virginitatem suam pre-
cibus Deo commendauerat, septima tandem
cte instante, Dominus ipse præsens adfuit, & m-
ta verborum suauitate seruum suum, consolans
Nihil, inquit, dubita castam coniugem assumere
Ego enim vos diuino munere ab omni carnis
tatis corona in cælis donabo. Pergite modo & con-
tulantia immunes seruabo, & clarissima virgini-
lestis virtutis exemplo, ad similem virtutis glori-
riam plurimos, excitate.

Virgo ei de-
sponsatur.

Hac Dei virtute mirifice confortatus adob-
cens, prodijt è cubiculo, & vultus sui hilaritate
parentes ab omni tristitia ad gaudium inuitauit.
Tum ait: Agite parètes optimi, Consilium vestrum
Dei nutu comprobatum, toto animo amplecti.
Hoc responso incredibili gaudio elati, virginitatem
cum moribus & generis nobilitate insignem, ac
diuitijs præstantem, parentibus suis vnica. Ba-
lissam nomine maxima celebritate, cum incredi-
bili cognatorum omnium gaudio, iuueni despon-
derūt. Cumq; omnia canticis & tripudijs per-
narent, nihilque non esset, quod animos eorum
ad imtèperantiæ illecebras prouocaret, Iulianus
tacito corde victoriam libidinis à Domino im-
plorabat. Et Thalamum animo securo ingressus
virginem casto admodum amore amplexatus est.

A medio
pro virgini-
tate confer-
uāda Deum
orat.

affiduisque Deum precibus inuocans, tanta re-
pentè suauissimi odoris fragrantia thalami locū
impleuit, vt virginis animus ab omni carnis vo-
luptate subito auersus, nihil præter cælestes de-
licias appeteret. Tūm conuersa ad Iulianum, mi
sponse, inquit, suauissime, Nescio planè quænam
odoris suauitas, quam ego præter omnem terti-
poris rationem hic percipio, me penitus ab omni
libidine auocat. Cui Iulianus hic odor non tem-
poris, sed Christi castitatem amanti opus est; qui
ab impuro carnis amore ad castissimum sui amo-
rem hac odoris suauitate nos inuitat, quare si me-
cum, o Basilissa, carnis cupiditate compressa, illi
tota mente seruire velis; tale tertò præmium cō-
sequemur, quale nō dico verbis exprimi, sed nul-
la mentis cogitatione comprehendere potest. Ad
hæc Basilissa: Certè mi Iuliane, etsi nihil aliud fo-
ret, præcis voluptatis oblatio, ea sola nos om-
nè carnis voluptatē facillè repudiare compellit.

Basilissa pu-
sitati cor-
poris liben-
ter consen-
tit.

Ora sãctus
in solo pro-
stratus.

Animarum
saluti incũ-
bunt.

Iulianus hoc proposito sponsæ suæ, incredibili
gaudio perfusus, statim corpore in terram pro-
strato, diuinæ bonitati immensas gratis egit; quæ
simili humilitatis officio, Basilissa protinus imi-
tata præ gaudio lachrymas continere non potu-
it. Tandem noua Christi præsentia mentes eorum
ad constantiam egregiè confirmatæ, consiliū in-
ter se inierunt, quomodo grati animi significatio-
nem pro tam præclaro beneficio, Christo decla-
rarent. Post multa consilia visum est, nihil Deo
gratius esse, nihil quæ à se præclarius ad sempiter-
nam gloriam suscipi posse, quàm vt sua ipsorum
salute; iam quodammodo stabilita, animarum
precioso Christi sanguine redemptarum curam
susciperent. Nèc segniter rem aggrediuntur, sed
partibus vnicuique suis distributis; hic viros, illa

L multi-

Iulianus
Abbas com-
plurimū mo-
nachorum.

Basilissa
valde solli-
cita est pro
suis virgi-
nibus.

S. Basilisse
obitus.

mulieres & virgines, incenso pietatis studio
virtutis amorem & Christi fidem adducit. Tam
autem dexterrate in hoc officio versati sunt, ut
Iulianus decem monachorum millia Christo
signis militantia haberet: nec minori virginum
numero Basilissa illustris esset. Hos autem omnes
sacris monasteriorum septis, quæ suis sumptibus
edificauerant, inclusos habebant.

Interea hisce temporibus persecutionis furor
vehementer crescebat, ad eum ut Christianorum
nemo tuto loco consisteret, cuius rei gratia Iulianus
& Basilissa cum sacro suorum cætu nocturnis
etque ardentiori pietatis studio incumbere
Basilissa verò in somnis à Deo de coniugis
martyrio admonita, eum ad certamen fortis
uictio animo subeundum admonuit; multo
magis de commisso sibi grege sollicita, assidue
Deum pro earum in fide constantia precata est.
Cumque insigni oratione cum lachrymis oratione
ad virtutis studium ardentius sectandum hortata
fuiisset, locus ille in quo consistebant, intremuit
& mox columnam igneo fulgore cum crucis
signo, his verbis insignitam aspexit: Basilissa per
ut cepisti. Sacer ille virginum chorus tuæ pietatis
commisus oculis meis gratissimus est: nec aliquando
earum mentem scelere oppressam gerit; quam
viriliter agite, ego vos perpetuo immortalitate
munere donabo. Hac visione Basilissa incredi-
bili gaudio elata, cum se totam diuinarum re-
rum contemplationi tradidisset leni morbo
oppressa ad Deum migravit. Quam merito Iu-
tus Iulianus sepulchri honore persecutus est
sacrisque vigilijs memoriam eius assidue re-
coluit, & ipse denique tam excellenti pietatis
virtutumque omnium splendore effulget.

vt Mar

vt Martianus, præses audita viri fama, haud mediocriter incandesceret. Assessorem autem suum destinavit, cum electa procerum manu, vt eum ad Imperatorum obedientiam, cultumq; horrentur deorum. Aduenit Assessor, quia verò Iulianus propter natalium suorum claritatem summo ab omnibus honore colebatur, prima fronte multum ei detulit: verbisq; honorificis Martiani mandatum exposuit. Erat tunc cum Iuliano haud exigua sacerdotum & diaconorum turba, qui mortis terrore impauidi tyranni minas minimè formidabant. Itaque cælestis agonotheta sua suorumque voce Assessori respondit: Christianorum mentes à vera fide & Christi cultu, ad demonum cultum ne utiquam deficere consueuissent. Interrogante autè Assessore, num episcopi & clerus, quos sibi aggregauerat, eius disciplina imbuerentur: respondit martyr; non discipulos eos, sed patres esse quorum opera Deo geniti essent. His dictis, Assessor, visa viri constantia, Martiano cuncta ex ordine retulit, qui præcipiti, furore, adunatam sanctorum multitudinè, solo Iuliano carceri re-feruato, subiectis ignibus cremari iussit. Factum vt imperatum; & omnibus flammaram voracitate absorptis, Iulianus ad celebre certamen, carceri mancipatus, Nec diu quieuerat, inquieta mente tyrannus. Altera luce è tenebris & squalore ad iudicium iniquitatis, agonotheta cum produceretur, ciuitas omnis in populum effusa, mira densitate eum insegura fuit.

Ardebant enim omnes incredibili amore viri cuius benevolentiam multis signis testatam habebant. Tunc Præses latentem sub pectore irâ, vultu severo, & voci terribili expromere orsus, Itanè, inquit, tu Iuliane, Deorù nostrorù contem-

L 2

ptor

Socij Iuliani viui comburantur.

Iulianus tribunali sistitur.

Egregium
S. martyris
responsum.

ptor, magicis tuis artibus plebem in scelera
 communionem pertrahere non vereris. Iulianus
 nihil omnino adhuc. Tum rursus Martianus
 deo te sceleribus tuis oppressum, responsum re-
 dere non posse. At Iulianus vultu toto ad gratiam
 & lenitiam composito, Ego, inquit, sceleribus
 nullis affinis sum, nec vllum cum impietate con-
 mercium habeo, ideoq; nec te, qui tortus ex fra-
 de & mendacio compositus es, responso nobis
 dignum iudico. Ego sanctissimas summi & sem-
 piterni regis leges obseruo, vt illi placeam
 mibi viram hanc largitus est, & ab aeterna morte
 morte liberauit; nec iniquam homini & Imperatorum
 grauissimamque Dei mei offensionem incidas.
 Tu sprete contemptraque aeterni regis lege, flagi-
 tium flagitio cumulas, & ne in leuissimam mor-
 turi hominis inuidiam incurras: in sempiternam
 aeterni Dei offensionem miser incurrere non
 vereris. Tu supplicium, quod ad tempus est, exar-
 cis, supplicium vero impijs & sceleratis in
 ni saeculorum aeternitate constitutum: miseram
 mentis caecitate percussus negligis, Ego vt sempiternas
 illas poenas euadam: nullum in hac
 supplicium recuso. Quid, inquit Martianus, tu
 miserum, tu caecum, tu sceleratum appellas? Ca-
 te, inquit Iulianus, & caecum & miserum & ex-
 ma seruitute oppressum, quamdiu Christi gra-
 veritatis lumen affecutus non es, nec in libera-
 restitutus, appellabo.

Martianus
hoitatur
carnifices
a tineren-
da suppli-
cia.

Martianus hac martyris voce vehemen-
 ter, & Christicolam hunc omni suppliciorum
 nere excarnificate, & illam vocis libertatem
 stibus & flagris compescite. Nec mora ad sum-
 cot.

tores; cumque geminatis ictibus martyris constantiam fatigare conarentur, vnus ex presidis familiaribus altero oculo priuatus est. Hoc spectaculo praeses grauius commotus, frendens gementisque beatum Iulianum & scelestum magum, altero quoque verbo appellabat. Cui Iulianus; Depone paulisper animi feritatem ò Martiane, & placide, quae propono accipito. Vides hunc miserum scelere suo altarum lumen amisisse; nunc igitur, si ea est deorum tuorum quam praedicas virtus, iube Pontifices & Sacerdotes nefandorum deorum precibus suis lumen amissum restituere. Cum verò manifesto cognoueris, deorum tuorum virtutem nullam esse, ego virtute Domini mei Iesu Christi efficiam, quod illi minime praestare possunt.

Hac conditionis æquitate conuictus Praeses, vota fieri, & preces surdis lapidibus multiplicari iussit. Sed cum simulachra, Iuliani vero Deo supplicantis virtutem sustinere non possent, in puluere redacta sunt: & daemones suam ipsorum miseriam horrendis clamoribus testati; Quomodo inquit, nos sempiternis tenebris inclusi, lumen quod non habemus, ecce praestare possumus; Pontifices quauis hac deorum ruina grauius perculsi, Praesidi tamen eam nunciare ausi non fuere; sed, vbi ex Iuliano res totam intellexit, furorē contulit, & conuersus ad Iulianum: Tu quidē, ò sceleste, inquit, magicis tuis artibus deorum nostrorum patientiam irritasti, qui pro sua in te clementia, poenās tanto scelere condignas irrogare differunt: vt ad saniorē aliquando te mentem reducant. Nunc Christi tui virtutem ostende, & oculum quem admodum promisisti, amico nostro restitue. Sed vt omnem vim fraudis dissoluam, & magicarum artium

Simulachra
corruunt vt
orationis S.
Iuliani: &
daemones
confitentur
veritatem.

Fœtor lotij
in gratiffi-
mum muta-
tur odorẽ.

artium virtutem extingua[m], lotio te perfundis
beo. Fac, inquit Iulianus, quod libet, nunquam
nim Dei omnipotentis virtutem superare poteris.
Hæc ubi dixit, lotio totum eius corpus perfu-
sum est; quod statim teterrimo fœtore amiffis
suaviffimum balsami odorem spiravit; & mo-
Iulianus sanctiffimo crucis signo, extinctum
men restituit. Martianus verò tanta virtute
motus, nono furore exandescere, supplicia re-
uare, carnificum tarditatẽ increpare; denique
Iulium ipsum qui à beato Iuliano cum corporis
mine, lucem animæ, ac donum Christianæ fidei
acceperat, gladio interimere: Iulianum verò gra-
catenarum pondere oneratum, sub prætoris
voce per omnes plateas deducere iubet.

Filius Præ-
fidis mira-
bili specta-
culo ad
Christum
cõuertitur.

Interea Præfidis filius, qui puer adhuc litte-
rimcumbebat, vidit fortè S. martyrem hoc com-
meliarum genere illufum incedere; qui motu
ingenti admiratione ad condiscipulos, quid, ego
inquit video? Ecce reum illum Christianum à mi-
litibus quidem illufum, à circumfusa candido-
rum multitudine mirabili gloria fulgentem. Co-
ronaque auro & lapidibus preciosis intertextum
venerandum caput eius ornatum, & omnipotes-
tis Dei dextera protectum cerno. quare cernis
mihi deliberatumque est, ad eius pariter con-
fessionem accedere. quid enim est in hac vita bene-
quid mihi opes, quid falsi huius mundi honore
conferent? His dictis, puer quanta potuit celeritate
per mediam tortorum turbam, ad Iulianum
eucurrit; & magno animi ardore pedibus eius
prostratus, & sacra eius vulnera exosculatus.
inquit, ô pater mi, te desidero, te amplector.
verum genitorem meum agnosco. Et satellitibus
ite inquit, & hæc parentibus meis, quæ vidisti
nuncia

nunciate. Dicite me alijs in terris patrem, præter Iulianum, neminem agnoscere. Fit ingens in populo murmur & concursus; donec fama ad aures patris matrisque peruenit. Ibi continuò planctus & lachrymæ cum lugubri eiulatu, & voces irarû in Iulianum & minarum plenæ.

Nec mora. vocatur vterque in conspectum Præsidis, qui nullis omninò, vel blanditijs vel minis à Christi confessione auocandos cum cerne- ret, iussit eos in tetrum squalidumque carcerem detrudi, sed Christus, qui milieibus suis nusquam deerat, tenebras in lucem clarissimam, & graueo- lentiam carceris in suauissimum odorem con- uertit. Tum satellites, qui numero viginti erant, ab horrenda mentis caligine ad lucem conuersi, pedibus se Iuliani prostrauerunt, & scelerum su- orum veniam petentes, Christo omnia dederunt. Hinc noua Iuliano & Celso puero lætitia. Præsi- dî verò maior indignatio orta est.

Iulianus autem vt nouellos Christi tyrones sa- cro sancto lauacro expiaret, & contra tyranni ra- biem inuictos redderet, intenso orationis studio laborabat; Nec defuit nouo martyris orationi mi- raculo benignus & clemens Dominus.

Erat eadem in ciuitate Antiochiæ vir religio- nis Christianæ sanctitate admodum insignis, qui propter generis claritatem, quod ex Carini Im- peratoris familia trahebat, à Diocletiano & Maximiano ante tempus persecutionis benignè admodum habitus, Christi sacris libere operam dabat. Huic raræ fidei ac singularis pudicitæ sce- mina quinto partus stipèdio familiã fūdauerat, q̄ patris exēplo in studio pietatis eximia exercita- ta, Dei bonitatē assiduis laudibus concelebrabat.

L 4 Ab obi-

Iulianus
carceri mī-
cipatur cū
filio Præ-
sidis.

Viginti
milites
Christo
credunt.

Septem fili-
orum, nobi-
lissimi viri
eximia pie-
tas.

Ab obitu verò pij genitoris, insigni eruditione pietate presbyterum sibi assciuit, cuius ductu in villo errore, aternæ vitæ viam ambulare possent huic igitur familię, pro consuetudine diuinarum rerum contemplationi, nocte quadam, intentus hospitor apparuit, mandās vt Celsum puerum & milites viginti in carcere catechumenos, facti baptisinate abluendos curarēt. Illi mandato obsecres, ad carceris fores contenderunt, quibus angustis ministerio protinus apertis, in mutuos amplexus ruentes, vna omnes voce in Dei laudes preceperunt. Hęc vt vario ad Martianum rumore venire: ipse vix mentis compos furibundus ad Imperatorem cucurrit, crudelitatis suę auxilium imploraturus. Ille nefandis huiusmodi auxiliis impeditus, consilium dedit, vt singulorum corpora vasis inclusa, pice bitumine, & sulphure exurere. Non defuit sathanico officio Præses, sed altera de sanctis suo tribunali oblatis, nouum hoc & inauditum supplicij genus proposuit, nř illico a sua professione resilirent: mentemque mutarent. Iulianus tyranno respondens: Mens, inquit, post summo Imperatori Christo bonorum omnium communione & indissolubili amoris vinculo sociata est, nec potest vllis minis vel supplicijs constantia dimoueri.

Eximia constantia eius.

Hęc vbi dicuntur, corpus exanime fortè sepultura mandandum defertur, quod Præses nulli mente, nulla ratione reduci iussit, & ego inquit ad martyres, multa de Christi vestri virtute, quos mortuos ad vitā reuocauit, audiui. Nunc igitur qua fides dictis adhibenda, magistri vestri virtutē, de qua tāto perē gloriāmini, ostēdite. Cui Iulianus: Dic mihi ò homo, extrema cœcitate miser

quidnam gratissimum lucidissimumque hoc so-
 lis in bar homini oculorum lippitudine labo-
 ranti contulerit? At Martianus, Mitte, inquit, ina-
 nia verba, & factis virtutem declara. Tum Iulia-
 nus, quamvis infidelitas tua hoc minimè mereat-
 ur, tamen quia tempus hoc postulare videtur, *Suscitatus*
 Christi Domini mei virtutem manifestabo. & sta-
 tim defixis in cælum oculis, cum summa spiritus *mortuum*
 attentione horæ vniqs spatio orauit, & oratione *S. Iulianus.*
 expleta, Tibi dico, conuersus ad corpus, ait terra
 arida, in eius nomine qui quadriduanum suscita-
 uit, surge. Qui ad martyris vocem protinus sur-
 gens, ingenti clamore & luctu, omnibus scelera-
 torum hominum supplicia narrare cœpit. Hunc
 Martianus, ne conferta hominum turba rei mag-
 nitudine stupefacta ad arma concurreret, carceri
 similiter mancipari iussit; quem Iulianus à perfidi-
 a scelere baptisimi gratia expiatum, fidelium *Suscitatus*
 cœtui aggregauit. *mortuum*

Altera de in luce, horrenda supplicia, triginta
 nimirum vasa & vnum pice & sulphure plena per
 ordinem collocantur; Ad quæ martyres læto ad-
 modum vultu, Deo psallentes properabant. Quæ
 res animos omnium, qui aderant, ad misericor-
 diam & lachrymas ciebat. Quanto enim alacri-
 ores eos cernebant, tantò eo supplicio minus dig-
 nos iudicabant. Celsi verò pater & mater, conscis-
 sis vestibus, & vultu lachrymis miserabiliter op-
 plecto, orare & obsecrare, vt ab horrendo mortis
 supplicio se eriperet. quibus tanta animi magni-
 tudine Celsus respondit, vt facilè appareret, eum
 nulla pro Christi nomine supplicia exhorre-
 re, igitur filij sui constantia parentes, cum hor-
 rendo ciulatu domum accelerarunt, ne triste spe-
 ctaculum crudelibus oculis aspicere cogerentur.

L. 5

Igitur

**Iulianus &
Celsus, cum
alij 29. igni
traduntur:
sed minimè
læduantur.**

Igitur assessor Præfidis, cui hoc munus deman-
tum erat, depositis in sulphure & pice marty-
bus, ingentem vim ignis subministrari iussit.
flamma triginta cubitis excelsior, horrenda
fumi caligo ita martyres inuoluit, ut eos omni
conspectui præriperet; donec igne planè con-
sumpto, sacra eorum corpora nouam pulchritudi-
speciem exhiberent. Clamor tunc & ingens ex-
ta lætitia; multi que ad Præfidis ædes, filij salutes
gratulaturi conuolârunt. Accurrere ilico pare-
tes, & nouo decore filij sanè stupefacti, noui deo-
ris auctorem attendere noluerunt: magis om-
nia artibus, scelerata planè mente ascribere.
Victus verò paterno amore Martianus: Fili mi
quit, miserere, quæso, matris tuæ, quæ acerbissimè
tui dolore cruciatur: & te & illam à crudeli mor-
tis periculo libera. Libens ego, respondit Celsus
eius miserebor, & ab omni mortis angustia liber-
rabo, si eius mihi copiam, omnibus exclusis, ser-
ris, quò liberius sermonem cum ea serere queam.
Concessit alacriter Præfes; & mater ad marty-
in custodiam admissa; quam sancti maximo cari-
ritatis officio excipientes, Deo commendarunt.
multis cum ardenti pietate precibus pro salute
ius fuis, ad clarissimum veritatis, fideique lum-
traxerunt; omnibusque quæ ad animi expiationem
pertinebant, eximio religionis studio peractis
uictam contra suppliciorum pœnarumque om-
nium timorem reddiderunt. Qua re plenus amor
tiæ & furoris Præfes, 20. milites, qui cum Iuliano
fidei certamen sustinebant, gladio feriri, septem
verò fratres ignis supplicio tradi præcepit; Iulian-
num autem cum Antonio presbytero, & Celsus
cum matre in templum Iouis ingredi. vbi multo
verborum lenocinijs, ad sacrificium falso scelerato

**Celsi mater
ad Christum
conuertitur**

**20. milites
& 7. fratres
perimuntur.**

ratoque numini offerendum, eos inducere conatus est. Sancti minimè recularunt, Deo suo æterno & vero sacrificaturi templum ingredi. Præses autem errore deceptus, maximo sumptuum apparatu sacrificia parabat, Tunc sancti fixis in terram genibus, signo se crucis munierunt, & quæ potissimum numina adorari vellet, Præsidem interrogarunt. Omnia, inquit, quæ hic oculis tuis miro fulgore subiecta vides pari honore prolequere; sunt enim & gloria & potestate æquales. Fiet, inquit Iulianus, ut mandasti. Vix gloriosus agnothetra orationem, quam omnipotenti Deo fundebat, compleuerat; cum subito simulachra cuncta collisa, & delubrum horribili fragore collapsum, mille sacerdotes, qui impijs sacris intenti erant, cum ingenti Paganorum turba oppressit, & loco ipso à deuorante flamma vastato, hoc est, inquit, Iulianus, sacrificiū, ò Præses, quod dijs vestris Christi fideles immolare soleant. Ingemuit Martianus, omnique suppliciorum genere excogitato, præcepit ministris, ut manuum & pedum digitos, licinijs oleo madentibus colligēt, ignemque supponant; sed nequissimis conatibus in nihilum recidentibus, Iuliano & Celso cutem capillis auelli, Antonio verò presbytero, & Anastasio, qui resuscitatus fuerat, oculos vncis ferreis crudelem in modum effodi iussit. Marionillam autem, matrem pueri, quam Dominus crudelibus impari tormentis nouerat, ita ab omni supplicio præseruauit, ut quoties crudeles in eam manus carmifices mittere tentarēt, mēbrorū omniū languore & dolore oppressi desisterēt. Alios autē Dominus præsentis sanitatis beneficio affectos, nouo insuper corporum decore illustrauit.

Quid fieret postremò sceleratus Præses? Videbat omnes impietatis conatus, inuicta marty-

Templum
corruit fan-
ditus, cum si-
mulachris
dæmonum.

Iuliani &
Celsi Anto-
nijitem &
Anastasi
cruciatos.
Mari onilla
mater Celsi
diuina vir-
tute à penis
præserua-
tur.

rum constantia frangi: & tamen ardebat inco-
bili vindictæ cupiditate. Tandem illi in mentem
venit, certamen cum feris instituere, ut sic aliq-
do victi martyres, ferarum moribus interirent
at feræ summa mansuetudine sanctorum pel-
lingeant. Frensens igitur gemensq; Marti-
anus Heu me miserum, inquit, viuis, vidensque per
gladio hos perimite, & me longa miseria libe-
te. Tunc sancti martyres immensas omnipotentis
Deo gratias pro certamine foeliciter peradu-
gentes, gladio consummati sunt.

Gladio con-
summantur.

Mox verò cælum & terra, vindictam de mar-
tyrum sanguine expetere visa sunt; nam & terra
uitatis pars ingenti terræ motu quassata, & vana
sa idola contrita, & non minima infidelium
ba fulgure deleta est; ipseque Martianus ca-
igne miserabiliter percussus, horrendoque
mimum foetore consumptus expirauit.

Diuina vin-
dicta in Mar-
tianum pre-
sidem.

Præclarum fuit hoc martyrum certamen
diuinâ bonitas cum in vita tum post mortem
men ea mors dicenda, honore non vulgari pro-
cuta est. Postquam enim magno sacerdotum
dio, sacra martyrum corpora sub sacro altaris
lamine condita sunt, decem homines extrema
præ foeditate miserabiles, baptismi gratia ad
tyrum templum peruenerunt, vbi eorum cura
præter omnem expectationem, perfectam cum
nimæ salute corporum sanitatem cõsequuti su-
Nec hoc tantum beneficium leprosi experti
& cæci innumerabiles, & à damone obsessi
varijs languoribus oppressi, martyrum opere
in calamitate, cum certissimo sanita-
tis beneficio consequuti
sunt.

Decem leprosi
sanantur.

Variis mira-
culis ad eorum
sepulchra.

VITA S. PAULI THEBAEI, PRIMI
Eremita, ex ea quam D. Hieronymus 1. Tomo Episto-
larum, diseritè admodum, copioseq; conscripsit. Caput
deserta incolere, Anno Domini 253. ipso Decij Imper.
persecutionis exordio, etatis suae 23. Excessit autem e
corpore, Anno Saluatoris 343. Constantij, Con-
stantini filij Imp. anno septimo inchoa-
to; etatis verò suae, centesimo,
tertiodecimo.

Vide C. Bas.
Tom. 2. & 3.
Annal.

INTER multos sæpè dubitarum est, à quò po-
tissimum monachorum, eremus habitari cœ-
pta sit. Quidam enim altius repèntes, à beato
Elia & Ioanne sumpsere principium; quòrum &
Elia plus nobis videtur fuisse quam monachus.
& Ioanes antè prophetare cepisse q̄ natus est. Alij
autem, in quam opinionem vulgus omne consen-
tit, asserunt Antonium huius propositi fuisse ca-
put; quod ex parte verum est. Non enim tam ipse
antè omnes fuit, quam ab eo omnium incitata
sunt studia. Amathas verò & Macarius discipuli
Antonij, quorum superior magistri corpus sepe-
liuit, etiam nunc affirmât, Paulum quendam The-
bæum, principem istius rei fuisse, quod non tam
nomine quam opinione nos quoque comproba-
mus. legitur quia de Antonio, rã Græco, quàm Ro-
mano stylo diligenter traditum est, pauca de Pau-
li principio & sine scribenda sunt. Quomodò au-
tem in media etate vixerit, & quas Satanæ pertu-
lerit insidias, nulli hominum compertum habet-
ur. Sub Decio & Valeriano persecutoribus, quò
tempore Cornelius Romæ & Cyprianus Cartha-
ginæ felici cruore damnati sunt, multas apud Aë-
gyptum & Thebaidam ecclesias sæua tempestas
popu-

io. Iannarj.

Monachorū
institutum
antiquissimū.

populata est, ubi tunc Christianis erat, pro Christi nomine gladio percuti. Verum hostis callidus tarda ad mortem supplicia conquirens, annu cupiebat iugulare, non corpora; & ut ipse, qui eo passus est, Cyprianus ait, volentibus mori, non permittebatur occidi. Cuius ut crudelitas notata fiat, duo, memoriae causa, exempla subiiciemus. Perseuerantem igitur in fide martyrem, & in eculeos laminaeque victorem, iussit melle percuti, & sub ardentissimo sole, ligatis manibus per tergum resupinari; scilicet ut muscarum aculeo cederet, qui ignitas sartagine antè superasset. Iuuenili ætate florentem, in amoenissimis hortos præcepit abduci, ibique inter lilia cantaria, & rubentes rosas, cum leni iuxta murmurum quorum serperet riuus, & molli sibilo arborum folia ventus perstringeret, superextructum per melle lectum resupinari, & ne se inde posset erigere blandis serico nexibus irretitum relinquitur. Quò cum recedentibus cunctis, in

Exempla duo
atrocissimæ
persecutio-
nis.

*hoc est
pernitio-
sissimum
hominibus
et castis*

se victrix impudica superiaceret. Quòd gereret miles Christi, & quòd se verteret nesciebat. Quem tormenta non vicerant, superabat voluntas. Tandem coelitus inspiratus, præcisam mortem linguam in osculantis se faciem expuit, ac sic in paradisi sensum, succedens doloris magnitudo superavit.

Per idem ergo tempus quo talia gerebantur, in inferiori Thebaida, cum sorore iam vidua tradita, post mortem amborum parentum in hereditate locupleti, Paulus relictus est annorum circiter quindecim, litteris tam Græcis quam

gyptiacis apprimè eruditus, mansueti animi, Deū
valde amans; & cū persecutionis procella deto-
naret, in villam remotiorem & secretiorem se-
cessit. Verū quid non mortalia pectora cogis au-
ri sacra fames? Sororis maritus, cōpit prodere
velli, quem celare debuerat. Non illum vxoris la-
chryma, non communiō sanguinis, non spectans
cuncta ex alto Deus, ab scelere reuocauit. Ad hæc
inhabat crudelitas, quæ pietatem videbatur imi-
tari. Quod vbi prudentissimus adolescens intelle-
xit, ad montium deserta confugiens, dum persecu-
tionis finem prætolaretur, necessitatem in volun-
tatem vertit ac paulatim progrediens, rursusque
subsilens, atque hoc idem sapius faciens, tandem
reperit saxeam montem: ad cuius radicem haud
procul, erat grandis spelunca quæ lapide claude-
batur. Quo remoto (ut est cupiditas hominum oc-
cultæ cognoscere) auidius explorans, animaduertit
intra grande vestibulum, quod aperto desuper
cauo, patulis diffusa ramis vetus palma contexe-
rat, fontem lucidissimum ostendens, cuius riuum
tahtummodò foras erumpentem, statim modico
foramine, eadem quæ genuerat, aquas terra sorbe-
bat. Erant præterea per exæsum mōtem haud pau-
ca habitacula, in quibus scabræ iam incudes, &
mallei quibus pecuniæ olim signatæ visebantur.
Hunc locum ferunt Aegyptiorum literæ, furtiuæ
monetæ officinam fuisse, ea tempestate, qua Cleo-
patræ iunctus est Antonius. Igitur adamato, quasi
quod à Deo sibi offerretur, habitaculo, omnē ibi-
dem in orationibus & solitudine duxit ætatē, cibū
& vestimētū ei palma præbebat. Quod ne cui im-
possibile videatur Iesum testor, & sanctos angelos
eius, in ea eremi parte, quæ iuxta Syriam Saracenis iūgi-
tur, vidisse me monachos, de quibus vnus p. 30. annos
clau-

Affinis vult
Paulum pro-
dero.

clusus, hordeaceo pane & lutulenta aqua
Alter in cisterna veteri, quam gētili sermone
cubam vocant, quinque caricis per singulos
sustentabatur. Hæc igitur incredibilia esse
buntur his, qui non crediderint, quia omnia po-
bilia sunt credentibus.

Sed ut ad id redeam vnde digressus sum, cum
centum tredecim annos beatus Paulus vitam
lestem ageret in terris, & nonagēharius in ali-
litudine Antonius moraretur, ut ipse asserere
lebat, hæc in mentem eius cogitatio incidit, ut
lum ultra se perfectum monachum in eremo
sedisse. At illi per noctem quiescenti revelatum
est, esse alium ulterius, multo se meliorem ad
yisendum deberet proficisci. Illico erumpente
ce, venerabilis senex infirmos artus baculo reg-
te sustentatis, cepit ire velle, quod nesciebat. Et
media dies, coquente de super sole, feruebat. Et
tamen à cepto itinere abducebatur, dicens; Ge-
in Deum meum, quod seruum suum, quem tu
promisit, ostendet. Nec plura his, conspicit hie
nem equo mixtum cui opinio poetarum Hippo-
centauro vocabulum indidit. Quo viso, salu-
impressione signi armat frontem, & Hætu-
quit, quam in parte hie seruus Dei habitare
ille Barbarum nescio quid infrendens, & fra-
potius verba quam proloquens, inter horren-
ora, senis blandum quæsuic alloquium, & de-
ra protensione manus, caput iudicat iterum
patentes campos volucris transmittens fugam
culis mirandis evanuit. Verum hæc utrum di-
lus ad terrendum eum simulauerit, an, ut sole-
remus monstrorum animalium ferax, ista
que gignat bestiam, incertum habemus.

Stupens itaque Antonius, & de eo quod

Antonius
nocturna vi-
sione moni-
tus, inquit
Paulum.

Monstrum.

Signo Cris-
tis armat
frontem.

rat. secum voluens, ulterius progreditur. Nec mo-
 ra. inter saxosam conuallem, haud grandem ho-
 munculum videt, aduncis naribus, fronte corni-
 bus asperata, cuius extrema pars corporis, in ca-
 prarum pedes desinebat. In fractusque & hoc An-
 tonius spectaculo, scutum fidei & loricam spei
 vrbonus praeliator arripuit: nihilominus memò-
 ratum animal, palmarum fructus eidem ad viati-
 cum, quasi pacis obfides, afferebat. Quo cognito
 gradum pressit Antonius, & quisnam esset inter-
 rogans, hoc ab eo responsum accepit; Mortalis
 ego sum, & vnus ex accolis eremi; quos vario de-
 lula errore gentilitas, faunos, Satyrosque & In-
 cubos vocans colit. Legatione fungor gregis mei,
 precamur vt pro nobis communem Deum de-
 preceris, quem pro salute mundi venisse cogno-
 uimus: & in vniuersam terram exijt sonus eius.
 Talia eo loquente, longæuus viator vbertim fa-
 ctiem lachrymis rigabat, quas magnitudo lætitiæ
 indicis cordis effuderat. Gaudebat quippe de
 Christi gloria, & de interitu Satanæ: simulque ad-
 mirari quod eius posset intelligere sermonem, &
 baculo humum percutiens, aiebat: Væ tibi Alex-
 andria, quæ pro Deo portenta veneraris. Væ tibi
 ciuitas meretrix, in quam totius orbis dæmonia
 confluzere. Quid nunc dictura es? Bestiæ Christū
 loquitur, & tu pro Deo portenta veneraris. Nec-
 dum verba compleuerat, & quasi pennigero vo-
 laru petulcum animal aufugit. Hoc ne cuiquā ob
 incredulitatem scrupulū moueat sub Imp. Con-
 stantino, vniuerso mundo teste, defenditur. Nam
 Alexandriam eiusmodi homo viuus perductus,
 magno populo spectaculū pbuit, & postea cada-
 uer exanimæ, ne calore ætatis dissiparetur, sale
 infuso Antiochiā, vt ab imp. videretur allatū est.

M

Sed

Monstrum
aliud.

S. paulus in
spelunca
degit.

Sed ut propositum persequar, Antonius cor-
regionem pergebat, ferarum tantum vestigia
tuens, & eremi latam vastitatem, quid age-
quo verteret gradum, nesciebat. Iam ab-
effluxerat dies. Restabat vnum, ut deseri-
Christo non posse confideret. Pernox secun-
in oratione exegit tenebras, & dubia adhuc
ce procul intuetur lupam, sitis ardoribus
lantem, ad radicem montis irrepere. Quam-
quintus oculis, & iuxta speluncam, cum feras
set, accedens, intro cœpit aspiceret, nihil cur-
tate proficiente, tenebris arcentibus visum.
suspensio gradu, & anhelitu temperato, calli-
explorator ingressus, ac paulatim progredi-
sepinsque subsistens, sonum aure captabat.
dem per cœca noctis horrorem procul lumen
tuitus, dum audius properat, offenso in lapide
pede, strepitum concitavit; post cuius sonum
Paulus ostium, quod patebat, occludens, feras
firmavit. Tunc verò Antonius præforibus cor-
ens, vsq. ad sextam, & eo amplius horam, adeo
precabatur, dicens; Qui sim, unde vel cur veni-
nôsti. Scio me non mereri conspectum tuum
men nisi videro, non recedam; Qui bestias recu-
hominem cur repellis? Quæsiui & inveni, pe-
ut aperiat. Quod si non impetro, hic moriamur
te postes tuos; certè sepelies vel meum cadaver.

Talia perstabat memorans, fixusq. manebat.

Ad quem, responsum paucis ita reddidit heros.

Admittit
Antonium
Paulus.

Nemo sic petit, ut minetur; nemo cum lachry-
iniuriam vel calumniam facit. & miraris si
recipiam cum moriturus adueneris? Sic arripit
Paulus, patefecit ingressum. Quo aperto, duo
mutuos miscetur amplexus, proprijs se fa-

tauerē nominibus; gratia Domino in commune referuntur. & post sanctum osculum residens Paulus cum Antonio, ira exorsus est;

En quem tanto labore quæstisti, putridis fenestrate membris operit inculta canities. Eo vides hominem, puluerem mox futurum. Verum quia charitas omnia sustinet, narra mihi, quaeso, quomodo se habeat humanum genus; an in antiquis vrbibus noua tecta consurgant, quo mundus regatur imperio, an supersint aliqui, qui demonum errore rapiantur. Inter has sermocinationes suspirant a litem coruum, in ramo arboris confedissee, qui inde leniter subuolans, integrum panem ante mirram ora deposuit, Post cuius discessum, Eia, inquit, Paulus, Dominus nobis prandium misit, vere pius, vere misericors. Sexaginta iam anni sunt, quod accipio dimidij semper panis fragmentum; verum ad aduentum tuum, militibus suis Christus duplicauit annonam. Igitur, Domino gratiarum actione celebrata, super vitrei marginem fontis vterque confedit. Hic verò, quis frangeret panem oborta contentio, penè diem duxit in vesperum; Paulus more cogebat hospitij, Antonius iure refullebat atatis. Tandem consilium fuit, vt appreheso regione pane, dum ad se quisque nititur, pars cuique sua remaneret in manibus. Dehinc paululum aquæ in fonte, prono ore libauerunt, & immolantes Deo sacrificium laudis, noctem transigere vigilijs. Cumque iam esset terræ redditus dies, beatus Paulus ad Antonium sic loquutus est. Olim te frater in istis regionibus habitare sciebam, molim te conferuum mihi promiserat Deus; sed quia iam dormitionis meæ tempus aduenit, & quod semper cupiebam dissolui, & esse cum Chri

Coruus panem adferat Paulus.

Philipp. 2. 40.

M 2

2. Tim. 4.

sto. peracto cursu, superest mihi corona iusti-
tu missus es à Domino, qui humo corpusculum
meum tegas, inò terræ terram reddas.

His Antonius auditis flens & gemens, ne se-
fereret, atque ut comitem talis itineris acciperet
precabatur. Et ille: Non debes, inquit, quæres
tua sunt, sed quæ aliena. Expedi quidem tibi
cina carnis abiecta, agnum sequi: sed & cetera
pedi fratribus, ut tuo adhuc instituantur ex-
plo. Quamobrem quæso perge, nisi molestant
& pallium quod tibi Athanasius Episcopus dedit
ad inuoluendum corpusculum meum dedit.
Hoc autem beatus Paulus rogauit, non quod
noperè curaret, vtrum tectum putresceret
uer an nudum. (quippè qui tanto temporis
contextis palmarum folijs veltiebatur) sed ut
recedentis mceror suæ mortis leuaretur. Super-
ctus ergò Antonius quòd de Athanasio & pal-
eius audierat, quasi Christum in Paulo videns
in pectore eius Deum venerans, vltra respon-
nihil ausus est, sed cum silentio lachrymans, per-
culatis eius oculis manibusque, ad monasterium
quod postea à Saracenis occupatum est, regre-
barur. Neque verò gressus sequebantur animi
sed quamuis corpus inane ieiunij, seniles etiam
anni fregerant, tamen animo vincebar. Et tunc
dèni fatigatus & anhelus, ad habitaculum iusti-
fecto itinere peruenit. Cui cum duo discipuli
ei longo iam tempore ministrare consueuerant
occurrissent dicentes, Vbi tam diu moratus es
ter? respondit: Væ mihi peccatori, qui falsi
chi nomen fero. Vidi Eliam, vidi Ioannem in
serto, & verè vidi Paulum in paradiso; & sic ore
presso, & manu verberans pectus ex cellula
um protulit; rogantibusque discipulis ut pectus

Obserua vt
per spiritum
didicerit
absentia.

quidam rei esset. exponeret, ait; Tempus tacendi
& tempus loquendi. Tunc egressus foras, & nē mo-
dicum quidem cibi sumens, per viam qua vene-
rat, regressus est, illum sitiens, illum videre desi-
derans, illum oculis ac mente contemplan. Ti-
mebat enim, quod euenit, ne se absente, Christo
debitum spiritum redderet.

Cumque iam dies alia illuxisset, & trium hora-
rum spatio viam remeasset, vidit inter angelorū
caeteras, inter Prophetarum & Apostolorum
choros, niueo Paulum candore fulgentem, in sub-
lime conscendere. & statim in faciem suam pro-
cidens, sabulum capiti superiaciebat, ploransque
& euilans, aiebat; Cur me Paule dimittis? Cur in-
salutatus abis? Tam tardē notus, tam citō recedis?
Referrebat postea B. Antonius tanta se velocitate,
quod reliquum erat viæ concurrisset, vt instar a-
uis peruolasset; nec immeritō. Nam introgressus
speluncam, vidit genibus complicatis, erecta cer-
uice, extensisque in altum manibus, corpus exani-
me. Ac primum, & ipse viuere eum credens, pari-
ter orabat. Postquam verō nulla, vt solebat, pre-
cantis suspiria audiuit, in flebile osculum ruens,
intellexit, quod etiam cadauer sancti, Deum, cui
omnia viuunt, officioso gestu precabatur. Igitur
obuoluto & prolato foras corpore, hymnos quo-
que & psalmos de Christiana traditione decan-
tans, contristabatur Antonius, quod sarculum,
quo terram foderet, non haberet; fluctuansque va-
rio mentis estu, & secum multa reputans, dicebat;
Si ad monasterium reuertar, tridui iter est; si hic
maneam, nihil vltra proficiam. Moriar ergō, vt
dignum est, & iuxta bellatorem tuum Christe ru-
ens, extremum halitum fundam.

Anima eius
in caelos p-
fici soletur.

En vt corp' exanime,
Deum flexis
genibus ve-
neratur.

Talia eo, animo volente, ecce duo leones, ex
M 3 inte-

Duo leones
Paulo sepul-
chrum fo-
diunt.

interioris eremi parte currentes, volantibus
colla iubis, ferebantur; quibus aspectis, primo
horruit. Rursusque ad Deum referens mens
quasi columbas videret, mansit intrepidus. Et
quidem directo cursu, ad cadaver beati senis
stiterunt, adulantibusque caudis, circa eius pedes
accubere, fremitu ingenti rugientes, proinde
intelligeret eos plangere quomodo poterant,
indè haud procul coeperunt humum pedibus
perere, arenamque certatim egerentes, vnius
capacem locum foderunt; ac statim qualem
cedem pro opere postulantes, cum motu
ceruice dejecta, ad Antonium perrexerunt, manus
eius pedesque lingentes. At ille animaduertens
benedictionem eos à se precari; nec mora in
dationem Christi effusus, quod muta quoque
malia Deum esse sentirent, ait: Domine, sine
ius nutu, nec folium arboris defluit, nec vnus
ferum ad terram cadit, da illis, sicut tu scis. Et
nu annuens eis: vt abirent imperavit. Cumque
recessissent, sancti corporis oneri, seniles
uit humeros, & deposito eo in fossam, delo-
humum congregans, tumultum ex more com-
sunt.

Postquam autem alia dies illuxit, ne quid
hæres ex intestati bonis non possideret, tunica
eius sibi vendicauit, quam in sportarum modo
de palmæ folijs ipse sibi contexerat, ac sic ad
nasterium reuersus: discipulis cuncta ex ordine

ne replicauit; diebusque solennibus
Paschæ & Pentecostes: Pau-
li tunica vestitus
est.

VITA S. MARCIANI PRESBYTERI,

Oeconomi Ecclesie Constantinopolitana, ex ea quam adidit Metaphrastes. Claruit autem eximia vita sanctitatis & miraculorum gloria: Anno Domini 459. & sequentibus. Sub Leone Rom. Pont. & Leone Imp. Fuit & alius Marcianus Nouatianus, qui vixit tempore Valentis Imp. cuius etiam filius erudiuit: Anno Domini 366. & sequentibus. Vixit & Anno Christi 570. alius in super Marcianus in Syria, apud Cyrum ciuitatem, professione monachus, meritis clarissimus. cuius res gestas scripsit Theodoretus lib.

Vide C. Bar. Tom. 6. An.

Item Annal. Tom. 4. & Not Mart. Rom.

Sanct. Pat. C. 3.

GREGIVS planè vir Marcianus, veteri Rom oriundus, parentes habuit & opibus & generis nobilitate admodum prestantes; qui, uterant eximia in Deum religione ac pietate, ita quoque filium suum, nullis non & pietatis & eruditionis ornamentis excoluerunt. Quibus felicis morte ad vitam translatis, ipse cum religionis, tum artium maximarum studiosissimus, Constantinopolim se recepit: pectus veris & minimè perituris opibus locupletaturus. Ibi verò ut sedem paruo temporis spatio fixit, ipsa ipsius vitæ probitas & oris facundia, nomen ei, cum apud omnes, tum apud Patriarcham peperit. Qui ubi adolefcentis & prudentiam & ingenitam pietatem penitus introspexit, sacerdotij dignitate iudicò decorauit; quam ille tanta tamque admiranda virtutis opinione administravit, ut communi omnium suffragio ad Cathedralis ecclesie economiam volens nolens traheretur. Hisce tam difficilibus, primo iuuentutis flore,

10. Ianuarij. Paeria & genus Martiani clarum.

Initiatuz presbyteratu.

Fit Oeconomus Ecclesie Constantin.

M 4 pigno-



pignoraturs officijs, summa diligentia, ne quid
fenderet, antè omnia cauit. Et quia luculentis
triusque parentis facultatibus mirificè ditatus
cile ad vitæ luxum & inanem splendorem
multis alijs se impelli posse cernebat: nihil
tuit utilius, nihil salutarius, quam pauperes

Liberalitas
in pauperes

Nec ipsam modò temporalem calamitosorum
nopiam larga manu subleuauit: sed multò magis
languidas diutina diuini verbi fame animas
sti pabulo fouit confirmauitque. Igitur ità egen-
rum inopiam curabat, vt tamen animarum curam
studiosius attenderet. Flagrabat tam ardentem
crarum scripturarum amore, vt die nocte que-
intabescens, earum nihil ignoraret. Hinc non
lùm contra hostiles impetus ipse præclarè man-
tus erat, sed & alios suauissimo virtutum suarum
odore: ad sui imitationem mirabiliter alliciebat.

Ecclesias re-
staurat, &
nouas ædi-
ficat.

Inerat ei maxima quædam ædium sacrarum cura
ità vt suis facultatibus & collapsas restauraret
nouas sumptuoso ornatu excitaret; & nusquam
non, egregiam animi sui pietatem testatam reli-
queret.

Nota infig-
nem libera-
litate in
pauperem.

Accidit quandoque, pauperem à beato viro in-
firmis precibus aliquod suæ inopiæ subsidium po-
stulare, qui cum nihil omninò quod tribueret
manus haberet, ne miserum omni solatio destitu-
tum à se dimitteret; coniectis primùm in omnem
partem oculis, ne quis animaduerneret, vestem
qua indutus erat, sibi detraxit: & nudum magni
charitatis affectu contexit. Quod factum vt ocu-
los omnium celaret, sacris vestibus sui corporis
nuditatem operuit. Sed cum ad rem diuinam
ordine celebrandam accederet, multi studiosi
hominem intuiti, sub sacris vestibus, aliam aurum
& m

Miracula in
veſt. eius.

mirabili gemmarum splendore micantem cō-
ſpexerunt. Quo ſpectaculo non pauci inuidiæ ſti-
mulis concitati, rem ad Patriarcham detulerunt;
indignum clamitantes ſacerdotem Dei, regio ve-
ſtium ſplendore ornatum eſſe. Sacro igitur, mag-
na ſanctitate peracto, Patriarcha Martianum ac-
ceſſiſſe, & acriter reprehendens mandauit, vt ve-
ſtem auro & gemmis intertextam, quam occultè
ſub alijs veſtibus deferre viſus eſſet, deponeret.
Mirabatur vehementer Martianus, animi dubius
quid hęc Patriarchę oratio vellet; & vultu in ter-
ram deſixo, ſtupenti ſimilis, ad eius ſe pedes pro-
uoluit: obortis lachrymis negans, ſe vllum veſti-
um ornatum habere, eorumque qui hoc aſſere-
bant, oculos deluſos eſſe. Adhęc Patriarcha, abſur-
dum & ab omni ratione alienum eſſe dicebat, ſi
proprijs oculis fidem non haberet. Idem namque
ſe vidille confirmabat. Nec mora. manu propria
penulam cum veſte ſacerdotali relaxans, vt pre-
cioſam ſub ſacris veſtibus latentem exploraret,
virum Dei nudum omninò conſpicatus eſt. Vndè
ſtupore percuſus, cœpit maximo honore proſe-
qui: quem ſupplicio dignum exiſtimabat.

Mox itaque fama occultę ſanctitatis, cum ſum-
ma admiratione, ad Pontificum & Imperatorum
aures deuenit. Omnes igitur illum ſuſpicere, &
venerari, magnoque ſtudio ad diuinos eius ſer-
mones confluere. Accidit interim res, quę perfe-
ctam omnibus, de eximia ſanctitate opinionem
attulit. Factum eſt enim vt terribile incendium
ſubito ciuitatem inuaderet, & omnes aedes miſe-
rabiliter abſumeret; ipſumque templum, quod
ſanctus Martianus Anaſtaſiæ martyri ædificarat,
inflammaret; vniuſque ergo cùm proprijs ſca-
laminibus neglectis, ad templi flammam extin-
guen-

**Precibus in
cendium a-
nertiz.**

guendam conuolasset, lugubres in cælum uoc
tollebat. Martianus autem opi diuinæ egress
confusus, culmen templi conscendit, flammam
vorigera circumdatus, precibus cum ardenti
chrymarum vi profusis, impetum ignis repressit
& insignem fabricam à præsentis ruina præseru
uit.

**Insigne mi-
raculum.**

Hoc eodem in templo mulier quædam ex
teriori porticu in terram delapsa, sibi & fratri
quem in utero gestabat, mortem: cæteris autem
ingentum cum lugubri eiulatu luctum afferens
ita ut uniuersi clamoribus excitati, ad triste spec-
taculum concurrerent. Adfuit tunc fortè & ipse
Martianus, qui magna pietate motus, ad lacrimas
& preces cum populo uniuerso se conuertens
sublatisque in cælum manibus, præter omnium
opinionem mulierem ad vitam reuocauit.

**Præclara e-
ius charita-
tis opera.**

Fuit cum propter alias virtutes, tum propter
assiduum studium, quod in sacrarum ædium stru-
cturis posuit, celeberrimus. Sed ut stellarum
splendor quamuis eximius, solis tamen fulgori
obscuratur, ita præcedentes viri virtutes licet
non admirabiles & præclaræ sint; illustrioribus
tamen, quæ sequuntur, quadam obscuritate
obscure uoluntur. Diximus quam tenera charitas
flamma pauperum tum corpora, tum animas de-
periret; quæ fomento piæ consuetudinis paulatim
exarsuans, totum hominem foelicissimis ardore
bus adussit. Erat ei familiare in tempestate noctis
in silentio vicis circuire platearum, ut silentio furti-
uè distenta benignitatis uerba in pauperes
exeret. Ut uerò monetam suis usibus conuenien-
tem ad manus semper haberet, aurifabri domum
prouecta nocte frequentabat, qui noctis tenebris
& m

& maligno candelæ lumine ad lucri occasionem
 vltus iniqua trutina aureos ponderabat. Martia-
 nus verò scelus & fraudem dissimulans, paulatim
 hominem in sui admirationem attraxit; aded vt
 magno desiderio caperetur cognoscendi, quid-
 nam vir Dei minuta ista pecunia ageret. Dedit i-
 gitur cuidam è pueris in mandatis, vt vestigijs e-
 ius callidè infisteret. Sequutus puer studiosè vi-
 rum, Dei, & summa diligentia, quidnam agat, ex-
 plorans postquam plurimos varijs miserijs affli-
 ctos presenti pecunia subleuasset, vidit eum ad
 mortuum quendam in cauponis cuiusdam do-
 muncula iacentem, ingredi, cada uer, magno cha-
 ritatis studio abluere & post lachrymas & oscula
 vestibus indutum decenter in lecto componere.
 His visis puer exhorruit, & concito gradu, quæ vi-
 derat suo magistro renunciauit. Obstupuit ille
 tanta viri pietate, & graui admissi in virum Dei
 sceleris dolore perculsus, veniam cum lachrymis
 flagitauit. Quem Martianus benignè amplexatus,
 nequaquam se ab eo iniuria affectum agnouit,
 nec unquam hominem tanquam improbum est
 auersatus, quin etiam maximo deinceps beneuo-
 lentiz studio eum persecutus est.

Nec mirum sanè, cum nihil in vita antiquius,
 nihil sanctius fuerit, omnibus benignè faciendi
 studio. Tanto enim pereuntium animarum zelo
 accensus erat, vt vel sceleratissimorum hominum
 familiaritatem cum aperto propriæ famæ peri-
 culo, minime subterfugeret. Huius rei vnum ex
 multis in medium proferā; Solebat mulieres, quæ
 questum corpore suo faciebant, pecunijs onustus
 accedere, & omni grauitate deposita, vultu, loco
 & tempore opportuno, simulatè assumpto, eas in
 sui familiaritatem allicere, quas post multa dein
 verba

Admirandus
 eius anima-
 rum zelus.

Summa eius
diligētia &
industria in
meretrici-
bus conuer-
tendis.

verba vltro citroque habita, ab impuro carnis
more ad Christi amorem pelliciebat, repugnan-
tes autem & salutaria monita petulanter con-
nentes, cum presenti pecunia, tum multis promi-
sis, vt biduo triduoue saltem diuinis rebus, inter-
derēt: rogauit. Post hęc nullis opibus: nullis fan-
ctibus parcebat, vt attentas sacris sermonibus
aures pręberent, & intimis sensibus, quę de di-
no iudicio, de igne sempiterno, sceleratis & im-
pijs in omni æternitate constituto, & de celestis
vitę pręmijs & gaudio sempiterno disserere
cludere vellent. Partim ergo muneribus & pro-
missis, partim assiduis monitis & precibus, pluri-
mas ab impuritate vitę, ad studium pietatis & ho-
nestatis transferebat; quarum alię salutari ge-
nere metu percussę, acerbissimis lachrymis
dedebant; alię celestis vitę pręmio inuitate
gicia pręclaris actionibus diluebant; alię sempit-
ernę dignitatis & honestatis amore inflammata
vt omnes incontinentię motus facilius opprimerent,
& Christo sanctissimo vinculo copularetur: sacris se-
dibus libenter includebant.

Moritur.

His studijs, his rebus; nocte dieque erat in-
tus Martianus, cum ætate iam confectus, sancto
Deo spiritum traderet, cuius nomen & in vitam
in morte non modo apud bonos & probos, sed
etiam apud improbos, cum admiratione non mi-
diocri in honore fuit, multosque pręclararum
rum eius gestarum fama excitauit: vt ex varijs
bis terrarum partibus, supplices in rebus af-
flictis opem petaturi, ad eius sepulchrũ
confluerent: quorum nemo diuino
non donatus munere ab-
scelific

scelific

VITAS. THEODOSII COENOBIIAR-
che, ex ea qua est apud Surium ex Metaphrasse, o-
mni acceptatione dignissima. Floruit præcipuè Anno
restaurate salutis 511. & seq. Symmacho Romanam
sedem administrante, Anastasio autem Imperij sce-
ptrâ tenente peruenit verò vsq; ad Annum Domini
536. De alio eiusdem nominis, professionis, &
regionis, hæretico Eutychiano, qui vix-
it sub Mariano Augusto, consule C.
Baronium vt in mar-
gine.

Vide Tom.
6. Ann. C.
Baron a. 511.
Item T6. 7.
Item eundē
Tom. 6. an.
451. & 452.

BEATVS Theodosius ex vico, quem Magari-
assum nominant, situm in regione Cappa-
docum, oriundus (qui antea propter igno-
bilitatem obscurus, postea propter eximias &
plane admirandas virtutes, omnibus cognitus)
patrem habuit Proæresium: matrem autem Eulo-
giam; qui filij sui virtute excitata, monasticam
vitam amplexa dicitur. His ortus parentibus re-
ligionis & pietatis laude ornatissimis, optimis
etiam ab ijs disciplinis eruditus fuit. Cumque
assiduo philosophandi studio teneretur, & rara
quodam morû probitate, & ingenij splendore o-
mnium animos ad se inuitaret, statim hoc ei mu-
nus demandatû fuit, vt sacros populo codices le-
geret. Ardebat tunc incredibili quadam, loca san-
cta visendi, cupiditate; cumque crebrius inter le-
gendum locus ille ei occurreret, quo Deus Abra-
hæ præcipiebat, vt relicta terra & cognatione sua
ignotas regiones peteret, confestim acriter inflâ-
matus patriam reliquit, seque varijs longinquè
peregrinationis difficultatibus obijcere minimè
dubitauit, vt præfens, loca illa, in quibus humani
generis

11. Ianuarij.
Patria & pa-
rentes The-
odosij.

Mater eius
facta mo-
nacha.

Lectoris
fungitur
officio.

humani generis redemptor, nos suo sanguine
sempiterna morte liberauit, contempletur.

Ut autem Antiochiam venit, statuit Symeonem
illum toto orbe celeberrimum inuisere, ut pres-
bus, eius & benedictione munitus, iter suum
ne vlla difficultate conficeret. Verum appropin-
quantem ad columnam, Symeon proprio nomi-
nem nomine compellauit: & obuentura spiritus
prophetico prædixit. Theodosius verò Symeonem
complexans, plenus spe bona capessuit iterum
Deo duce ad sanctam lætabundus ciuitatem per-
uenit. Præerat tunc ei ciuitati Archipræsul Iu-
nalis, à quo peramanter exceptus, loca sacra sum-
ma animi veneratione obiuit. Inde inuocato
dus precibus & lachrymis Numine, coepit ap-
cogitationes suas reuoluere, quodnam vitæ ge-
potissimum eligeret, idne quod ab omni fami-
ri hominum consuetudine remotum est, an pos-
sibile quod cum propriæ salutis cura, officium etiam
charitatis erga proximos coniunctum habet. Ci-
terum in abditam se solitudinē recipere, & qui-
tem agere, id nequaquam tutum esse iudicauit
qui nondum callidi serpentis insidias perspectas
haberet. Si enim ex ijs qui in mundo militant, ni-
mo, inquit, est tam inuicta audacia & tam insig-
nificans stulticia, ut, nisi sit planè rudis & in re militari o-
mninò inexercitatus, à linea in medios statim ho-
stes irruat, quomodo ego cui manus non sunt eru-
ditæ ad prælium, nec digiti ad bellum, nec super-
na sum accinctus potentia, idque cum sit consti-
ctus longè periculosior, aduersus principatus
aduersus potestates, aduersus mundi principatus
tenebrarum huius sæculi, aduersus spiritualium
nequitiarum, possem in acie consistere? Restat igitur
ut illi

Symeonem
sylytem in-
uist.

Deliberat
secum de
certo vitæ
genere eli-
gendo.

Ephes. 6.

ut me ad sanctos patres & longo rerum usu ex-
ercitatos conferam, quod eorum disciplinis in-
stitutus: inimicorum impetum sustinere va-
leam.

Hæc prudenti secum deliberatione habita,
Longino cuidam beato seni, doctrina & pietate
facile principi, se in disciplinam tradidit: cuius
ab ore dum totus penderet, tam excellentem bre-
ui temporis spacio virtutum omnium perfectio-
nem adeptus est: ut Longinus minimè dubitave-
rit, eum templo cuidam Deiparæ sacro præfice-
re. Hoc autem contigit ad hunc modum. Erat in
finibus Bethleem pia quædam matrona, quam I-
celiam vocabant; hæc omnes suas facultates, quæ
erant amplissimæ in fabricam templi huius con-
tulerat, ut quod ætatis reliquum erat, in eo dege-
ret. Quia verò, qui rem diuinam faceret non ha-
bebat, Longinum adiit, eumque, ut Theodosium
templi huius rectorem constitueret, multis pre-
cibus rogavit. Itaque templo præpositus, coepit
in signi sanctitatis fama omnibus innotescere, ea-
que de causa diuinis quodammodo honoribus
affici, quos ille, non secus quam sempiternos ani-
mæ suæ hostes, perhorrescens, fugam inijt, & in
excelsu cuiusdam montis speluncam, quæ etiam
hucusq; sacris eius reliquijs diues esse fertur per-
uenit. Fama est, hanc speluncam eandem esse quã
tres Magi sua mansione celebrem reddiderunt,
quando Bethleem ab oriente venientes, per aliã
viam domum redire diuinitus moniti sunt.

Hoc igitur in loco constitutus Theodosius, to-
ta mente de diuina pulchritudine cogitabat;
adeo ut noctes & dies in precib. cõsumeret & præ
diuini amoris dulcedine, assiduo lachrymarum
imbre maderet. De cibi potusue tẽperãtia super-
fluum

Longino se
in discipli-
nam tradit.

Præficitur
templo.

Fugit in
speluncam.

Cibus eius

fluum foret aliquid dicere, cuius refectio dicitur
lorum ossa, aqua macerata, lautum illi splen-
dum frequenter nutrimentum præbuerunt. In
petuis triginta annis, panis nihil gustavit pe-
rùs. Labores maiori alacritate, quam alij volu-
tates, amplectebatur; corporis verò delicatioris
quã animæ nobilitate indignas, repudiabat.

**Quidam se
illi adiu-
gant.**

indolis præstantia & mirifico virtutum splen-
re, non pauci virtutis amatores excitati, ad es-
ventitarunt, quos ille benignè susceptos, cum
pietatis studio fovit, & ad cælestis vitæ discipuli
præclare erudiuit. Et quia virtutum omnium
damentum, in assidua mortis cõmentatione
esse non ignorabat, dignum sanè relatu, quod
egit. Discipulos quippè suos blandis ad le-
vocabat, ijsque multa luculenter admodum,
mortis utilitate differebat, deinde sarcophagi
aptare iubebat. Illis verò alacri mente præcep-
obedienciæ exequentibus, Theodosius prop-
co spiritu sic eos affabatur. Sepulchrum quod
est paratum, sed quis vestrum eius encarnia
brabit? (solebat enim inter alia quoque tem-
nosse, austeritatem tristitiamque gratia mo-
ta solvere.) Quidam autem Basilius, dignus
sacerdos, virtutis autem studio, Theodosio, qui
psum spiritualiter genuerat, æqualis, verba
in ventum à viro sancto minime prolata se-
sermonem eius excepit & proptero alacriq; animo
respõdit; Equidè ò pater huius sepulchri primus
celebrabo encarnia. Et protinus flexis genibus
nedic, inquit, pater, & voti huius me cõpotè fac-
Nec mora. Theodosius data benedictione, omnia
quæ lex vult fieri mortuis, tertianas inquam,
nouenas & consequenter etiam quadragenas
ri mandauit. Quibus per ordinem ritè peractis
Basilii

**Mortis me-
moria vera
philoso-
phia.**

esse non ignorabat, dignum sanè relatu, quod
egit. Discipulos quippè suos blandis ad le-
vocabat, ijsque multa luculenter admodum,
mortis utilitate differebat, deinde sarcophagi
aptare iubebat. Illis verò alacri mente præcep-
obedienciæ exequentibus, Theodosius prop-
co spiritu sic eos affabatur. Sepulchrum quod
est paratum, sed quis vestrum eius encarnia
brabit? (solebat enim inter alia quoque tem-
nosse, austeritatem tristitiamque gratia mo-
ta solvere.) Quidam autem Basilius, dignus
sacerdos, virtutis autem studio, Theodosio, qui
psum spiritualiter genuerat, æqualis, verba
in ventum à viro sancto minime prolata se-
sermonem eius excepit & proptero alacriq; animo
respõdit; Equidè ò pater huius sepulchri primus
celebrabo encarnia. Et protinus flexis genibus
nedic, inquit, pater, & voti huius me cõpotè fac-
Nec mora. Theodosius data benedictione, omnia
quæ lex vult fieri mortuis, tertianas inquam,
nouenas & consequenter etiam quadragenas
ri mandauit. Quibus per ordinem ritè peractis
Basilii

**Obserua his
vsu antiqum
tertianarum
&c. pro de-
functis.**

esse non ignorabat, dignum sanè relatu, quod
egit. Discipulos quippè suos blandis ad le-
vocabat, ijsque multa luculenter admodum,
mortis utilitate differebat, deinde sarcophagi
aptare iubebat. Illis verò alacri mente præcep-
obedienciæ exequentibus, Theodosius prop-
co spiritu sic eos affabatur. Sepulchrum quod
est paratum, sed quis vestrum eius encarnia
brabit? (solebat enim inter alia quoque tem-
nosse, austeritatem tristitiamque gratia mo-
ta solvere.) Quidam autem Basilius, dignus
sacerdos, virtutis autem studio, Theodosio, qui
psum spiritualiter genuerat, æqualis, verba
in ventum à viro sancto minime prolata se-
sermonem eius excepit & proptero alacriq; animo
respõdit; Equidè ò pater huius sepulchri primus
celebrabo encarnia. Et protinus flexis genibus
nedic, inquit, pater, & voti huius me cõpotè fac-
Nec mora. Theodosius data benedictione, omnia
quæ lex vult fieri mortuis, tertianas inquam,
nouenas & consequenter etiam quadragenas
ri mandauit. Quibus per ordinem ritè peractis
Basilii

Nec mora. Theodosius data benedictione, omnia
quæ lex vult fieri mortuis, tertianas inquam,
nouenas & consequenter etiam quadragenas
ri mandauit. Quibus per ordinem ritè peractis
Basilii

Basilii neque febre correptus, nec capitis dolore vexatus, neque vlla omnino morbi molestia fatigatus, tanquam molli quodam & suavi somno sopitus, excessit ad Dominum. His perfectis quadragesimo ab obitu eius die, visus est in canticis vespertinis, cum reliquis fratribus, diuinas laudes psallere. Et quidem cum solus Theodosius corporeis eum oculis cerneret, Aetius autem quidam, vir insignis & strenuus cælestis vitæ æmulator, vocem eius audiret, petijt is à Theodosio vti hanc videndi facultatem à Domino sibi impetraret. Altera igitur nocte, Basilii cum rursus adesset, Theodosius eum Aetio ostendit; qui gaudio incredibili perfusus, contineri non potuit, quin in amplexus & oscula riuere vellet. Sed Basilii non modo apprehendi non potuit, sed aëri similis euauit, cum dixisset alijs audientibus; Salui estote o patres & fratres, salui estote: me autem de cætero non videbitis amplius. Hoc fuit primum virtutis testimonium Theodosij. Secundum autem priori nullo modo est inferius.

Die illo, qui Christo ab inferis resurgenti sacer est, cum neque panis, neque vinum illis esset, quibus sacram communionem peragerent, vel corpora, longa quadragesimalis ieiunij inedia exhausta, reficeret, discipuli eius inter se mussitantes, magistrum summæ negligentie arguere, quod quæ ad tanti festi solemnitatem necessaria erant, non curasset. Ille verò audito murmure, bono eos animo esse iussit, tantum precibus incumbere, & sacram de more mensam pararent. Nam qui olim (dicebat) tot Israelis millia aluit in solitudine, & ingentem hominum multitudinem paucis admodum panibus ad satietatem pavit; hic ipse nos quoque curam gerens: abundè quæ

Necessa-

Mira res.

Fiducia eius
in Deum.

Ab inspera-
to alimenta
afferuntur
S Theodo.
60.

necessaria sunt, suppeditabit. Hæc cum discipulorum animos ad salutarem contentiam excitasset, accidit ea die, præter expectationem omnium, ut parvulorum sarcinæ, & discipulorum onustum, ad eos veniret. Theodosij promissum cumulatè expleat. Desideret hæc Dei pronidentia, omnem diffidentiam fam discipulis adimere, sed mox alia fam necessitate urgente, in eandem prolapsi sunt. vir quidam opulentus, qui egregio studio ductus assidue benignè faciendi nam excolebat; & inopiam Christo famum, suis facultatibus sustentabat. Hunc Theodosij discipuli percepissent, ægre adum passi sunt, sese propter solitudinem, homini isti incogniti erant, à tantorum participatione bonorum exclusos esse Theodosij tur adeunt, & extremam iterum rerum inopiam, in qua versabantur exponunt; & obsecrant, ut se suamque necessitatem, isti opulento & benignitatis laude præstant, nec, nè tandem grauiore paupertatis pressi; deserta loca, & cum ijs religiose tutum, relinquere cogentur. Quibus Theodosius rursus, qua prius, constantia respondit, vehementer turpem animorum abiectioem sceleratam diffidentiam admirari, quod sese hominibus quam Deo supplices exhiberet. Qui implet omnem animam esurientem, escam in tempore oportuno, & pullis conuicium præparat. Quare, inquit, excelsis estote, & discite toti, qui vos vni Deo consecratis, ex Deo pendere. Vix hæc erat, & ecce homo quidam, animal ante se onustum agebat; quod cum iter per viam

Præclara
eius spes in
Deū animi-
que magni-
tudo.

nafterij, cui Theodosius præerat, haberet, sub-
stituit, nec ullis plagis ab homine, vt iter institu-
tum perficeret, impelli potuit. Quo viso, homo
ille stupore oppressus, laxato freno liberum
ei iter quo imperus ferret, concessit. Tum recta
ad Theodosij monasterium contendit. Subse-
quitur homo, & cognita ibidem, quæ fratres pre-
mebat, inopia, larga eis manu subuenit. Quo be-
neficio fratrum animi erecti, nec deinceps ad
humanam opem, sed Dei misericordiam respe-
xerunt.

Interea cum splendor virtutum omnium ex ea
spelunca, in qua Theodosius cum suis laticabat,
longè sese lateque diffunderet, numerus discipu-
lorum ad eò excreuit, vt loci illius angustia om-
nes capere non possent. Quæ res Theodosio in-
gentem curam iniecit. Considerabat enim, si am-
plissimis monasterium terminis dilataret quie-
tis & silentij bonum dissipatum iri. Si autem ne-
glecto animarum fructu, sibi soli viuere pergeret
diuini nominis iram pertimescebat. Hac animi
fluctuatione aliquamdiu iactatus, cum quid opti-
mum factu esset, discernere non posset, ad diuinã
mentem consilia sua reuocare statuit. Tandem
cum nihil Deo gratius esse intelligeret, quam
virtute & exemplo, animas Christi sanguine re-
demptas ad cælestis disciplinæ normam erudire,
thuribulum mortuis carbonibus plenum in ma-
nus sumpsit, impositoq; rhure, eremum vastã obi-
uit, Deum pura mente deprecans; vt locu ampli-
ori monasterio fundando aptũ ostenderet. Cum
autẽ plurima deserti loca inãbulasset, nullumq; è
thuribulo signum accepisset, ad speluncã suã re-
dire maturauit; & ecce, speluncę iã propinquier
factus, ignis è mortuis subitò carbonib; cū sua uis-

Nota miram
Dei prou-
dentiam.

Augentur
indies dis-
cipuli fama
virtutum e-
ius excitati.

Thuribulo
Dei uolũta-
tatem ex-
quirũ.

Monasteriū
ciuitatis in-
star extruit.

fima odoris fragrantia erupit. Nec moram
continud in eo loco fundamentis, monasteriū
um, vel vt melius dicam, præclarum virtutum
habitaculum constructum fuit, quod deinde
& studio Theodosij in eam excreuit ampli-
nem, vt non modo virtutum splendore, sed
rum omnium commoditate, ciuitatem aliquam
populo frequentem & officinis celebrem vi-
ret; eoque magis, quod hic communi fraterni-
omnia citra laborem præbeantur, & ab exte-
quæ nos sæpè transuersos agunt curis libera-
verò habitationum varietas & diuersitas. est
in re præclaram quamuis ciuitatem superat
quod certò hic ordine locoque & animæ & o-
pora curantur, & omnibus cum egenis tum pe-
grinis, sua habitacula designata sint; tanta cu-
tate, vt nemini omninò aditus præcluderetur.

Benignitas
eius in pau-
peres.

Cæterum Theodosius pauperum & mole-
rum curam assidud gerebat, tanta fide tantaque
charitate, vt sanguinem ablueret; vulnera
daret, labra admoueret labris eorum, quos
caro mutila alijs horrorem præbebat; & ita
blandè & sapienter, vt calamitatem moderatè
ferrent, consolabatur. Porro tantum erat in
monasterio, tamque excellens charitatis
um, vt si singula oratione describerentur, omnia
planè admirationè superarent. Nullus despo-
batur, nullus indignus habebatur cõmiseratio-
Alijs vestes, alijs pecuniz, alijs res aliz tribue-
tur; nemini verò alimenta negabantur. Atque
miserunt quidem, qui ad hæc ministrabāt. Et
die plusquam centum mensas parasse. Et
manus quidem misericordiz fons erat huius
modi, & tam abundè scaturiens, Dei autem
qualis? Num dubitare quis poterit, quin multa
atque

Eximia cha-
ritas in mo-
nasterio.

erat, vt
Quis
singula
tamen
stri, ne
erogab
lem or
dam vi
cium su
gnus i
gratiam

Vno die
plusquam
cent mensæ
parantur.

atque
atque

atque ad infinitis partibus superabat.

Fames valida vniuersam regionem inuaserat omneque ex quo ad eam affligebat, vt spes nulla pellende reliqua, videretur. Interea adfuit dies ille qui fausta populi acclamatione, & palmis virentibus Christo sacer est, quo pauperum & agrerum multitudo, alias quidem capta festi occasione de more, tunc vero fame cogente ad monasterium venerunt. Peractis sacris, cum ingens hominum multitudo, dira confecta fame ad mensam confueret, ministri qui huic officio deputati erant, multitudine deterriti, panis portionem ad libram vocandam censuerunt; & ne aduentantium multitudo vniuersa absumeret: fores occluserunt. Accidit interim vt Theodosius accederet, qui cum vim ianuis a multitudine afferri cernebat, gratum omnibus introitum praeiuit, omnesque summa benignitate cibo potuque reficiendos curauit.

Fames.
Dies festus
Palmarum.

Ingens numerus pauperum patitur.

Ministri igitur cum non semel Theodosij virtutem experti essent, quamuis apud se taciti facultates monasterij in dubium vocarent, ingredi tamen volentes admiserunt: & imperantis moti auctoritate, benignè, quidquid alimenti in domo erat, ministrarunt.

Quid ergo Deus admirabilem? crescebat singulis momentis hominum multitudo, nec tamen alimenta decrescebant. Stupebant ministri, nam quò plura ipsi larga manu pauperibus erogabant, eò se plura habere videbant. Similem omnino Dei munificentiam in festo quodam virginis Deiparæ sacro experti sunt; in quo cum summa panis penuria laborarent, & magnus ille Theodosius consuetæ benignitatis gratiam omnibus præberi iussisset, omnipotens

Præclarum miraculum.

Eseç die in-
tüs augetur.

Tria Vale-
tudinaria
extruxit.

Insignis e-
ius pruden-
tia. in disci-
pulis instru-
endis.

Deus ita alimentorum copiam auxit, ut
modò abundè quo sese reficerent pauperes,
rent, sed etiam plurima, sublata mensa, domo
asportarent.

Porro quia hoc vnum sibi vel maxime cur-
rat, sedulaque mente noctes diesque agens,
quomodo charitatis opera erga proximum ex-
ceret, tres alias domos extruxit. Vnam quibus
ijs, qui solo pietatis studio ducti, se totos a
do segregauerant, attribuit; in qua corporum
firmitate oppressi, valetudinem commodè
re possent.

Deinde duas ijs permisit, qui nulla sancti-
vitæ obligatione obstricti, in mudo versabantur,
quibus hac ratione omnia summa beneuolen-
significatione suppeditabat, ut simul cum cor-
poris sanitate sempiternam animæ salutem co-
sequerentur. Et ita quidem hæc ordinata et
vniuscuiusque personæ & conditionis & dig-
nis ratio haberetur. Prudentè enim considerans
pro ingeniorum varietate, varia quoque spiri-
tualis vitæ alimonia præbenda esse.

In suorum autem animis disciplina imbu-
dis, mirum quanta sit vsus industria, quanta
teritate. Cum enim ab omnibus otium, tanquam
certissimam vitæ spiritualis pestem profligandam
ita tamen singulis labores imponebat, ut pro
vniuscuiusque ingenij & virium præstantia, con-
augeret vel minueret. Dignitatis vel diuitiarum
nulla omnino ratio habebatur; nam quam
multi egregio natalium splendore illustres
ius disciplina versarentur, omnia tamen for-
orum instar, ut Christi gratiam consequerentur
despiciebant. Multi etiam qui in medijs munda-
noribus humanæ sapientiæ laude præstantissimis
fuerant

fuerant ita eius disciplinis informabatur, ut tum demum se veram sapientiam adeptos putarent, cum ea, quæ est propter Christum, stultitiam tota mente totisque viribus amplexati essent. Sategebat enim vel maximè Theodosius, ut omnes, qui se eius in disciplinam tradiderant, ad veras & solidas virtutes pertingerent. Parum enim esse existimabat, ad suam quandam sensum pietatis (quo imperiti homines omnia metiuntur) pervenire, sed operam dabat, ut etiam in discretionem spirituum exercitati, ad aliorum salutem scienter possent incumbere. Hinc multi ex ipsius disciplina, Pestores, multi Episcopi prodierunt, qui omnibus in locis impressa sanctitatis suæ vestigia reliquerunt.

Multi ex Theodosij disciplina Episcopi prodierunt.

Porro discipulos suos comitate magis & ratione quam austeritate, in omni disciplina officio continebat; Quod si verò alicuius delictum increpationem exigebat, ita verborum & vultus austeritatem temperabat, ut semper benevolentiam & charitatem suorum erga se aleret conservare; cauebatque diligentissimè, nè vnquam vel minima invidia vel discordiarum scintilla in monasterio fomentum caperet. Sacros codices assiduo & sibi, & suis patentes esse voluit, nec passus est vnquam, vel tempus, vel n orbem, vel senium, vel aliquid eorum quæ accidere solent, divinatorum lectionem interrumpere. Ad quam si dies non sufficeret illius lucem lucerna supplebat in nocte.

Invidiam & discordiam summo semper studio & monasterio profligavit.

Erat eo tempore Imperator, qui primo quidem præclarum religionis & virtutum de se specimen præbere visus, paulò post Acephalorum pollutus errore, cunctos, qui Christi

* Hic fuit Anastasius.

N 2 Eccle.

Imperator
Acephalorū
hæresi infe-
ctus, Theo-
dosium op-
pugnat.
Auri trigin-
ta libras ei
mittit.

Constantia
eius aduer-
sus Impera-
torem.

Litteræ eius
ad Impera-
torem.

Ecclesiæ cum auctoritate præerant, in erro-
rum pertrahere conatus est. Alios itaque
& exilijs, alios promissis & muneribus aggressus
est, Postremò quoque Theodosium, quem reliquarum
virtutum omnium gloria antestare sciebat, mu-
ctis mirisque machinis à fidei constantia subve-
tere tentavit. Et quidam mira calliditate quibus
ibi devincere cogitabat. Aureum triginta librarum
munus ei transmisit, asserens se compertum
habere, fratres graui rerum omnium inopia
laborare; quare vellet grato transmissum munus,
animo suscipere; eoque fratrum necessitatibus
benignè consulere. Theodosius, quibus non igno-
raret, quorsum Imperatoris libertas spectaret,
tamen ne videretur offensivum licuius præbere
occasionem, munus quidem remisit: ita tamen
ut duplici aduersarium damnificaret. Nam postquam
Imperator, Leonem iam in pedicis habere existimaret,
misit ad eum qui erroris confessionem ab eo postu-
larent. Tu verò Theodosius tempus adesse ratus,
quo vel signi victoria, vniuersam Acephalorum
pernam amproffigaret, vel certè præclaro certamine,
sanguinis sui effusione, Christi Iesu veram fidem
& Ecclesiam Dei consignaret: literas ad Imperatorem
in hanc sententiam dedit; Cum hæc duo propo-
ta nobis sint, ò Imperator, vel turpiter & illibere
liter viuere, consentiendo Acephalis, vel per
clara morte, recta patrum dogmata sequendo
cubere: scito mortem nobis hac vita esse chariorem.
Tantum enim abest, ut hæc noua summæ impietatis
dogmata sequamur, ut non modo ad extremam
vitæ spiritum præcedentes patrū leges retineamus
sed eos etiā qui mente scelerata sanctissimas
doctrinis refragari audent anathemati sub-

ciemus; sed nec vllum ex Acephalis ordinatum, per vim suscipiemus. Absit vt tantum impietatis crimen committamus; quin potius, vt vos pro patria, ita & nos pro vera & sincera fide lubenter animas profundemus; etiamsi sancta ipsa loca igne cremanda sint; & crudele spectaculum moribundis oculis haurire cogamur. Quid enim opus est solo nomine, quando ipsa sacra reuera afficiuntur contumelia? Nos igitur nequaquam admittimus aliquid sentire; tantum abest dicere, quod a sanctis & cecumenicis concilijs discrepat. Aduersus hæc & ignis accendatur, & ensis acuatur, & mors quoque acerba nobis adferatur; imò verò si fieri potest, pro vna innumerabiles; nos verò nunquam tanto scelere nos astringemus: vt patres nostros, eorum placita abrogando, probro afficiamus. Testes sint eorum sudores, quos pro fidei constantia susceperunt; testes eorum certamina cum multa sanguinis effusione: quæ nobis cum sempiterna nominis memoria reliquerunt; testes postremo eorum libri, multiplici eruditione & pietate referti: quæ omnia apud nos firma & immobilia & apud posteros rata manebunt.

En qui constantier, vir sanctus, Conciliorum decretis, censuerit inhiendum.

Hæc epistola, Imperatoris statim perfidia expugnata fuit; & viri sancti prudentiam pariterque constantiam admiratus, vt sempiternum nominis sui dedecus, quod vehementer extimescebat, euitaret: mutata ratione literas ad eum dedit; quibus & se purgare, & speciosam pietatis causam suis dictis factisque obtendere nitebatur. Sed ea tamé, vera vel simulata pietas, diuturna non fuit; nam vt asinum conficantem auertere difficile est, ita animam non vero pietatis studio imbutum, in pietatis officio diu continere impossibile. Rursus ergo aduersus purissimæ religionis defensores edi-

Imperator literis apud Theodosium excusare se nititur.

**Ece quanta
sit quatuor
Conciliorū
generalium
auctoritas.**

**Discipulos
suos, ex soli-
tudine ad
populum in
fidei constā-
tia retinen-
dum euocat**

**Damnat
exilio ab
Imper.**

**Restituitur.
Mors Imper-
atoris.**

ēta adere, rursus omnem impietatis suae melius mouere. Sed Theodosius, qui tota mente ad tyrij palmam aspirabat, non segnius se opprobriis Contemptis enim Imperatoris scriptis & decretis, minisque horribilibus, Dei templum ingressus suggestum conscendit, manuque silentium edicens: Si quis, inquit, quatuor Synodos non tantū quanti euangelia esse existimat, sit anathema. Hic dictis, cum omnes sua constantia in admirandam nem adduxisset, gradum per medium eorum relit, & recta ad vicus & ciuitates alias reuertens cunctos sua grauitate & oratione ad constantiam veræ fidei, ad vltimum vsque spiritum reuocandū, adhortans. Nec his contentus, discipulos suos aliosque disciplinæ suæ sectatores, tanquam exercitus è solitudine eduxit, eosque in varias regionis partes distribuens, vt populum ad veram dei professionem constanter retinendam hortarentur, dimisit. Ipse autem primus ante alios venerandos canos, & promptum animi studium ostendens, nutantes stabiliebat, stabiles confortabat, locordiores excitabat, promptis & ad certandum cum aduersarijs paratis, animi firmitudinem maiorem addebat; aduersarios autem tem animo adedò magno & generoso extermiabat: vt omnes congressum eius vehementer formidarent.

Hæc cum Imperatorem ad iram furoremque prouocarent, perpetuo eum exilio damnauit. Sed Christus Iesus, pro cuius ille gloria decernebat; seruum quidem suum Theodosium ab iniuncto exilij poena eripuit: Imperatorem verò miserabilem valde interitu oppressit. Tunc subito Ecclesie tranquillitas, quæ magno eius furore vehementer turbata fuerat, reddita fuit, & Theodosij virtus con-

nium prædicatione in cælum sublata: & ipse cum multis alijs, qui præclare pro fidei & Ecclesiæ libertate decertauerant, ab exilio in pristinum dignitatis gradum restituti.

Sed omissis reliquis, libet ea quæ vir sanctus cum admiranda opinione virtutis gessit, profequi. Cum quotannis in veneranda viuificæ Crucis exaltatione, facer omnium ordinum cœtus, de more congregaretur, circa locum qui dicitur Hieratheon, adfuit quodam tempore & ipse cum sua societate Theodosius. Quædam autem mulier, cuius mamillam cancer morbus miserabiliter inuaserat, cum eidem sanctæ Crucis solennitati interesset. & ex Isidoro viro religiosissimo intellexisset Theodosij præsentiam, ilicò in spem recuperandæ salutis, si eius vel conspectu, vel contactu frui posset, veniens accurrit. & mamillam sensim aperiens, Isidori adiura auxilio, cuculli contactu sanitatem suffurata est: Simul enim atque pannû attigit dolor omnis recessit. At ille, qui fidei virtutem in muliere iam perceperat, protinùs conuersus, timorem, qui eam inuaserat, blandis admodum verbis soluit. Isidorus autem (qui oculos quoque suos aspectu miraculi pascere cupiebat) cum mamillam curiosius contemplatus fuisset, & omnipotentis Dei bonitatem in seruo suo Theodosio clariùs cognouisset, vix mentis compos in diuinas laudes prorupit, factumque ad omnium notitiam diuulgauit.

Postquam tyranni illius, vt antè diximus, morte, Ecclesijs omnibus & monasterijs summa pax & tranquillitas restituta fuisset, Theodosius quodâ tempore Bethleem orationis gratia, pergens, indeque reuertens, ad Marcianum diuertit. Cùm autem post oscula, atq; mutuas salutationes, & ser-

monem

Insigne mi-3
raculum.

Ille quædam
mulier
in Bethleem
oracionis gratia
pergens, indeque
reuertens, ad
Marcianum diuertit.

Marciani
magna ino-
pia.

monem spiritalem vltro citroque habitum, pe-
pus eos & fames ad mensam inuitaret, Marcianus
qui extrema frumenti inopia laborabat, lentis
aqua coctum apponi iussit, suamque inopiam
quo minùs panis poneretur, modestis admodum
verbis indicauit. Accidit interim, vt Theodosius
tãtam Marciani inopiam admirans, defixis in bo-
bam eius oculis, granum frumenti in eam, necesse
casu quo, decidisse cerneret. Quod hilari, & con-
dextera illinc tollens, Ecce, inquit, frumentum
quomodo vos frumento egere dicitis? Hoc
lepidè & iucundè à Theodosio dictum factum
fuisse, Marcianus tacitus secum multa cogitans
supinis granum manibus accepit, & illud in bu-
reo, tanquam vberem indè messem futuram rep-
fuit. Sed longè hoc granum eius expectationes
& multorum etiam fidem, vt non dubito super-
nit. Nam vt altera luce horreum ingressus est,
dit emota penè mente, horreum fructibus reple-
dans. Marcianus stupore planè oppressus, animi
que nunc huc nunc diuidens illuc, Theodosius
confestim per vnum è suis discipulis ad eam
mirabilis spectaculi societarem aduocauit. Quod
fuit protinùs vocatus Theodosius, & horreum
magnam frumenti copiam foras etiam effudit
inuenit. Laudant illi igitur Dei bonitatem, no-
tamen minus præsentem potentiam, quàm illam
qua olim in deserto Christus quinque panibus
copiosam hominum multitudinem pavit, admi-
rantur.

Matth. 14.
& 15.

Matronæ di-
tissime & re-
ligiosissime
filius, mirè
exuatus.

Mulier quædam Alexandrina, opum & diuitiarum
existimatione princeps, vnicum habebat fili-
um, quem tempore quodam cum æqualibus iu-
bundum, in puteum decidisse cognouerat, & ex-
tremo mortis periculo inuolutum, viri cuiusdam

auxilio summa sanctitate præditi, non sine ingen-
 ti omnium admiratione, euasisse. Cùm enim vicini
 puerum (quem iam certo certius extinctum ex-
 istimabant) è putei profundo extracturi accurris-
 sent, atque in imum descendissent, inuenerunt (di-
 ctu profectò mirum) puerù siccis vestibus, aquis
 ipsitanquam firmissimo solo insidentem. Tan-
 dem cùm eum funibus extractum in terram col-
 locassent, ingens hominum multitudo ad mira-
 culi spectaculum confluens, auidè totius rei euen-
 tum cognoscere voluit. Tum puer quendam sibi
 alxisse monachum tali habitu, amictu & forma
 retulit, cuius ope è mortis ipsius faucibus ereptus
 fuisset. His pia mater auditis excitata, ad suum per-
 tinere officium existimauit, hominem illum per
 valla eremi loca inquirere, vt aliquam ei grati a-
 nimæ significationem ostenderet. vt verò suo co-
 mitata filio ad Theodosij monasteriù venit, puer
 protinus patrem agnouit, & magnis clamoribus
 illum sui conseruatorem appellauit. Mater incre-
 dibili perfusa gaudio, ad sancta eius se genua pro-
 uoluit, & poplites ambabus prensans manibus,
 calidas in eos lachrymas effudit; & Theodosium
 non solum filij sui seruatorem, sed & vitæ suæ au-
 ctorem merito vocauit.

*Puer agnos-
 cit Theo-
 dosium, à
 quo fuerat
 seruatus.*

Huic autem miraculo aliud simile cognoui-
 mus. Mulier quædã singulis annis miseranda val-
 de abortione, cum extremo vitæ periculo confi-
 ctabatur. Hæc cùm nullum suæ calamitati reme-
 dium relictum cerneret, fidenter ad magnum illù
 Theodosium perrexit, & lachrymis magis quàm
 verbis calamitatis suæ rationem exposuit; atque
 tandem enixè à viro sancto contendit, vt data be-
 nedictione, primum quem paritura esset infantè,
 Theodosium appellari permitteret. Annuit vir

*Mulier post
 crebros ab-
 ortus, saluè
 edidit prole.*

lan-

sanctus, & mulier non vt prius ingenti cum dolore, sed cum gaudio puerum cum vultu formosum moribus admodum insignē peperit; quia deo gratia Theodosij quoque disciplina seclatus, in eius vita, sancti viri officio sanctus fuisse perhibetur.

Bruchos & locustas ne noceant, & exeret.

Cum bruchus aliquando & locusta terram pularentur, atque omnes agrorum fructus non minus quam hostes deuastarent, Theodosius miseræ gentis clamores & lachrymas miseræque uis iam extremæ senectutis vinculis confectus gradum facere nequiret, salutem tamē propriam communi postponens, discipulorum se manibus ad locum, in quo calamitas illa sæuebat, dedisse iussit. Cumque supplicibus in cælum manibus misericordiam diuinam implorasset, tandem bruchos & locustas conuersus, Parcite, inquit, bori & agriculturæ pauperum; hoc enim uobis communis quoque Dominus præcipit. Hæc dixisset, examen illud mansit quidem in regione illa, sed veluti scedere cum agris into, fructuum damnum omninò nullum intulit.

Cum fratribus aliquando opus esset vestimentis, & vir sanctus, tunc temporis summa pecunie inopia laborans, eorum necessitatibus occurrere non posset, hortatus est eos vt præsens necessitas onus patienter ferrent. At illi, molestiam illihibere perrexerunt: Tum sanctus. Quid, inquit, turpis hæc corporis sollicitudo vos angit? Spiritus uestram in vno Deo figite, cuius vos seruitio consecratis; & ille abundè necessitatibus nostris prouidebit. Altera die præter expectationem præsentia effectum sunt consecuta. Adfuit enim vir quidam incertum vnde veniens, qui centum aureos in fronte eis dono dedit; qui statim ad usum vestimentorum fratribus seruiērunt.

Rurfus suos fratres ad confidentiã in Deũ hortatur.

Cum quodam tempore magnus hic Theodosius, cum Iuliano viro multis philosophiæ disciplinis egregiè ornato, & pastoralis officij, Ecclesiæ eius, quæ est in Bosra, laude præclaro, ad Bosrenorum civitatem iter haberet, mulier quædam genere nobilis, sed vitij nobilior intemperantis lingue peculantia in virum Dei inuecta planum eum & impostorem vocitavit: & ecce mox penas iusto Dei iudicio, subitaneo mortis supplicio, luit. Inde verò digressi, ad Apostolorum templum quod est propinquum, profecti sunt. Monachi autem quidam ex monasterio propinquorū, morbo Severi infecti, visis sanctis illis, ligno quo fratres ad Ecclesiam vocari solent, antè horam consuetam pulsarunt, & ad synaxim eos conuocarunt. At Theodosius, cum intellectis insidijs, zelo repleretur, extremum illis excidium à Barbaris futurum interminatus est: lapidemque à lapide diuellendū prædixit. Cuius minas paulò post effectus consequtus est. Nam Agarenorum quædam multitudo, nocturna incursione, monasterium coniecto igne instamârunt; & quosdā ferro trucidârunt, quosdam in miseram seruitutem captiuos abduxerunt, locumq; vniuersum, acerbum omnium oculis spectaculum, reliquerunt. Et hæc quidè narratio apertè est disciplinæ & castigationis, altera autem, quæ sequitur planè est gratiæ & vtilitatis. Dux Romani exercitûs (quem Comitem Orientis de more vocabant) nomine Cericus, vir militaris gloriæ laude præclarus, cum incursionem contra Persas faciendam suscepisset, & multa de magno Theodosij sanctitate auditione percepisset, cepit ardenti desiderio eum prius visitandi flagrare, quàm copias suas in hostes duceret. Adijt igitur beatum virum, & postquàm multa, quæ cum ad

Mulier atrocis conuicij in sanctum, diras penas luit.

Cericus dux Romani exercitûs Theodosium visitat.

En quanti
ciliciū san-
cti viri fiat.

Nota quod
adhuc in cor-
pore positus
appareat
alijs.

Claret spiri-
tu propheta-
rum.

ad animæ, tum ad corporis salutem spectans
cum summa quadam animi sui voluptate ha-
set, tanto in virum sanctum amore exarsit, ut
pro eius cilicio, quo magnus ille Theodosius
nem domabat, diceret, se aliorum omnium
rum loco, hoc vno, hostium gladios & cuspi-
excepturum. Quo quidem indutus, in Christi-
mine, quod sibi Theodosij precibus propitiu-
re confidebat, ita in hostes inuasit, ut paruo
mine eos fuderit fugaueritq; & præclaram
riam, cum maiori nominis sui gloria, domum
portarit. Quam quidem victoriam non propi-
sed Theodosij virtuti cum insigni gratiarum
one acceptam retulit. Dicebat enim; illo ipso
pore, quo manus cum hoste conferebamur,
nia densis tenebris inuoluebantur, omnesque
latores densa caligine circumfusi, cerni non
terant; ego autem te mihi ducem, & manu
has nunc illas prælij partes sequendas esse, sig-
cantem habere videbar; donec horribili citi-
inimicis iniecto, turpi sibi fuga salutem quaerere
Neque in hoc solum prælio, sed in multis alijs
terrarum & maris periculis adesse, plurimum
ab imminente mortis periculo eripuisse Theo-
suum compertum est.

Iam verò quam admirandus in futurorum
scientia extiterit, operæ pretium est videre. Qu-
dam die præter consuetudinem fratres omnes
consueto signo, ad orationis studium & sacramen-
taxin vocati sunt. Cumque alacri omnes animi
sola obedientiæ virtute admoniti convenissent
rogabant, quidnam esset, quod eos ante consue-
orationis horam conuocasset? Tum ille, qui pro-
simo intellectu suo lumine futura contemp-
tur, omnes ad ardentissimum pietatis & orationis

nis studium hortatus est: multisque cum lachry-
 mis impendentem diuini iudicij furorem aduer-
 sus Orientem, eis annunciauit. Sexto autem ab eo
 quo hæc prædixerat, die auditum est, Antiochiam
 ingenti terræ motu corruisse, & vniuersa ciuita-
 tis ornamenta, in puluerem & fauillas redacta.

Antiochia
 corruit.

Sed præter alias virtutes, quibus in omni vi-
 ta ornatissimus fuit, nulla eximia eius humilitate
 admirabilior videtur. Orta quandoque fuit inter
 duos ex fratribus, grauis admodum discordia, ita
 ut nullis planè rationibus inimicitæ componi
 possent. Theodosius igitur, cum neque disciplinæ
 seueritate, neque vlllo verborum fulmine, conce-
 ptum animis odium expugnare posset, supplex se
 ad eorum pedes demisit, & ut sese à tam tetra pe-
 ste curandos præberent, enixè rogauit; nec prius
 è puluere terræ vir summa auctoritate præditus
 surgere voluit, quàm eos ab errore & præsentis
 exitio ad vitam reuocaret.

Eximia hu-
 militas.

Fuit autem inuicta planè patientia, in omni &
 animi & corporis ægritudine; ita ut ingenij illius
 magnitudo, cunctis admirationi esset. Cum verò
 effata iam senectute, ad Brauium euocandus es-
 set, acutissimo morbi telo confixus, tanti s fuit æ-
 gitatus doloribus, ut omnes ad lachrymas & mi-
 sericordiam prouocaret; cum quidam vir gran-
 deus, pater, inquit, quin te ad Deum tota mente
 precandam componis, ut morbi sæuitia, se remit-
 tat? Cui ille, Missos quæso facito sermones istos;
 nam cum huiusmodi cogitationes animum sæpe
 subiissent meum, arbitratus sum has maligni esse
 insidias. Quid enim? Cum & nomen & gloriam
 ex bonorum operum fructu hactenus. consequu-
 ti sumus, nullas omninò aduersitates de manu Do-
 mini suscipiemus? Quid si mihi id, quod diuini
 isti

Eius inuicta
 patientia.

o

Lucæ 16.

isti à Domino, meritò obijciatur? Recepti
in vita tua. His auditis senex conticuit, & dicit
viri virtutem magis admiratus est.

Ne somnus
quidē orati-
ones eius
impedire
potuit.

Porrò majora adhuc fortitudinis, & patientiæ
signa dedit, cum nihil vnquam de diuinariis
rum studio in tanta morbi sæuitia remiseric. In
ne somnus quidem eius cum Deo colloquium
terrumpere potuit. Nam etsi illius oculus
num sæpè gustauit, flexus ab ea, quæ omnia vitæ
natura: labra tamen eius faciebant quod continen-
uerat. Multa etiã in extremo illo vitæ certamine
fratrib. futura prædixit. omnesq; ad cõstantiam
uinis sanè sermonib. hortatus est. Postremo
tèpus adesse cerneret, quo corporeis vinculis
uēdus erat, eiectis omnib. tres solos Episcopos
cessit, ijsq; post triduum, suū instare excessum
perre dixit, quo sanè triduo luculenter multa
cælestis patriæ gaudio cū ijs discessit; Deinde
latis in cælū manib. ita excessit è corpore, ut
la extrema vitæ perfunctione, insitæ virtutis &
ctitatis insignè significationem daret; cuius
tem, Deus præclaro statim miraculo honora-

Obitus eius

Dæmonia-
cus ad eius
corpus exa-
nime libe-
ratur.

Vir quidã nomine Stephanus, genere Alexan-
nus, longo tēpore, maligno vexatus dæmone,
recuperandæ salutis ad extremū Theodosij spem
lecto eius adhæserat. Sed cū virū sanctū corpore
solutū vinculis, migrasse anima duerteret, dæ-
ratione recuperandæ salutis fractus miserabilis
valdè eiularus ædere, crines genasq; vellere,
ctus ferire, prostratoq; in terrâ corpore, frõta
lum miserè pulsare, aliaq; plurima desperati-
signa ostendere. Cumq; nullum inueniret in ca-
mitate refugium, inuisam voluit abrumpere vitam.

His miser cogitationibus stimulatus, anhelans
spiritu se in lectū Theodosij abiecit, sacrasq;

dicus amplectens reliquias. maluit cum ijs sepe-
liri, quam grauem diutius lucem aspicere. Quid
interim demon qui hominē grauiter quassabat,
contractū reliquiarū ferre non sustinens, hominē
valde miserabiliter discepfit, & apertis indicijs
sibi migrādum esse declarauit. Nec mora, virtute
reliquiarum superatus, hominem quem crudeli
diu tyrannide oppresserat, protinus deseruit.

Interea, cū pretiosa Theodosij morte p̄clarū
hoc miraculū longē latēq; deuulgatū fuit. Vnde
ex varijs orbis partibus plurimi accurresatq; ex
sacrarum conspectu reliquiarū incredibilem vo-
luptatē hauriētes, enixē operā dedēre, vt earū cō-
tactū fruerētur, tāto earū desiderio accēsi vt pla-
nē in frustra discepserēt, domūq; singuli singulas
partes asportātes, n̄ ab episcopis vigi'atū, & eo-
rum studio atque diligentia maturē in monu-
mentum illarū fuissent. Fuit autem inter reli-
quos antistites, qui viro sancto iusta persoluerunt

Petrus Epi-
scopus Hie-
rosolymo-
rum.

magnus ille Petrus, qui summa cum auctoritate
& eximia sanctitatis laude Apostolicā sedē Hie-
rosolymis administrabat, qui cum in vita, tum in
morte Theodosij, magnū illius desideriu habuit.

MARTYRIVM S. SALVII ENGOLIS-

mensis Episcopi; qui Anno Domini 801. Caroli verō
Magni crudeliter occisus est. Alij hūc Saluinū appel-
lant, & Sigebert. in Chron. Saluum pro Saliuo dicit.

Vide Czf.
Baro. in No-
tat. marty.
Rom.
& Tom. 9.
Ann.

Porrō confundunt nonnulli huius acta cū Saluij Epi-
scopi Albigenis, qui sub Chilperico Francorum
rege, doctrina clarū & sanctitate de-
quo Gregorius Turon. hist.

lib. 5. cap. 44.
Salius Antistes, diuini verbi præco eximius,
cū longē latēq; salutarē Christi doctrinam

11. Ianuarij.

○ 2 spargē-



Accipitur
humaniter
à Valentia-
nis.

spargeret, multosque à flagitijs ad meliorem
gem adduceret, fortè & Valentianus de-
est. Fuit ibi continuo perbenignè acceptus &
nignius à Genardo quodam viro pernobilis
ra hospitij inuitatus. Nec reculauit vir di-
immò hospitis sui candore ac pietate in
familiaris ibidem agere, comenque se
præbere. Cum verò die quodam inter multa
tatis verba, sermonemque suauissimum de
diuinis vltro citroque habitum, Genardus
suppellectilem eius, qua in diuino ministerio
consueuerat, sibi attentius contemplanda
beri postulare. Vvingardus eius filius ad
auri argenti que cupedine superatus mox
secum consilia agitare cepit, qua via, modo
cupito illo thesauro potiretur. Harebat
visceribus scelerata avaritig pestis, & nocte
stimulabat animum, ne prædam è manibus
labi pateretur. Nullū facinus quantūvis de-
dum turpe visum, dummodo compos voti

Interficiunt
vir sanctus
inhumani-
ter cū socio

Igitur sacri auri fame tabescēs accitis in
nionē sceleris, idoneis comitib. sancti iustitiam
stite cū Superio eius socio, noctis beneficio
tus trucidat, ablatisque thesauris, corpora
bulo iumentorū latentè recōdit. Sed diuina
nitas famuli sui corpus, quod pro luce veritate
longè latèq; propaganda, multos exanelauit
labores scæde, in tenebris putrescere nō est
Nam omni nocte lux corusca, duarū lampadum
instar, super humata apparens corpora, & des-
gentes edendo mugitus manifestè sacra pigra
prodidère. Quin & Carolus Imp. diuino
cto permotus, omni diligentia Antistite re-
& ad S. Vedastū deportari mādauit. Ita q; S. cor-
ra innēra, & curui imposita, bobus libera gra-

Corpora eo-
rum diuino
miraculo
manifestan-
tur.

di facultate permiffa. ad S. Martiani ecclefiã apud Valerianas perducta sunt, ibidẽq; honorificè cõdita. Impijs verò interfeitorib. præmia mortis accerbitur, & ignominia plena perfoluta sunt.

Sepelitur eũ socio apud Valerianas,

ILLVSTRE MARTYRIVM S. ARCHADII, ex eo quod D Leno Episcopus Veronenfis, luculentè oratione (sermone 4.) conscripsit. Extat apud Surium. Est autem hic alius, ab illo Archadio, qui sub Genferico rege, in persecutione Vandalica in Africa cum socijs passa est.

Vide Czf. Baro. in Notat. marty. Rom. Item de illis Tom. 5 An. Anno domini 437.

VM B. Archadij martyris gesta, fratres charissimi, cælestis triumphis honore sublimia, fidei annalibus recensenda mandamus in agone immortalis laudis. Christianus sepe ardor animatur. sic geminum de religiofitate commercium, cum ad cæleste præmium populus accenditur: & de martyris meritis non filetur. Sed quis illustris martyrij palmiferam tot trophæis coronam, competèri valeat sermone differere, cum in spiritali palæstra multiplex luceat sui numerositate victoria, cum in vno corpore tot martyria videantur esse, quot membra? Armaverat diabolus satellites suos in Dei populum, Veterano odio desertor antiquus, & totam familiam Christi in impastæ fericitatis grassatione turbabat. Indixerat in homine, Deo bellum, & infaustę superstitionis busto, in nefas conscium toto mundo funereum fecerat rogam. Scatebat per tecta culminato, publicum scelus, nec fuerat locus, in quo non erat pro religione sacrilegium. Cogebatur Christi populus varijs superstitionibus interese, atq; in cultus nefandi ritus, nunc aut libamina

12. Ianuarij.

Archadius
primo lati-
tat
Matth. 10.

S. Archadij
egregia cō-
stantia.

libamina incesta profundere, aut ornatas
victimas trahere, aut grauias nidoribus thura
dere, aut inter fumidos ignes, pallēi aruina
nesto sanguine prolitare, vt illicita admini-
strone ministerij Christianis mētibus. Deus postea
pellit. Sed dum bellū duri certaminis geritur,
familia domini cælo spectante probatur. Arch-
adius beatissimus martyr huius inopinati
horrore percussus, paululū distulit pugna
bitus ad coronā. Nam postq̄ turbati urbē
cōuentione cognouit, ac singulos quosq̄ ad
bre illud spectaculū trahi, cōtemptris vniuersi-
is facultatibus amputatis radicibus seculi, delit-
secessionis se cōmendauit umbraculo; Vtrumq̄
Christiano explicans voto, vt & nō lōgius vide-
tur à prælio, & secedendo Euangelicæ iustitiam
nimaretur exemplo. Ecce itaq̄ in eius hospitium
velut in hostilē prædā, grassantiū satellitiū
manus, sperans occupatione festina, Dei
posse deprehendi. Quem beati propinquus
tyris, qui in eius fortē degebat habitaculo,
sentem esse assiduis vocibus inclamabat. Ha-
verò profitentem, ad nefandam custodiam
cipes rapuerunt. Quem oblatum sibi iubet
lissimus rector, acri obseruatione detineri. Ad
turæ gloriæ testimonium, tale beatus Archadius
debiti martyrij quodāmodo sequestrauerat
gnus, in quo nec Christum relinqueret, nec
pinquum. Statim itaque beatissimus martyr, le-
tere non passus est, se vltro offerens iudici
ram suam voluntariæ oblacionis præiudicij
cusauit. Cui cum prouinciæ rector, pristina
fugæ veniam sub pactione promitteret, si se-
sero nefandis superstitionibus immiscuisset
libus in eum sanctissimus martyr vocibus en-
t

Quid (inquit) vanissime omnium iudicum? putatne aut de lucis istius incongruis vsuris, aut de prope mortis subitis damnis, familiam Dei possit terreri, cum sciamus Apostolica fide esse perspicuum, Mihi viuere Christus est, & mori lucrum? Excogita quibus potes suppliciis tormenta grauiora, maioribus te furoris stimulis accende, cuiusuis cruciatus exerce molem, nos a Deo non poteris seperare.

Philip. 1.

Sciam igitur crudelissimus rector viperei veneni felle commotus, iubet noua & inusitata animaduersione poenaru. nec vsuali in reos lege, carnicum manus in martyris membra scuire, Vilue ruit vngula; inutiles ictus visi sunt plumbataru, stetit coemptus eculeus, crebri fustium imbres, maiores poenae contemplatione neglecti sunt.

Atrocissimi eius exeat.

Excogitatur nouum stupendumque supplicium, quo se in homine vincere crederet Deum. Iubet sanctissimum martyrem furoris sui conscijs tradis, quibus nihil aliud imperat mandatorum, nisi vt non praepropero discessu martyris, spiritus migraret ad caelum, Expectet inquit, mortem suam, per membra distentus proprii corporis laniationem viuum cadauer aspiciat. Incidantur (ait) ab articulis manus, a cruribus pedes. O insane hominum, fraudauit te furor tuus. Adhuc erat in victima Domini, quod possit offerre. Amputandam linguam nescisti, quae in colluctatione martyrij prior solet Domino confiteri. Ductus est tandem beatus Archadius, ad exoptatum iustus orationibus locum. Et intuens caelum, stetit Deo spectate securus. Parauerat extesa futuris ictibus, colla, nudauerat gladijs venientibus iugulu, putauerat se feralem iudicis amentia citę mortis sorte satiare, dum, subito iubetur manus extendere

Nota immanitate scuit iudicis.

O 4

ac su.

ac super cespitem nudus proiectus in faciem
 dum extrema nudare; Ecce inter ipsa supplicia
 vacare non finitur, sed orationis instar per car-
 ficis tormenta medita tur.

Eregerat securim percussor insanus, & signis
 oculis vulneribus lineâ, ferales ictus assidua
 temptatione vibrabat. Hæserant confessionibus
 glutino, intrepidæ martyris manus, nec fallens
 digiti futuræ mortis exitio palpitabant. Tanta
 it in martyris deuotione Constantia, ut omni
 pore paratus veniret ad gloriam. Mox itaque
 uotum vulneribus corpus carnifex vidit, illi
 cadentis securis ictu neruorum connexa disci-
 uit, & cunctas compage discussa iuncturas cor-
 ris rupit; exilierunt sectæ manus, & redeunt
 se venarum meatu, paululum stupore fugientes
 rursus in se riuos sanguinis, ruens vnda cru-
 effudit. De hinc poplitibus surisque porrectis
 germana coniunctione naturæ, gladio ferit la-
 nis plantarum limes inciditur, & obsequio
 corpus martyris viduatur.

Numerent martyria, qui possunt numero
 supplicia; & in vno corpore quantum diabo-
 publicatus est furere, tantum cognoscatur Do-
 nus triumphasse. Sed durat inter hæc marty-
 spiritus, & morarum numerositate seruatus
 stat viuis parte corporis sui iam sepultus, re-
 ratur in luce detentus, cuius membris, iam plenus
 est tumulus.

O dignus gloriosi exitus finis. Ascensus
 titudinem cœli, corporis sui impedimenta pro-
 mittit, & exequias funeris sui ipse præcedit. Quod
 hæc est comparanda confessio? Machabæorum
 genda est numero, Eleazari est adæquanda propo-
 sito, comparanda consilio. Archadius beatissimus
 marty-

2. Mach. 7.
 1. Mach. 6.

martyr adhuc demoratur in seculo, & iam mar-
tyr recitatur in caelo: Vt sit nomen Domini bene-
dictum, qui regnat in secula seculorum. Amen.

PRAECLARYM CERTAMEN SS. MAR-
tyrum Hermylj & Stratonici: ex eo quod Metaphra-
ses scriptum reliquit. Consummati putantur sub
Licinio, circa annum Domini 316. Constan-
tini Imp. i. quo atrocissimam in Chri-
stianos persecutionem excitavit
idem Licinius.

Vide C. Bar.
Tom. 1. An-
nal. Marty.
Rom.

LICINIVS imperio potitus, miseranda
sceleratae religionis superstitione confi-
dens, vt regnum foeliciter administraret,
totis in eam rem viribus incumbabat, vt Christia-
norum nomine ad internecionem deleto, dijs suis
honorem omnem deferret. Hinc cum multi Chri-
stianorum odio acriter inflammati, gratiam Im-
peratoris captarent, omnes verae religionis pie-
tatisque cultores ad necem inquisierunt. Qui-
dam vero scelere ante alios insignis, Hermylum
orationis studio intentum comprehendit; eumque
vinculis constrictum ad Imperatorem pertraxit.
Imperator sublimi in tribunali residens, vt Her-
mylum alacri & confidenti animo gradum infer-
re vidit: Dic mihi, inquit, an te Christianum esse
confiteris? Imò verò, inquit Hermylus, non solum
Christianum, sed & peculiarem Christi seruum
me profiteor, vt potè qui sacris initiatus, diaconus
illius sum. Imperator autem, ne parum vrbanus
aut ingeniosus videretur: Ergò te (inquit) dijs dia-
conum, hoc est ministrum, exhibe. Martyr autem
promptum eius responsum in risum vertens: Vi-
deris, inquit, mihi, ô Imperator surdus, aut certè
stultum

13. Ianuarij.

Hermylus
comprehē-
ditur.

Irridet tyrā-
num.

O s

stultum

stultum agere. Dixi enim me Deo vivente, qui
manis oculis cerni non potest, non autem
& lapidibus, è quibus dij tui humana indultu
bricati sunt, consecratum esse. Non tulit Imperator
dicendi libertatem; sed statim aeneis quibus
dam ad inferendum supplicium instrumentis
eius os contundi iussit. Quo martyrem
supplicio, tantum absuit ut animum in pedes
miserit, quin animo vultuque elato ignominiam
ranno exprobrauit; utpote qui ira victus, sup
plicium intulisset. Deinde maiori libertate
quidem mihi, inquit, plagas inferis, sed videtur
Ieris furore induratus, in sempiterna supplicio
liquando incidas. Certè pusilli & abiectionis
es, qui non ratione, sed supplicio me vincere
naris.

Traditur in
carcerem.

Imperator rubore suffusus, martyrem in
cula detrudi iussit, & carceris squalore macerem
in quo totum triduum ita exegit, ut nunquam
geli consolatione destitutus fuerit: sed eius
ratus virtute, ad certamen cum tyranno in
se paravit.

Consolatur
ab Angelo.

Tertio autem die feliciter exacto, Licinius
tribunali martyrem sisti iussit, & quid in de
rationem adduxisset, protinus quiziuit; Cui
tyr, procius, qui illum armauerat, dignitate
spondens: Ego, inquit, meam tibi antea sententiam
aperui, à qua vel latum vogueum recedere, sed

Constantia
eius.

supplicio dignum æterno esse statuo. Est enim
hi Deus in cælis, cui & me totum consecraui
& contra tyrannidis tue furorem certum am
expecto. Itane inquit Imperator, Deus tuus
manibus meis eripiet? & statim sex ministros
ci vultu, crudelitatem spirantes, martyre pro
bere, virgisq; sine intermissione cedere iussit.

Creditur vir
gis.

tyr autem quasi nihil ei cum carne commercij foret, placida atque tranquilla mente orationem faciebat, nihilque aliud quam inuictam à Deo constantiam ad extremum vitæ spiritum postulabat. Finis oratione, vox protinus de cælo dilapsa Amen, Amen, inquit, Hermyle; post tres dies omni corporis molestia liberatus: sempiternam cælestis vitæ coronam percipies. Hac voce ministri gravissimo timore in terram prostrati, nè quidem oculos atollere ausi fuere. Quin & Imperator ipsè ingenti oppressus formidine, quidnam sibi vox illa vellet cogitabat, non tamen veritatis lucem cæca errorum caligine inuolutus perspexit; sed mox ubi nonnihil à repentino illo timore se refecit, martyrem in obscurum & omni lucis solatio destitutum carcerem detrusit; ubi rursus Angelica confirmatus visitatione, tertium diem incredibili desiderio expectabat. Sequenti die iterum tribunali Imperatoris oblatus fuit; qui venienti ad se Hermyle: An adhuc, inquit, nobis opus erit tormentis, ad tantam cordis tui duritiem expugnandam? Nec te quicquam tenebræ, nec carceris squalores ad Dijs sacrificandum mouere poterunt? Et quomodo, inquit per contumeliam Imperator, tenebricosus ille carcer placet? Martyr autem: Mihi quidem, inquit, tetrum illud & tenebricosum domicilium magnam lucem conciliauit. Fac deinceps quod velis, & exequere ea quæ statueris. His mentis furore exæstuans Licinius, iussit eum relupinatum, virgis figura triangulis, in ventre verberari. Erat hoc graue tormentum, & corporibus humanis minimè tolerandum. Anguli enim virgarum, non secus ac quidam enses, carnes dilacerabant. Sed athletæ virtus tunc vel maximè enituit. Nam vt tota mente in Christi pro nobis cruci-

Vox cœlitus
missa cum
consolatur.

Ab Angelo
secundo eō-
fortatur.

Crudela
martyris
supplicium

nobis crucifixi imagine fuit conuersus. Domine
dicebat, ad adiuuandum me festina. Imperator
tam egregiam athletæ pro pietate conuicti
non ferens, suæque potentia eam existimans
contemptui, ventrem eius aquilarum vagi-
perforandi, eiusque oculis propria intestina ob-

Psal. 93.

Stratonicus
custos car-
ceris Chri-
stianus.

iussit. Propter quæ martyr exclamauit. Cor meum
& caro mea exultauerunt in Deum uiuum.
His multò magis irritatus Imperator, in
tenebricoso carceri includi mandauit. Strato-
nicus autem, cui carceris custodia demandata
& intimis animæ medullis Christianam pietatem
inclusam gerebat, cum uideret Hermylum no-
tisque pro Christi nomine supplicij afflic-
tissimum, uulneribus concisum, contineri non potuit,
dolore amici superatus, fluëta lachrymarum
vim profunderet. Quod cum ex commilitonibus
quidam attentius contemplaretur, ratus, id quod
res erat, eum cum Christiana pietate societatem
se, protinus Imperatorem adiit, eumque de Chri-
stiano nomine accusauit. Imperator sine moro
minem adduci iussit. Qui nihil cunctatus, in-
dubili alacritate occurrit, & uoce libera uolens
intrepido, se unum uerum & æternum Deum
ius infinita potestate omnia comprehendere
adorare confessus est. Ad hæc Imperator, uirum
crudelissimè cædi mandauit, donec spiritus
sui interclusus deficeret. Martyr autem fixis
cum oculis intuens, ut sibi à Christo constanter
impetraret, enixè rogabat; quam præclare ob-
tinuit, adeo ut Licinius eius superatus fortitudinem
statim eum submoueri iusserit, & in tetræ
cerem detrudi: ne grauiore, ex eius constantia
decore notaretur, Stratonicus uero à Christo
rum atque iterum & peccatorum veniam supplicij

Virgis cædi-
tur.

A Christo
flagitiorum
ueniam po-
stulat.

flagitavit, & ne se in medio certaminis cursu de-
fereret, multis cum lachrymis postulavit. Cui
proximus vox talis reddita fertur: Cursum con-
summalis, sedem servastis. De cætero reposita est
vobis corona iustitiæ, quam cras reddet vobis iu-
sus index.

Mane factò, Hermylus Licinio oblatu', Velle-
ne dijs sacrificare quæsitus est. Cui martyr, eadem
que prius vire, inquit, seca, puni, & quicquid deni-
que tuo infederit animo, exequere. Ego enim nun-
quam corporis mortem, sed animæ semper expa-
ui. Imperator vehementissimo mentis furore exa-
gitatus iussit eum in ligno suspensum virgis lace-
rari, & sacras carnes crudelissimè secari. Sed cum
nec hisce quicquam tormentis moueret,
& immissa cælitus consolatione magis ma-
gisque roboraretur, Imperator diuturni pertæsus
certaminis, iussit, Hermulo Istro fluuio demerso,
Stratonicum ad carcerem reduci, vt quouis astu &
fraude, perfidiz nexibus implicaretur. Sed cum
ille ab amici complexu se auellendum negaret,
ambo proxinis ad fluuium protracti sunt: & vno
pariter reti inuoluti, in profundum demersi. Ex-
ceperunt hoc mortis genus martyres tanta a lacri-
tare & læticia, vt liquidò appareret, nõ eos ad sup-
plicium & mortem, sed epulas cælestes propera-
re. Tertio autem à sacro fælicis consummationis
die, corpora à pijs quibusdam viris & religione
præstantibus visa, summo cum honore, & sacris
hymnis & cantibus in locum quendam, octode-
cim à ciuitate Singedone stadijs distantem, illata
sunt, ad laudem Domini nostri Iesu Christi, cui
cum patre & spiritu sancto, honor, gloria, & ado-
ratio in secula seculorum, Amen.

2. Timoth. 4

Admiranda
martyris
fortitudo.Merguntur
in fluuium
martyres.Corpora
eorum, cum
hymnis &
cantibus se-
peliuntur.

VITA

VITA S. HILARII PICTAVONIS
Episcopi, ex ea que est apud R. P. Surium per
natum Presbyterum, multis tamen ex Annal. Eccl.
Cas. Baronij ritè superadditis. Obijt Anno à partu
gineo 369. Valentin. & Valenti Imp. b.

Damasi Pontificis Roma-
ni 3.

Et Tom. 3.
& 4.

23. Ianuarij.
Patria & ge-
nus eius.

Ducit uxore.

Vitz eius
sanctimo-
nia in statu
coniugali.
Auerfatur
hæreticos.

HILARIUS Pictaviensis Antistes, An-
niæ regionis partibus oriundus, apud
licanas familias nobilitatis læmpore
obscurus, immò & animi generositate præ
excellens, quasi refulgens inter astra Lucifer
cessit. Cuius à cunabulis tanta protinus elon-
tus, ut minimè obscure, magnâ sibi Christi
fia, ab eo, & opè & sanctitatè promitteret. Et
ætate matura, cõiugem sacro matrimonij
sibi copulavit, è qua filiâ suscepit, rei famili-
quæ mundi huius sunt ita intentus, ut tamen
rabiles animos sanctiorib⁹ disciplinis assidue
formaret, & Christi simul Ecclesiâ cum ver-
exemplo, in Laicali proposito, occulta quadâ
gratia erudiret. Nâ cû cætera offensionis per-
tum Catholicæ religionis hostes diligenter
bat, abhorrebatq; adeò ut ne salutatione quâ
dignaretur. Fulgebat hæc tanta sincera fidei
tas in omniû oculis, ut ipsi etiâ sacerdotes vitæ
emplû, ab eo sumere cogentur. Natura leni
placidus, facundo ore, populû ad Catholicam
puritatem, simulq; constantiam hortabatur, & si
quidè infernaliû terrore suppliciorû à scelere
terrebat, alios verò regni cælestis promissionibus
altiora virtutum certamina inuitabat, ois vni-
commune ad Christi amorè suavissimo fidei
ctu alliciebat. Hęc aliaq; clarissima sanè virtutis

exempla, non modo amabilem populo eum reddebant, sed adeo simul spectabilem, ut communibus suffragijs ad Pontificiam dignitatem, volentem nolentemq; eueherent. Igitur vir sanctissimus iam olim nato diuino, mysterijs deputatus, sacris est altaribus admotus. Qui Pontificali ornatus infula, mox ad Christi Ecclesiam, longè lateq; propagandam, & omni virtutum splendore ornandam, multo ardencius adiecit animum. Neq; enim circumiectas lustrare Gallias contentus, exterarum etiã nationes & regiones, doctrinã meritorumque gratia percurrere, ac pullulantes perfidorum hominum opiniones, dictis factisque opprimere.

Eligitur in Episcopum.

Vagabatur excitata Constantij Imperatoris tempore Ariana perfidia, toxico flore multos alliciens, & plurimos blando veneno miserabiliter inficiens. Eam vir sanctissimus timore nudus, fideique vestitus seruore, ut opprimeret, per medias hereticorum acies, hostiles in fremitibus, sese miscere non dubitauit, postpositoque mortis periculo, ne religioni præiudicium fieret, acerrimè decertauit. Præcipui fidei hostes Valens & Ursatius, Pseudoepiscopi, qui praua crudelitate Christi Ecclesiam turbare insistebant, cum viri sanctissimi eruditionem admiranda eloquentia pollentem vehementer formidarent, eamq; planè insuperabilem intellexerent, apud Imperatorem omnibus modis insistere & impetrare, ut eum exilio cõdemnaret. Itaque in Phrygiam Asiæ regionem relegatus commigrauit, de suo quidem securus exilio, at plurimum de Christi sollicitus Ecclesia.

Acrius resistit Arianis.

Valens & Ursatius Pseudoepiscopi Ariani insidiantur Hilario.

Mittitur in exilium.

Ceterum cum toto orbe Arianz heresis pueritas grassaretur, Oriëntales Episcopi, edicto Imp. apud Seleuciam Isauriæ oppidum conuenierunt, ut disidentes de veritate fidei partes coniungerent, vel perti-

Synodus Seleuciãna.

Ibidem Arianam perfidiam expugnat.

pertinaci contentione, in scelerato dogmate
sistentes à corpore Ecclesiæ segregarent. At
pariter è Phrygia Hilarius, qui in Synodo
favore exceptus, singulari prudentiæ & pi-
significatione, scelerata dogmata refutavit.
busque ex animi sententia oppressis, novis
trecis in scripta redactis, ipse per se legatus
pud Imperatorem functus est, ne quis
contra sancta & inuiolata religionis dogmata
respiraret damnata perfidia.

Ariani detestant, disputatione cū Hilario.

Poriò longum nimis foret differere, quod
in Ariminensi Synodo, fraus hæretica serpens
astu subrepsit. Vndè graui dolore Christi-
ta percussus, diabolicam perfidiam apud
num subdolè præualuisse, ac inde simili per-
tis fuco, ad Orientales partes serpere, tribus
bellis Imperatori oblati, summis inimicis
cibus contendit, vt in eius conspectu, discipulis
contra hæreticos daretur potestas. At Valens
Vrsatius, conscientia reatu perterriti, scilicet
Imperatoris animum iam magno ex parte
uam, vt ipsum Dei virum ad Gallias redire
pelleret; specioso prætextu, quod ipso præ-
factiosos homines exurgere, nouisque rebelli-
dere dicerent. Quo obtentu ad Gallias redire
pulsus, existimabat se grauiore. quam antea
damnatum; quod disceptationis termino
secuto, perturbationem Ecclesiæ illic relin-
ret. O beatum Pontificem qui in summo disci-
ne, inimico etiam sibi iudice, ad iudicium
rij, sine timore tormenti. Verè totis visceribus
ligebat Christi regnum, qui non formidabat
principatu Constantium. Nam qui, se aper-
tius pro Domino ingerebat periculo, quid
quam martyrij palmam sitiebat? Sed de his

Hilari mentis ac desiderii martyrii.

custor, diuino proculdubio nutu, pro multorum correctione seruato. Nam torum penè mundum graui tetroque errore confusum, factis sæpè in Gallia Synodis, per virum sanctum ad viam veritatis adductum, constans multorum est opinio.

Hæretes, sedulo, ei solertia profigatæ.

Itaque viro sancto ad propria reuertenti, B. Martinus, æquè meritorum gratia clarus, qui ab eodem S. Hilario Exorcista postea est constitutus, cognito aduentu eius, Romam festinanter occurrit. Quem præterisse cognoscens, ad vsque Galias est profectus. Neque enim Martinus, qui ad huc Cathecumenus Christum chlamyde sua tecum videre meruit, illi deuotus occurreret, nisi per omnia mysterijs plenum in eo spiritum præuidisset. Porro circa Gallinariam insulam ut peruenit, vicinorum relatione, ingentia ibidem serpentum sine numero volumina peruagari cognouit, quorum pestilenti contagione, omnibus ad eam accessus intercludebatur. Quo audito vir sanctus in insulam descendit, soloque adpectu tereterrimam illam pestem in fugam conuertit. Fixoque deo in terram baculo, ne metam translirent, occulta virtutis potentia inhibuit.

S. Martinus occurrit S. Hilario.

Profigat serpentes ex Insula Gallinaria.

De exilio autem iam regressum, Pictaui incredibili fauore ac plausu excepere eoque letitiæ voces ab omnibus datæ sunt, ut cuncti ab exilio in patriam vna cum ipso restituti putarentur. Non multos verò post dies accidit, ut infans labe adhuc primi partus infectus vita defunctus est. Qui ingentem dolorem matri cum assiduis lachrymis & luctu coniunctum attulit. Cumque multò magis de animæ quam corporis vita sollicita, miserrimo infanti misericordiam inuestigaret, tandem de Hilarij sanctitate & meritis confisa, eius se pedibus prouoluit, exclamauitque: Martinus adhuc

Summo gaudio excipitur à suis viis sanctus.

P inci-

incipiens Cathecumenum mortuum suscipere.
Tu Pontifex redde quæso filium, aut mihi aut
ptismo. His lachrymis vir sanctus ad pietatem
commotus, in preces se prostravit, nec ante
ratione surrexit quam inspectante populo,
functus ad vitam rediret

Mortuum
puerum sus-
cipiat.

Auxentius
Arianus
Pseudoepi-
scopus
subdolos.

Porro cum accepisset Valentinianum Imperatorem confecto tandem Alemannico bello diolanum se contulisse, atque rescriptum quoddam pro Auxentio Ariano, Pseudoepiscopo diolanensi, qui se Catholicum simulabat delolens Imperat. à Versipelle insidiatore captum esse, extortumque ab eo, ad suam hanc propagandam edictum colore pietatis mansum impium, ad illum profectus est, ac utrusque adversus Auxentium. Indigno animo ferens

Hilarius op-
ponit sese
Auxentio
Pseudoepi-
scopo

pugnator fidei vigilantissimus vni hunc in Ch-
dente, tam nobili Ecclesie præsidere Episcopo
Arianum, arteque sua ceu præstigijs quibus-
fallentem oculos intuentium, atque instar
mutantem species, pro arbitrio interdum
rere Catholicum. Ut huiusmodi itaque ludo-
tiones solueret, atque detegeret imposturas
sanctus, magna fiducia de Catholico Imperatore
suscepta animatus, diuinoque munitus præ-
Mediolanum concessit. Sed prævaluit
perfidii hominis versutia, ita ut facer Antistes
Imperatore & populo, Doli fraudisque regno
Mediolano discedere iussus sit.

Nihil profi-
cit.

Præsonia S.
Hilarii.

Cæterum ut ad eximias viri laudes reser-
mur, quis prudentiam, ingenij copiam, summi-
que in dicendo eloquentiam pro dignitate et
care valeat? quæ tanta fuit, ut eum Latine
quentiæ Rhodanum sanctus Hieronymus
lare non dubitauerit. Et quamquam non

In proxm.
Comm Ep.
ad Gal. li. 2.

cultus ac copiosus fuerit, illius tamē scripta, præcipua quadam syceræ fidei puritate præ cæteris omnibus nituere, nitentque. Aded vt idem Hieronymus eadem vehementer commendat cum ait; *Epistola 6. ad Latam.* Athanasij Epistolæ & Hilarij libros inoffenso decurrat pede, illorum delectetur ingenijs, in quorum libris pietas fidei non vacillat. cæteros sic legat, vt magis iudicet quàm sequatur. Cum porro diuinz tantum sit scripturæ, nihil habere erroris quod corrigatur: nec ipse Hilarius nec uis caruit. Quanta verò modestia cum quid apud eius scripta emendatione dignum Patres inuenerint, id præstiterint, idem sanctus Hieronymus sit exemplo, qui hæc de eo, errorem alterius sequente ait. Quid igitur faciam? Tantum virum & temporibus suis disertissimum reprehendere non audeo, qui & confessionis suæ merito, & vitæ industria, & eloquentiæ claritate, vbicunque Romanum nomen est, prædicatur; nisi, quod non eius culpæ ascribendum est, qui Hebræi sermonis ignarus fuit. &cæt. Et Claudianus Mamertus de eodem: Sed quoniam, inquit, beatus Hilarius opinionis huiuscæ vitium, virtute confessionis aboleuit, sic sustinet reprehensionis stylum, quod non patitur detrimenta meritorum. Verum non latinis tantum, sed & Græcis sanctus Hilarius exciit admirandus; vt Sozomeni testimonio comprobatur; qui ait. Apud Italos & illius partis incolas, propter singularem patrij sermonis & eloquentiæ præstantiam, magna eum in laude fuisse: Eius verò de fide libros, etiã ab ijs qui contrariam tuebantur fidei Catholicæ opinionem, admodum commendatos fuisse. Cæterum cum virtutum omnium fuerit vnum quoddam exemplar, mansuetudine tamen potissimum

Epistola 6. ad Latam.

Notat eos Claudianus Mamertus Episcopus Viennensis in Cōment. de statu animæ lib. 2.

Lib. 3. e. 14.

Lib. 1. c. 31.

Calumnia
Centuriato-
rum in S. Hi-
larium refu-
tatur.Item alij er-
rore lapsi in
Hilario.Claret mi-
raculis post
obitum.Vide C. Bar.
Tom. 2. An-
nal & Not.
Mart. Rom.

13. Januarij.

enituisse tradit Ruffinus. Quod autem sub-
ac cæcipientes recentiorum hæreticorum
rici delirantes, huic viro sanctissimo pergravi
impingant errores, nempe cum schismate
baptismum, profectò declarant se rerum gestis
prorsus ignaros, dum nominum occasione erro-
lapsi, existimant, eundem esse Hilarium Episcopum
Pictaviensem, cum Hilario illo Diacono
cuius est mentio apud S. Hieronymum in epi-
stolâ aduersus Luciferianos. Sed alij quidam
eundem hunc Antistitè, cum Arelatensi confusa
actaque eorum confuderunt. Quare si quis
clarius eum intueri ac cognoscere, eius etiam
moret, merita respiciat, scripta insigni erudi-
tione, & diuino referta spiritu euoluat, dicta per-
dat, signaque perenseat.

Quamdiu enim superstes fuit in hoc sæculo
aut scripsit Ecclesiæ fidei documenta, aut paginâ
do hæretica calcavit crimina, aut petenti
miraculorum suffragia, quæ in hodiernum
diem efficaciter perseuerant, præstante Domino
nostro Iesu Christo, qui est benedictus in seculum
in seculum Amen.

PRAECLARVM CERTAMEN S. POTITI
Martyris, ex antiquissimo M. S. Codice, fide digno
ritum. Quod quidem inuicò exegit anno 1154.
ma, Anno Domini 154. Antonini Pij Imp. 11.
Higinij verò Pontificis Roma-
ni 1.

SANCTVS Potitus patre idololatrâ genitus
tam eximia à teneris annis fuit gratia
tus, vt etiam puerulus idolorum vanitate
respueret: nullisque vel blanditijs vel minis
impietatis communionè induci posset. Quæ
virtus

virtute (quam admirari potius debuisset) animique constantia exagitarus Pater, omni humano delirio solacio, in tetrum compegit carcerem, tristicissimum illi, ni dijs sacrificaret, Antonini Imperatoris edictum proponens. Potitus verò ne tantillum quidem edicti severitate à constantia motus, sed insuper oratione gravitatis & prudentiæ plena, patrem à vano Deorum cultu, ad incorruptam veri Dei fidem traduxit. Referunt litterarum monumenta, Potitum conuerso parente, lacerata quadam nube adumbratum, è conspectu omnium subito Hierosolymam translatum fuisse: eodemque momento dæmonem adstitisse in angelum lucis transformatum, qui ad instructam opparè mensam eum inuitabat. Seruus verò Dei inimici fraudes præfagiens. Eia, age, inquit, debitas antè omnia Christo laudes decantemus; qua voce percussus dæmon, priore lucis splendore amisso, horribiles tauri mugitus edens, evanuit.

Patrem ad Christi fidem inducit.

Diabolus ei insidias struit.

Lepræ morbum curat, inuocato Christi nomine.

Sanctus autem ciuitatem Valerianam ingressus, Quiriacam Agathonis Senatoris vxorem, horribili lepræ morbo percussam, Iesu Christi inuocato nomine sanauit. Quo illa beneficio, plebs verò miraculo, mota, ad Christi cōfessionē accessit.

Tunc Diabolus Antonini Imperatoris filiam miserè discerpens, non se ab eius ore recessurum clamabat, nisi S. Potitus veniret. Confestim igitur missus ab Imperatore, Gelasius Præses, ad comprehendendum Potitum, in monte feris multis valatum offendit. Expauit Præses primò, victum tamen ad Imperatorem adduxit. Imperator verò filiam suam & sanandam offerens, se crediturum in Deum affirmabat, si sanitatem consequeretur. Potitus autem haud ignarus subdoli sermonis Imperatoris: Quaquam sciam, inquit, perfidiam

P 3 tuam

Antonini
Imperat. fi-
liam à dæ-
mone libe-
rat.

Antoninus
carrere dæ-
nat.

Miraculum.

Varijs tor-
mentis affi-
citur.

tuam nullo miraculo expugnandam, tempus
men postulat, ut circumstantis populus, Christi
gnalia videat. Quo dicto, præcepit dæmonem
Christi Iesu nomine, ut puellam desereret. Cui
ille Christi virtuti, à Potito impulsus; & populus
sublato ad cælum clamore, Christi diuinitatem
extulit. At Antoninus, totus dæmonum amon-
ac cultu cæcus, populum compescens: Deorum
inquit, hæc est virtus, quibus & honos, & sacri-
cium, & gratiarum actio eapropter debetur. Po-
tum verò, dictis pariter ac factis eam impietatem
execrantem, fustibus cædi, centumq; viginti lib-
pondo ferri oneratum, in carcerem detrudi præ-
cepit. At angelica fatus consolatione, constanter
nimo, perpetuè orationi intentus, cuius virtus
ferrum ipsum, instar ceræ, antè pedes eius deflu-
se scribitur. Undè plenus indignationis Imperator
eductum è carcere in eculeo leuari, ac feris, cum
mè tortum, obijci mandauit. Sed feræ feritatis
litæ, ad eius se pedes prostrauerunt. Incanduit
mò tunc scelestus, clamitans, ut membratim cor-
cibus, canibus obijceretur. Imperio prompti can-
fices, cultros quidem expedierunt, sed Dei virtus
à Potito repulsi in se mutuo verbis pariter & ca-
tris exarserunt. Tunc Potitus, Imperatori præse-
te insultans: Quousq; inquit, aduersus Dei potestatem
miser luctaberis? Populus autem mar-
côstantia motus, repetito clamore, magnum Dei
Christianorum ingeminabat. Tyrannus verò
supplicio ad supplicium confugiens, madefactum
oleo in sartagine fricari; frixumq; feruentis plum-
bi liquore perfundi iussit. Hæc autem non dolens
sed summam ei consolationem præstabant. Imp-
ratori verò tantum animi cruciatum, ut à Potito
doloris sui remedium postulare. Cui Potitus re-

spondit, se cunctis eum doloribus ilico soluturū,
si modo Agnem filiam suam accedere pateretur.
Illo pro dolore annuente, venit virguncula bap-
tismatis gratiam flagitans. Quam ut Potitus gau-
dens impartiuit, virginemque multis hortamen-
tis ad spiritalem lucem roborauit, Imperator
novo furore in martyrem irruens, lingua priuari,
priuarumque in loco Milianus dicto, capite trun-
cari iussit. Tenent monumenta, martyrem lingua
spoliatum, ad extremum vitæ spiritum, clarissima
voce, in Dei confessione & laude perstitisse.

Filia Anto-
nini à Poti-
to baptiza-
tur.

Capite trun-
catur Potitus.

VITA S. FELICIS NOLANI, CON-

fessis, quam S. Paulinus, eiusdem ciuitatis episcopus,
carmine scripsit. Ex quo, Venerabilis Beda, soluta
oratione eiusdem acta ac miracula de-
scripsit; quæ extant apud Su-
rium.

vide Cæf.
Baro in No-
tat. marty-
Rom.

FELIX, Nola Campaniæ oriundus, parætem
habuit natione Syrum, nomine Hermiam,
qui ex Oriente Nola commigrans, fixa ibi
dem sedo, vitam spectata probitate exegit. Præter
Felicem verò, fuit ei & alius filius, eiusdem cum
patre nominis, sagaci ingenio & honorum diuiti-
arumque ad modum cupido. Cuius à moribus Fe-
lix vehementer abhorrens, amplissimas opes sper-
nere, honores contemnere, sui contemptu gaude-
re, paupertatis amore & frequenti orationis stu-
dio maxime delectari. Hinc diuino cultui con-
secratus, Lectoris primum & Exorcistæ officii
tanta virtutis opinione administrare, vt ad
sacerdotij dignitatem euectus fuerit. Ea tempesta-
te virtus Ecclesiæ graui persecutionis tempestate
P 4

14. Ianuarij.
Patria & pa-
rentes.

Fit Presby-
ter.

exer-

Persecutio
in ecclesia.

Maximus
Nola epif-
copus.

Felix com-
prehenditur
& carceri
mācipatur.

Maximi e-
piscopi af-
flictio.

S. Felix an-
geli mini-
stero è car-
cere libera-
tur.

B. Maximū
morti pro-
pinquātem
fouet in de-
serto S. Fe-
lix.

exercebatur; quod columnæ & capita fidei
vincula & necem ferè inquirebantur. Cum
Nolam vsque populabunda tyrannis vagaretur
vt illius vrbs antistitem, nomine Maximū
pietate, doctrina & ætate venerabilem ablo-
ret, eo non inuento, S. Felicem ad gregis cura-
diam ab episcopo relictum, furibunda inuadit.
primū quidem constantia illius blanditijs
tata, inde minis. Sed vt iusque contemptorem
ctoremque, scelerati, in tenebricosum trusere-
cerem, graui vinculorum pondere oneratum.
ne qua strenuo bellatori requies daretur. Ar-
in pauimento testarum fragmentis, neruis pet-
arctauerunt.

Porro antistes in montium latibus pro
rum salute in oratione & lachrymis perurgit.
dira fame ac frigore cruciatur, vt mortem
ximi beneficij loco inuocaret. Perstabat nihil
minus in tribulationibus inuictus, quem pro
bonitate misericors non despexit. Nam nobis
concupia, angelus Domini mirabili luce con-
cans, Felici in carcere apparens, vincula excutit
liberumque vna secum abire iussum, ad fontem
dum antistitem in desertum dimisit. Felix mi-
culi magnitudine & beneficio alacrior, perrexit
ocys, peragransque, viarum incertus, varia
yalta eremi loca, tandem virum sanctum mon-
astium inuenit. Gelida membra & longa inedia
exhausta supremū egrè trahebant spiritū, cum Fe-
lix crebro oris sui anhelitu, abditū calorem susci-
tare conatur. Cumque frustra in re deplorata la-
boraret, quod reliquum erat, ad caelestem contu-
git opem: atque preces inter & lachrymas, depre-
dentem in sentibus vidit vnam, cuius succu
lutari moribundi fauces refrigerata fuere.

Splatum dein suis humeris Felix languentem
 domum portavit, nec minori industria à grassan-
 tium furore infidelium, quam ab adversa valetu-
 dine preservavit. Reddita verò Ecclesie tran-
 quillitate B. antistes è latebris prodicens, prostra-
 tos adhuc timore suorum animos, verbo exhorta-
 tionis erexit, solidavitque contra tempestatem
 imminentē, Nec enim procella persecutionis ita
 deferbuerat, ut non paulò post multò gravius ex-
 argeret. Querebatur ad necem Felix nota vir-
 tute ac fide sacerdos, qui èd forte momento plebi
 concionabatur. Igitur concionantem strictis certa-
 tim petunt mucronibus; sed propinquantes densa
 celitus involuit caligo: prorsus ut notū anteà, mi-
 nimè agnoscerent. Undè furore & amentia ebrij
 Felicem inelamant ipsumq; Felicem infelices de
 Felice interrogant; Felix verò se nescire Felicem,
 hoc ineptè respondit, nemo enim seipsum facie
 novit. Illi verò vagabundi, obvios quosq; de Feli-
 ce percunctabantur; quibus cum vnus diceret, se
 rectà eos ad hominem perducturum, concito gra-
 du præsentem Felicem est insecutus, sed minimè
 cõsecutus. Felix enim in locum quendā vetustate
 collapsum, & muri tantum semiruri fragmine
 sepum secessit. Antè verò quam scelerati larro-
 nes appropinquarent, fortè aranea in ipso limi-
 ne confestim telas suas contextuit; expansoque re-
 si. larunculos eam in mentem impulit, ut crede-
 rent hominem èd minimè penetrasse, vbi tam se-
 cure araneæ agerent. Itaq; presso gradu, inducto-
 re suū, quo se delusos exultimabant vindictæ cu-
 piditate exarserūt. Ita B. Felix muro aranearū cõ-
 tra hostiles impetus fuit defensus. Undè pulchrè
 ac verè cecinit S. Paulinus. Cui Christus adest, ara-
 nea murus fiet; Cui verò abest, murus aranea fiet.

Recrudeſcit
persecutio,

Servatur di-
gnitas à
pece Felix.

Dictum S.
Paulini.

P 5 Hosti-

Hostibus igitur hac Dei prouidentia delusus
sanctus secessit in locum inter ipsa ædificiorum
tecta secretiorem; ubi solitarius toto semestri

Vinit Soli-
tarius toto
Semestri S.
Felix.

Deo egit; q̄ miro etiã & inquitato eũ modo pau-
Nã matrona quãdã rarã pietatis, toto illo tẽpore
ignara cibos ei ministravit, facta .n. in excen-
mentis ad Cõfessoris habitaculũ excurrerebat, &

Pascitur mi-
rabiliter.

limẽta deponerebat, quib. securẽ vir diuinus vesti-
batur. Verũ cisterna potũ p̄bebat. Expleto autẽ
temporis curriculo, cęlesti monitus oraculo
publicũ prodijt, p̄stratã multorũ fidẽ salutari-
pestatis, verbo & exẽplo erecturus. Demortua
terim antistiti, plebs vniuersa Felicẽ in dignitate

Petit in
Episcopũ.
sed recusat.

succedere voluit. Concurrerãt in eũ vota omnia
sed ipse calmẽ dignitatis subterfugiẽs, honorẽ
Quintũ detulit: sibi onus docẽdi reseruauit. At-
bat. n. miro sanẽ eũ humilitatis, tũ pauperũ in
dio, ita vt paternã hęreditatẽ sanẽ opulentã per-
cutionis tẽpore ad iniquos hęredes translatã

Cõtemptus
diuitiarum.

quã recuperare, immõ ne ad mentẽ quidẽ ad-
tere voluerit. Affines enim & amicos importu-
monitis ac precib. instantes, atque vrgentes, in-
locupletem hęreditatem, eamque paternam con-
temneret, respondisse fertur.

Amator vo-
luntarię pa-
upertatis.

Absit vt res terrenas, quas cęlestium bonorum
contemplatione semel contempsit, quasi hac
nus sufficiant, vlla ratione reposcam; quin potius
pauper spiritu sequar̄ IESVM, quõ opulentiam
regni cęlorum dona percipiam; nec diffidẽ-
dum, quin ille, qui me & vinculis, tenebris
diri carceris eripuit, & ab hominibus secre-
tanto tempore pavit, etiam cætero vitę spa-
iactantem in eum cogitatum suum enutriet. In
animo beatus Confessor abundẽ in Christo
ues, tria tantum iugera ruris modici, eaque

ducta hortulūque vnum proprii iuris, vnde vi-
 uerit habuit. Sed & vtraque, ne vno quidem famu-
 lulo aditus, propria manu coluit; fructum au-
 tem lux messis aditum cum pauperibus semper
 communicauit. Eandem autem & in habitu parsi-
 moniam vir beatissimus sectabatut, ita vt simplici
 tantum vestimento, & quod nunquam vel sibi suf-
 ficeret, esset contentus; si quid verò superesset, pau-
 peribus erogabat; & si forte aliunde contingeret,
 vt gementum haberet vestimentum, mox nudum
 meliore resouebat.

Vestitus eius

Tali ergo pietate vir, & nomine & merito Fe-
 lix, plenus dierum & bonorum operum defun-
 ctus est, & ad aeternā gloriam angelorum ministe-
 rio translatus, cuius eximia sanctitas, tot tantisque
 miraculorum signis atque prodigijs toti mundo
 enotuit, vt ea nemo quantisuis eloquentiæ viribus
 pollens, pro dignitate vel minima explicare pos-
 set. Erat ibi quidam rusticus pauper rebus, sed fide
 integer, qui angustam pauperiem duorum solum-
 modo bouum possessione sustentabat; quos cum
 multa inops cura deligeret atque feruaret: quadā
 nocte furto ablatos perdidit. At manē factō cum
 miseriam suam intellexisset, & ab omni spe in-
 uentionis deiectus esset, rapido cursu Ecclesiam
 sancti Felicis petijt, ibidemque ante fores sacræ
 domus prostratus fixo in terrā vultu, Felicem vt
 sibi boues perditos redderet, obsecrauit, testatus
 multis cum lachrymis, se inde, nisi boues recipe-
 ret, non recessurum. Quod cum toto die, voce
 quidem rustica, sed mente fidelissima fecisset, su-
 perueniente vespere, sacris propulsatus ab ædi-
 bus, totamque noctem continuus in lamentis
 duxit peruigilem. Cumque hoc modo, nocte
 concubia, excitante se suo dolore ac paupertate
 per-

Miraculū
 post obitum
 illius.

peruigil iaceret, contigit (dictu mirum) subito ad eius ostium venire, reditumque venienti & importuno pulsu significare. At ille more correptus, nō iam boves suos, sed fugiens adesse credens, fores referare pertimuit: nec illi mugitu suo se esse demonstraret. Tunc homo incredibili gaudio exiliens accurret, utrisque bobus, primo mane redditori suo debentem rependere gratias festinavit, assumptisque bobus ad ecclesiam S. Felicis, omnibus illorum beneficiis, beneficia quæ à sancto percepta letabundus narrauit. Et quia assiduo ploratorum aciem non minimum læserat, huiusmodi detrimenti solatium à beato Felice querere cepit, sicque duplici cælestis gratiæ munere eius domum redijt.

Vix credi potest (superat enim humanum) quot Deus per S. Felicem sit miraculatus; adeo enim increbuit fama virtutum eius, ut ab extremis orbis finibus ad sacrum eius sepulchrum fideles supplices aduentarent. Obdij hoc ipsum sanctus Augustinus Epistola 137. quod de eodem agit lib. de cura agenda pro mortuis cap. 16. Itemque sanctus Damasus in carta quod de eo scripsit, vota persoluens hæc præcetera:

*Qui ad te sollicitè venientibus omnia prestat,
Nec quenuquam pateris tristem repedere viam,
Te duce seruatus, mortis quod vincula rupit.*

Erat & Romæ celebris solennitas S. Felicis Confessoris, in cuius die natali in eius Basilica S. Gregorius Papa habuit homiliam 13. in Evangelio scribit etiam de eo Gregorius Turonensis lib. 1. gloria mart. cap. 104.

MARTYRIVM SS. TRIGINTA ET
 octo Monachorum in monte Sinai; itemq; quadragin-
 ta & trium, in Raithi regione; à S. Nilo abbate con-
 scripta. Qui crudeliter à grassantibus Barbaris &
 Saracenis trucidati sunt Anno Anastasij Imp. 9.
 qui fuit Christi Saluatoris

499.

FERA & barbara planè gens, omniumque
 disciplinarum experta. eam incolit solitudi-
 nem, quæ ab Arabia ad Aegyptum vsque ru-
 bro mari & Iordane, hinc inde terminis distendit.
 Solo gladio victum sibi queritans, vitam cõ-
 tra insopiam tutatur. Nam aut venatu; aut scelera
 ta manu prædas ingentes agit. Si verò in his no-
 ueracem vident fortunam, quod proximum est,
 immanis voracitatis hominis, camelos suos ma-
 chant in cibos, quorum carnes tepido igne exco-
 ctas, ita vt sola durities dentibus cedat, canum in-
 star, deuorant. Ignara verà pietatis & diuini cul-
 tus, astro matutino cælestes honores deferunt: ei-
 que orienti, spoliõrum optima quæq; in sacrificium
 litant. Sed puerorù ætate & forma præstâtium sa-
 crificia præcipua; quos nullis flectèdi lachrymis
 vel precibus immani crudelitate immolant. Pu-
 erorum autem in opiam, c. melus albo colore &
 robore ceteris præstantiore supplet, quem humi
 stratum flexo poplite trina vice circuedunt, cum
 dilsono modulamine cantici cuiusdã in laudem
 alicui matutini compositi, quod primarius ætate
 honorabilior, distincta voce præit. Tertia verò
 circuntione facta, cum extrema hymni parte di-
 stricto ense camelum fauciat, & fluentem ex vul-
 nere sanguinem magno studio gustat. Tum reli-
 qui gladijs furibundi accurrunt, & alij quidem
 partem

Vide Czf.
 Baro in No-
 tat. marty-
 Rom.
 & Tom. 6.
 Ann.

14. Ianuarij.

Barbara &
 immanis
 gens.

Solem pro
 Deo colunt.

partem aliquam pellis excindunt, alij frustulis rapiunt, alij dissecto ventre, illa cum exu-
uellant, reliqui ossa confringunt, eaque om-
nino canina planè feritate deuorant. Et hi quidem
barorum ritus, hæc vitæ & religionis studia
pro iumentorum, quæ innumerabilia alunt, co-
moditate, locis loca frequenter commutat.

In altera autem solitudinis huius parte, ali-
genus hominum degit, qui summa animi
fuetudine præditi, & excellenti vitæ integritate
ornati, cælitum in terris vitam imitantur, in
omni corporis consuetudine remoti, ut parum
menti vsum nouerint, sed vel crudis oleribus
baccis famem depellunt, vel atro siccoque
corporis vires sustentant. Alij totos septem
ieiuni permanēt, alij trium quatuorve dierum
edia carnem macerant. Alij qui tanto robore
diti non sunt, post solis occasum corporis necesse
tati consulunt. Et hi quidem omnes tanto cari-
tatis vinculo inter se nexi sunt, ut omnem san-
nis communionem longo interuallo se-
rare videantur, Et ne qua ratione, illa qui
cum Deo assiduam habent per amorem reueren-
lestium, consuetudo interturbetur, habitatio
à se inuicē viginti & eo amplius stadijs distans
habent. Diebus autem Dominicis, in vna omni
ecclesiâ conueniunt, ut pari pietate Deum im-
cent, & cælesti communionem nexum fraterni-
cietatis arctius conglutinent, mœuamque beneu-
lentiam foueant. Philosophia eorum prima
præcipua ut turbulentos animi motus cōpel-
& res cælestes summa tranquillitate apud cogi-
tationes suas perpetuo voluant.

Itaque hoc sacro sanctorum coetu vna animo

Eremitæ.

Eorū cibus.

**Charitas
eorum.**

**Diebus do-
minicis cō-
ueniunt.**

rum confessione die quadam diuinas landes in
Ecclesia celebrandæ, gens illa, quam diximus, for-
tè aduenit, prædandi auiditate furibunda. Et pri-
mò quidem insatiabilem, profundumque ven-
trem semper esitando cibus distendit; indè edu-
ctos ex ecclesia sanctos miro ordine ad necem or-
dinavit. Qui sacris præerat, & cæteris, cum ætate,
cum moribus venerabilior, apparebat, iussus cer-
vicem extèdere, vultu intrepido ac hilari paruit:
mortè magni beneficij loco excepturus. Sed cum
duo latrones animi causa, prò scelus, enses vibra-
rent, seseq; vel maximè innocentis sanguinis fu-
sione oblectare cuperent, vnus post alium acina-
næis sui bonitatem in sacro sancti istius corpo-
re expertus est. Et primus quidem enses capu-
lo tenus integrum immisit: alter humerum
ad mammillam vsque discidit.

Sanctus verò constanti animo occumbens,
pro sola sui corporis nuditate ingemiscebat;
quam mox eximius quidam splendor oculos a-
stantium perstringens texit.

Post illum, alium quendam & ætate & virtute
profectum adduxere, cui vnus è Barbaris, vt fru-
ctus in terram effusos colligeret, imperauit. Qui
mira alacritate, vt grato obsequio, impendens
mortis periculum declinaret, paruit. Sed nihil
hoc flectere potuit Barbarâ immanitatem. Nam
alius quidam clam enses strinxit, eumque ma-
gnis viribus in thoracem ab hepate vibrauit; ita
vt protinus anima corporeis vinculis soluta, ad
beatorum gloriâ læta mente migraret. Tunc Barba-
bari reliquos, incertum qua ratione abigerunt, eisq;
manu, vt se fuga proriperet annuere. Ego autè qui
vnico cum filio sanctorum Patrum vestigijs insitens
eremum

Barbari mo-
nachos san-
ctos inua-
dunt.

Sacerdos
immaniter
ab ijs truci-
datur.

Alium quẽ-
dam occi-
dunt.

eremum colebam. oculos nunc in hanc, nunc
 rō in illam partem conijciens, dubius eram
 mi, vellemne mihi turpi fuga salutem, quæ ad
 ram est, quærere: an verò cum alijs in præli
 certamine vitam profandere. Tandem tacito
 lorum nutu filij mei, quem mecum in solitudine
 & virtutum omnium exercitatione commiseram
 sumpteram. semel atque iterum, ut me celeriter
 eriperem, monitus parui: & nescio quomodo
 montis cacumen perueni. Captiuitas enim
 mei discruciabāt animum, & rursus capere
 stare periculis impellebat. Sors insuper
 qui præclara morte victoria potiti erant, ad
 le virtutis certamen subeundum vehementer
 cendebat. Interea Barbari plurimis crudeliter
 terfectis, & vniuersa penè solitudine popula
 cceptum carpebant iter, nobisq; liberum ad
 tem, in quo occisorum corpora prostrata
 accessum præbuerunt. Tunc nos alios quidam
 interneccionem deletos, sanctum autem Theo
 dum spirantem adhuc inuenimus. Qui mori
 dis nos oculis intuens, supremā hac voce con
 batur; O fratres, o serui summi Dei, nihil vobis
 casus conturbet, nec de mentis constantia desinat.
 Nolite pusillo & abiecto animo furorem eorum
 qui nos his præmijs afficiunt, extimescere. An
 noratis, hæc omnia ad maiorem gloriæ cocor
 à Deo nobis obuenire? Hæc dicens osculo præ
 tes salutauit, & beatam animam creatori tradidit.
 Nos autem multis lachrymis funus prosecuti,
 cæteris terræ mandauimus. Horum nomina, quæ
 hoc certamine defuncti fuere, sunt Paulus &
 annes, & qui beatam inter nostras manus
 efflauit, Theodulus presbyter.

Nilus fugit.

*Theoduli
 moribundus
 adhortatio.*

*Theodulus
 presbyter
 moritur.*

Interea dum funus moesti curaremus, quidam

e castris, anhelo adhuc spiritu, & animo nimio
 terrore correpto, ad nos peruolauit, rogatusque
 quomodo effugisset: Me, aiebat, & tuum filium,
 in cena loquentes, denunciabant fore, vt diluculo
 altro sacrificarent, Ego autem in tenebris, cum
 omnes nimia ebrietate sepultos vidissem, hui
 primum reptans ex eorum me conspectu proripui,
 deinde a castris parum remotus, incredibilis
 celeritate ad hunc scopum contendi. Meis
 aen oculis adhuc ingens metus crudelitatis Barba
 rorum insidet, scelerataque eorum facta penè in
 stuporem me adducunt. Vidi enim his oculis, vidi
 inquam eos homines membratim discerpere. Vidi
 tantam in moribus truculentiam, tantam in in
 genio fraudem, vt vel ad solam memoriam toto
 corpore contremiscam. Duos ephebos iuuenes,
 longa captiuitate miseros, aduocabant, eisque vl
 tro certam libertatis spem ostenderè videbantur.
 Animos igitur eorum cupiditate accendebant, se
 sequere ad iter accingerent, hortabantur. Et ne a
 Jiorum scelere circumueniri possent, comites,
 qui eos in tutum deducerent (prò scelus) adhibe
 bant. Iuuenes igitur incredibili gaudio, propter
 inoperatam salutis spem, elati, iter faciebant, cum
 que iam pedem omnem extra periculum habere
 videbantur, scelerati comites strictis gladijs mor
 tis metum crudeliter intentare, & filium in con
 spectu patris maculare, atque concidere, præcedes
 que omne gaudium cumulado supplicio foedare.
 His spectaculis gens fera & Barbara à curis graui
 oribus laxabat animum. His oculos magna vo
 luptate pascebat.

Quidam ef
 fugit Barba
 rorum ma
 nus.

Nota Barba
 ricam terro
 ritatem.

Fraus Bar
 barorum.

Disciplina
 Barbarorum
 qua teneros
 suorum ani
 mos imbu
 unt.

Quin etiam pueros à primis annis, hac ferita
 tet, tanquam disciplinis optimis imbuunt. Cum
 quodam tempore in cœna epulis suo more in
 structis

Q

structis accumberent, iuuenem quendam de
uorum numero aduocârunt, cumque benignis
verbis ad pocula inuitarunt, & patri, cuius filius
alterum paulò ante maetauerant, vt filio pro
bat imperarunt. Ille autem, quamuis facinus
mortis metu. pænè interclusis, potum exhaerens
crudeles mentes ad eadem prouocare videtur.

*Crudeli-
sima pueri
caedes.*

Hauisto autem potu, protinùs iuuenis quidam
primum crudelitatis suæ facinus exercendū
sus est. Et quidem ne naturæ instinctu ad
cordiam aliquam flecteretur, manusque labo-
rent. Bacchico primùm furore se ingurgitans
indè vtraque manu gladium vibrans, caput
putare nifus est, sed cum ossium durities
cûs frangeret, lateri capulo tenus abdidit.
Tunc, quasi re ex animi sententia gesta
manuq; in aëra ensē quatiens, magno rifu
ex actione hauserat voluptatem, indicauit.

His epulis rebusque ludicris satiati, ad
montes cõtenderunt, & per loca aspera & dis-
lia, tandè ad fontem quèdam aquis dulcibus
& saluberrimis scaturientem deuenère. Hanc
igitur dulcedine & loci etiam amenitate
se rursus ad epulas & choros celebrandos
ponere. Cumque saltantes suis fontem illum
dibus celebrarent, vident in latere montis
quoddam domunculæ vestigium; quò vno
tu cursum dirigentes, virum quendam specul-

*Venerandus
Eremita la-
pidibus ob-
ruitur.*

habitu venerandum reperiunt. Hunc magnos
nes clamoribus circumstantes, vultu animos
intrepidum ad petram quandã protraxerunt,
demque sua voce pœana decantantes, quia
mes aduolârant, lapidibus obruerunt. Indè
parum digressi, alterum quendam macie
lore confectum, qui primo aspectu aperta

Item alius.

neoz & sanctitatis vestigia præ se ferebat, simili humanitate interfecerunt.

Non multum procefferant, cum locus quidam herbarum & arborum viriditate amœnus eos invitavit; ad quem celeritate qua potuerunt maxima, cœdentes, in adolescentem quendam præclaris admodum virtutibus, & eximia animi magnitudine præditum inciderunt. Is cum in perangusto speluncæ ostio latitaret, nec foras egredi voluit; nec ut servaret vitam suam, (hoc enim polliciti erant) latentia quædam in solitudine monasteria ostendere. Quid inquit, ad eonem pusillo & abiecto animo me esse creditis, ut omnis præcedentis vitæ labores brevissimæ huius vitæ amore cõtaminare velim? Aut mortem, ita me horrere existimatis, ut eius metu sanctos fraterno amore mihi coniunctos vestræ crudelitati prodam? Quare cum plane vobis denegetur id quod speratis ne cunctemini, quæ vultis facere. Ego autem speluncæ meæ ostium non egrediar, nè me aliquando nudum subfaneris. Neque enim ipse unquam corporis mei nuditatem conspexi. Intus moriar, ut hæc cauea quæ virtutis sudores accepit, mihi sepulcrum sit. Hæc dicendi libertate, Barbari in furorem versi, certatim in eum impetum dederunt, tantisq; vulneribus conciderunt, ut nulla omnino corporis pars gladijs eorum scædanda restaret. Post eum, tres alios in solitudine obuios habuerunt, in quos eadẽ adhuc spirantes scelerati, summa crudelitate inuecti sunt; ut acri vindicta, eam, quam à præcedente martyre acceperant verborum iniuriam, lenirent. Tenebant adhuc enses cauido & exhalanti sanguine inquinatos, cum duobus ex adverso monasteria contemplantur. Nec mota, tota præda, quam antè collegerant, in regione

Adolescentis eremita insignis cõstantia.

Insignis pudicitia.

Trucidatur.

Item tres alij.

Q 2 reli,

relicta, deuisi ad utrumq; processerunt. Et quorundam
eos, qui erant ad austrum, qua crudelitate inuenerint,
incertum habeo. Ex ijs autem, qui erant ad boream
clima boreale, vnus audito eorum aduentu, sibi salutem
quarere maturabat: sed ipsi sepe tem conspicati,
iaculis transfixerunt. Cumq; propinquiores facti,
spirantem adhuc & animam inuentam inuenissent,
inaudita feritate a pectore thoracem dissectum,
pedibus culcauerunt. & inuicem raria adhuc per
dissectionem viscera. & inuicem circumfusa delacerarunt.

Item alius iaculis con-
figitur.

Posthac, ego quidem aufugi, filio autem
quid factum sit, ignoro; nisi quod mea fugam
stimem illi acerbiora parituram supplicia. Et
sanè vnus doloris scrupulus me conturbauit. Et
do equidem, quod iam dudum nimio dolore
fectus occubuiffem, nisi mulieris cuiusdam
rãda placidè & diuina virtus me contra acerbitatem
huius magnitudinem mirificè cõfirmasset. Quam
tem erat adolescentis istius genitrix, qui genitricem
so & inuictò animo in spelunca occubuerat. Quam
quam enim illa filium glorioso certamine
fectum intellexit, protinùs se splendidi
vestium cultu in conspectum dedit. & animam
tuque ad lætitiã haud vulgarem compo-
nus in cœlum sustulit, & profusus prænitens
dio lachrymis immensas creatori gratias
Neque enim dicebat, te, ò fili mi, vt mortuus
gebo, sed quod ab omni peccati periculo liberatus,
cælos fœlici certamine conscenderis, lætiter-
ternã prædicatione celebrabo. Et inter alia
nam tuum corpus pluribus concisum vulceribus
fuisse; scio namque pro plagarum numero
cedis amplitudinem in cœlo tibi repositam.
Et nunc quid ego? Nunquid quia charissimè

Exemplum
admiranda
in foemina
constantia.

orbata sum, miseram me esse existimabo. imo vero inter omnes matres foelicissimam, quæ talem Deo dignum athletam genuerim.

Hæc ego foeminea virtute confusus, pueri casum lamentari destiti, & admiratione tam excelsi animi comotus, pusillanimitatem meam acriter caligavi.

Interea ij qui Pharan incolebant, & cum Rege Barbarorum confederati erant, cum tam ingen-
tem suorum cladem, rupto per summum scelus
induciarum foedere, auditione percepissent, mi-
serunt ad eum qui de illata iniuria conquererentur
& satisfactionem postularent. Rex audita suorum
crudelitate, præ se tulit grauisimè se suorum sce-
lere offensum esse, & paratum, debitum de perfidi-
is supplicium sumere. Quin etiam omnia, quæ
per vim & fraudem ablata erant, se redditurum
confirmabat. Nec mora, legati statim donis &
muneribus instructi ad violata pacis foedera re-
nouanda missi sunt. Nos autem hac spe confir-
mati, securè nos in viam dedimus. Sed octo die-
rum iter emensi extrema aquæ penuria laborare
cepimus, eaque penè deficientes, fontem inqui-
rere coacti sumus, nisi præsens mortis periculum
incurrere vellemus. Ego itaque lentè gradum fa-
ciens, fontem ad collis dorsum conspicatus, eò
properavi, sed mox Barbarorum in insidijs ibi-
dem latentium multitudine oppressus, captiuus
abductus sum. Non tamen hæc inopinata captiui-
tas animum deiecit, vel minima ægritudine affe-
ctum conturbauit. Sperabam enim fore vt vel fi-
lium cuius vehementi desiderio tenebar, à mise-
ra captiuitate recuperarem, vel ipse in captiuita-
tem ductus, assiduo eius aspectu animum oculos-
que pacerem, vel postremo, quod reliquum erat,

Q 3 vitam

Legatio eo-
rum qui Pha-
ran incolunt,
ad Regem Bar-
barorum.

vitam hanc miseram, illorum crudelitate, et
beata morte mutarem. His ego cogitationibus
rifice confirmatus, malum, quo grauius preme-
bar, leuius tuli, donec Barbari à nostris copiosius
superuenere in fugam versi sunt. Nos igitur in
periculo & presentis mortis metu liberati, ce-
rum iter alacres prosequuti, post quatuor dies
spatium, in castra deuenimus. Et continuo legati
ad Amanem (hoc Regi Barbarorum nomen est)
introduci, responsum ab eo beneuolentia
num tulerunt.

Amanes rex
Barbarorum.

Hæc ego Nilus audiens (quem filij mei
duli salus suspensum tenebar) ingenti cura
licitudine premebar, ut aliquid vel de eius
vel morte certius cognoscerem. Cum que-
rijs de salute eius, corde tremulo quæsiuissem
dem eum in ciuitate Eluza quidam uenudat
tellexi. Nec mora: ad senectutis meæ oblitus
dibus contendi, & filium post longa suspensa
dura captiuitate miserum, ut suspicabar, sed
dam sacerdoti Christi, optimis moribus, & ex-
lenti uitæ integritate prædito coniunctum inueni.

Eluza ciui-
tas.

Quo viso, incredibili gaudio penè exanimatus
coccidi. Accurrunt alij & humi sublatum fouent
fouentque, donec resumpto spiritu uerba fove-
re possent. Tunc nouo filij mei conspectu refectus
de omni rerum statu percunctari cepi, atque ha-
tatus eum sum, ut diuturna captiuitatis suæ
ex ordine panderet. Nam sicuti post morbum
nitas mirè lætificat, ita post malorum omnium
liberationem, eorum recordatio, magnam
luptatem cum singulari utilitate coniunctam
habet.

Nilus ex
gaudio filij
in deliquitum
cadi.

Tum filius à profundo pectoris gemitu er-
sus. Quid iuuat, inquit, o pater præteritorum
pater

nium malorum reminisci? quid proderit truculentos sceleratorum hominum vultus atque manus, quas in nos crudeliter exercuerunt, ad memoriam reuocare? Sed quoniam paterna me auctoritate vages, libens tuis parebo mandatis. Ea tamen quæ Megadonis filius tibi narrauit, silentio præteribo. Visum erat Barbaris nos dijs sacrificare iamque omnia, ara, ensis, libamen, phiala, thus, parata erant, cum ego imminenti mortis periculo, quæ ob oculos versabatur, admonitus, me totum Deo commendabam, humique prostratus, terram assiduis rigans lachrymis, nihil de præsentis vita sollicitus, Deum precabar, ne me à beatorum spe & expectatione confunderet. Cumque hoc modo spiritum infinitis angustijs oppressum somnus corripere, non prius quam lucifer suo ortu tenebras fugaret, euigilaui. Et sanè euigilans nescio vel ubi eram, vel quomodo me ex tumultu, quem auribus hauriebam, tempestiuè proriperem. Barbari enim, quod hora eorum sacrificijs opportuna iam præterisset, varijs inter se clamoribus tumultuabantur, & quod alterum præsentem non viderent, acriter disceptabant. Tum ad me conuersi, blandis omnino verbis præter eorum consuetudinè, de altero quæsiuerunt. Quibus ego, cum nihil de illo me scire respondissem; neque minas neque vllum iracundiæ signum ostenderunt: sed summo facto silentio quieuerunt.

Post hæc, ad vicum quendam, cui nomen Subaita deuenimus, ubi cum me venalè exposuisset, nemo qui iustum offerret pretium inuentus fuit. Tum Barbari furij accensi, nudum me planè ante vicum stauerunt, atque strictis gladijs mortem, nisi emptor aliquis inueniretur, mihi minantur. Ego autem tam dira comminatione percussus, supplices

Q 4

ad

Narrat Theodulus quæ de ipso Barbari statuerant.

Vicus Subaita.

Barbari Theodulo mortem minantur.

ad emptores manus cum lachrymis tendebam
rans atque obsecrans ne vellent vitam meam
iguo pretio viliozem habere; & ne recedam
sanguinem meum de manibus Barbarorum
mere; spondebam me pretium ijs bona fide
tuturum; & nihilominus perpetuo seruitutis
culo obstrictum iri. His precibus quidam
misertus, ægrè tandem me ab imminente
per soluto, quod postulabant pretio, eripuit,
hanc quam vides libertatem abduxit. Hæc
dem ego passus sum pater, his per sanctus per
lis, mille mortis dolores superavi. Tum ego
fili mi, grauiora ipsa morte supplicia tulisti.
duus enim mortis metus, grauiorem doloris
sum infligit, quam breuis membrorum omnia
dissectio. Sed singulari Dei beneficio factum
istimo, quot tot tantisque mortis periculis
ratis, patri redditus sis. Ego enim in tempore
us afflictionis, perpetuo singularis continentis
voto me Deo obstrinxi, si te aliquando viuam
ciperem. Nec sefellit expectationem meam
minus. Nam voce cælitus dilapsa audiueram.
bilibet Dominus, stabiliet verbum; quod egres
fuit ex ore tuo. Et nunc fili antè omnia promissum
quod diuino responso confirmatum fuit, cum
erate explendum est: ne Deus, qui violata promissio
fionis vindex est, maiore nos calamitate inuoluat.
Rectè & sapienter dicis ò pater (inquit pater)
quia ego maximum huius beneficij percepi fru
ctum, tecum prompto & alacri animo labores
suscipiã, & promissi per omnia socius ero. Deus
autem debitum nullum, quod nostras excedit vi
res, à nobis exiget, nec labores virium nostrarum
imbecillitate superiores requirit. Et hæc quidem
ita se habent.

Votum sub
cōditione.

Episcopo

Humanitas
Episcopi.

Episcopus autem illorum qui illic erant, vir pietate & religionis opinione admodum clarus, postquam nos à priori afflictione verbis suavissimis recreasset, vnicè nos rogavit, ut quod reliquum erat vitæ, apud illum diuinarum rerum studio transigeremus. Et nè, propter persolutum pretium, vim adferre, vel aliquid sibi iuris in nos vendicare videretur, integram nobis libertatem, saluis rebus omnibus, concessit. Et quia diuino obsequio, partim ex præcedenti vitæ instituto, partim ex voto mancipati eramus, ad sacrum sacerdotum munus suscipiendum vel inuitos compulit. Nos enim hatus ministerij dignitatem perpendentes, eo nos indignos reputauimus, ut quod nostris esset viribus superius, & vix solis sanctis, quòd ad vitæ gerenda rationem attinet, conueniret. Hoc ergò sacro sancti ordinis munere vel inuiti affecti, cum donum proficisci liberet, liberali nos persecutus viatico, & cælestis gratiæ benedictione munitos dimisit. Cui certè, præter alia eximia humanitatis collata in nos beneficia, vitam filij mei, ab impendente mortis periculo liberatam, acceptam referre debemus.

Sancti viri
vt se sacerdotio indignos putarint.

VITA S. IOHANNIS CALYBITAE, ex Simeone Metaphraste conscripta. Claruit autem temporibus Leonis Imperatoris, qui regnavit Anno Incarnationis verbi 457. & sequentibus. Extat verò peruetusta ac nobilis memoria eiusdem, Roma, in Insula Tiberina.

Vide Cæf. Baro. in Notat. marty. Rom. Item Tō. 6, Annal.

FUIT in vrbe Roma temporibus nostris 15. Ianuarij, vir quidam Eutropius, cum diuitiarum gloria, tum verò opinione rei militaris adeo præ-

Q 5

Ioannis Ca-
lybitae par-
tes & patria.

præstans, vt Romano exercitui cum dignitate
ma præfectus esset. Hic ex coniuge sua Theodor
tres insigni virtute filios suscepit; è quibus duo
Reipublicæ gubernacula prudenter ac liberali
tractanda destinati sunt; tertius verò quem soler
nem appellabant, ad artium maximarum disci-
plinas, propter ingenij excellentiam, magno
rentum studio adhibitus fuit. Is verò tantos
decimo ætatis suæ anno in literis progressus
buit, vt tum in omni philosophiæ genere excell
ret, & varijs dicendi luminibus, res obscuras illu-
straret. Erat autem incredibili in perseverantia
boribus duritie præditus, ad eò vt omnes ad
centis perseverantiam obstupescerent. Accidit
vt eodem tempore Abbas quidam Hierosolymitanus
iter habens ad domum illam, quam Iohannes in
diorum gratia incolebat, iter haberet. Cuius
habitu & rara pietate motus, postposito potius
ab eodem quæsiuit, quis esset, quò pergeret, quò
genere philosophiæ animum excoleret. Cui Iohannes
bas, pro iuuenili captu monasticæ vitæ dignitate
tem explicauit, & flagrantem pietate animum
ardentius pietatis studium incitauit. Porro Iohannes
hannes ingenita quadam virtute ad præstantissimam
ma quæque incitatus, apprehensa Abbate de
tera seorsum duxit: seque tam eximie disciplinam
apprimè studiosum aperuit. Quin & oblectamenta
est, vt à reditu se ad monasterij claustra abdu-
ret, & cælestis philosophiæ disciplinis informaret.
ret. Nam dicebat, vt vitæ huius oblectamenta
mundi voluptates omnes, vanas planè & inanis
reperio, ita totam beatæ vitæ rationem in Christi
seruitute constitutam inuenio. Manet immo
menti sententia, speretis diuitijs & honoribus

Ioannes re-
ligionis a-
more infla-
matur.

Christi paupertate ac disciplina delectari. Quare te oro, Abba, fac me voti compotem cælestium rerum amore flagrantem. Abbas tam admiranda adolescentis & prudentia & pietate delectatus, nihil non obtulit; spondens se post reditum, volente Deo, abundè illius votis facturum facis.

Interea adolescens ab humana philosophia ad cælestem transiens, codicem Euangeliorum à parentibus haud difficulter obtinuit; qui ut filium tanto eruditionis amore accensum magis magisque incitarent, exhilararentque, librum aureis firmari claustris, & mirabili gemmarum splendore exornari curarunt, quæ lenocinia, intentum illius animum recondito thesauro, nihil, ut aliàs in alijs fieri solet, mouerunt: sed rectà euntem potius prouocârunt, ad internum hominem vero virtutum splendore excolendum. Cui rei dum sæcula mente intendit fortè Hierosolymis adfuit Abbas, quem incredibili animi sui gaudio Iohannes excepit. Atque ut venientem lætabundus amplexabatur, ita, nè ab recedentis amplexibus, matris fortè lachrymis ac precibus auelleretur, consilium captauit, ut clandestinam fugam inirent. Placuit hoc singularis ardoris atque pij desiderij responsum Abbati. Quare ad summis ripam contententes nauem conduxerunt, qua ad eorum monasterium qui Accœneti vocantur, perueherentur; eaque paucis post diebus clam conscensa vela dederunt, & prospero cursum ad monasterium delati sunt. Tum Abbas Iohannem Archimadritæ, ut eum in numerum reliquorum fratrum ascriberet, obtulit. Qui quamuis præclara iuuenis indole & famâ virtutum

Abbas Hierosolymis redit.

Clam fugi-
tè patriæ.

ychel-

Nota prudē-
tia antiquo-
rum patrum
& difficulta-
tem admit-
tendi quem-
libet in mo-
nasterium.

Instantia Io-
hannis.

Tondetur &
habitu mo-
nastico in-
duitur.

Mira ei ab-
stinētia.

Tentatur im-
modico pa-
rentum de-
siderio.

vehementer delectaretur, eius tamen gratia & u-
poris teneritudini diffidere cœpit, quod mona-
ca vitæ laboribus par esse posset. Vnde hortan-
cœpit, nè temerè pedem in stadium inferret,
quo fortè cum dedecore exiliret. Præterea, in
legibus nostris sancitū est, vt quilibet ante
externis religiosæ militiæ signis, tonsura vici-
cet & habitu, ornatur, quadraginta dies ante
nasterij fores in consideratione nostri institui
igat. Ad hæc Ioannes, Nostis quo animo huc
ferim, & quanta Dei gratia & benignitate
bonorum, in qua ab infantia amplissimis sum-
bus enutritus sum, contempserim: quomodo
rum etiā parentum erga me amorem desero-
rim; quare te obtestor ne me diutius deside-
meo fraudare velis. Ego enim ad omnes labo-
subeundos eadem Dei gratia alacrem me & im-
ctum exhibebo. Tunc Archimandrita nihil vili-
us euanctandum ratus, sancto eius desiderio
satis, habituque indutum & tonsura insignitum
in religiosæ militiæ certamen admisit. Ipse
tanta animi alacritate cælesti disciplina vacat
vt ceteros, virtutis exemplo, ad emulationem
uocaret; & quod fidem etiā superare videtur,
hil præter epulum illud cæleste, quo Iesu Chri-
preciosum corpus cōtinetur, in cibū admittit.
His felicissimis virtutum omnium initijs
bolus vehementiùs prouocatus, postquam
tentationibus atque insidijs constantiam eius
strā fatigasset, ingens parentum desiderium
mo eius ingessit tantoque mœrore affecit, vt
propemodum consumptus, iam iam expiratū
deretur. Archimandrita cum in vltimum vitz
riculum adolecentem adductum videret, An-
tibi dixi, inquit, Ioannes, tuas huic certamini

res longe inferiores esse? Ad hæc Iohannes; Non
 me ieiunia, non vigilia; non labores frangunt
 debilitanturæ. sed perditus ille hostis, qui insidijs
 me circumuenire nititur. Tanto namque parentū
 amore animum meum inflammavit, vt in hanc,
 quam vides, tabem corpusculum hoc miserum ad
 duxerit; neque vllum ab huius incendij flamma
 respirandi mihi locum concedit; Sed confido, vt,
 quibꝫ ille me machinis peruertere nititur, ijs ego
 eum grauius premam opprimamque. Et nunc pa-
 ter mi te quantum possum oro obsecroqꝫ vt hanc,
 quando aliter fieri nequit, veniã fragilitati meæ
 tribuas, vt vestris precibus, vestraque omnium be-
 nedictione munitus parentum conspectu frui
 possim, ex eoque certamine, quo me honestis in-
 fraudem impellere nititur, clariorem victoriã
 consequar. Archimandrita cum suis consiliū
 habuit, vt quid factu optimum in adolescentis sa-
 lute procuranda foret, prudenter decerneret. Tã-
 dem quamuis omnibus consiliū temeritatis &
 amentia plenum videretur, adolescentem ad re-
 licias post tergum mundi delicias & suaves pa-
 rentum amplexus, tanquam canem ad vomitum
 remittere, diuina tamen prouidentia (que oculis
 re sepe salutem ex apertæ perditionis, vt nobis
 apparet, in itinere operatur) summo fratrum omniū
 consensu, quamuis non sine multorum lachrymis
 dimissus fuit. Cumqꝫ iam tempus, quo ab eorum
 complexu auellendus erat, adesset, ingenti lachry-
 marum vi, quanto animi dolore recederet testa-
 tus est. Iam verò cum gradum facere inciperet,
 singula serè vestigia profusis lachrymis rigabat,
 & attentissimo mentis studio, Deum, vt sibi præ-
 staram de hoste victoriã concederet, precaba-
 tur. Vix dimidium itineris spatium confecerat,
 cum

Abseedit à
 monasterio,
 cum bona
 venia præse-
 sti.

cum hominē quendam extrema mendicitate
ferum conspicatur; quem blandis ad se verbi-
uitans, heus, inquit, frater, veste ista lacera te
& mea quæso te indue, ego vicissim tua facili-
contegam. Hoc charitatis beneficio hilariter
fuito, confidentiùs multò, captum iter profes-
batur; donec splendidas & superbas parentu-
rum ædes contempleretur. Quibus visis, lacri-
mis totus infusus, Deum, ut sibi constantiam in-
giretur, ardentissimè precatus est: totamque illam
noctem antè fores in precibus exegit.

Venit ad æ-
des parentū.

Contemni-
tur à præfe-
cto domus.

Mane autem factò, familiæ præfectus fuit
gressus, cum lacera eum veste indutum cer-
nens. Quis tu, inquit, es & qua impudentia accedes
des? Ocius te hinc proripe, ne Domini mei
egressuri, tua foeditate grauius offensi, nauis
aliquam concipiant. Cui Iohannes; Quæso ve-
ue paupertatis meæ onus te ad misericordiam
flectat. Ne mihi huius abiecti anguli mansueti-
inuideas, certus pro ea, mercedem te à Deo re-
pturum. Ille hac obsecratione motus abiit. Mo-
verò parentes eius miro vestium splendore
gentes egressi, acerbissimo amoris aculeo cor-
vulnerârunt. Ille autem Christi opem cum multis
lachrymis implorans, En (inquit) diabole: En ve-
go tuas sagittas contemno. Tu me immodico pa-
rentum amore, à suauissimo Christi Iesu Deo
mei amore auertere, & in pestem trahere
teris: Ego verò, dulcissime Iesu, à tuis me amplexu-
bus, tua gratia adiutus, auelli non patiar. Achro-
meus esto Domine, ne derelinquas me, neque de-
spicias me Deus salutaris meus. His dictis, lachry-
mis totus præ amore repletus, in angulum se pro-
iecit. Pater autem, eius patientia ad misericordiam
inflexus, cibos ei ministrari iussit. Ea autem era-

Nota admi-
randam ani-
mi constan-
tiam.

Psalm. 26.

corporis eius, nimia inedia exhausti, deformitas, ut nullo modo in agnitione eius venire possent.

Quodam die cum eum mater frigore & squa-
lore confectum vidisset graui indignatione com-
mota substitit, & ad pueros conuersa: Auferte, in-
quit, hominem istum, qui suo tetro aspectu horro-
rem mihi incurrit. Neque enim tantam corporis de-
formitatem delicatis oculis aspicere possum. Sta-
tim igitur serui vi inde abreptum eduxerunt. At ille
neque longius a foribus recedere, neque abire iussus,
parere voluit. Egreddenti autem aliquando fami-
liae praefecto: Rogo te, inquit, ut quemadmodum ab
initio me misericordia persecutus es, ita & nunc
vile aliquod tugurium exstruere velis, cuius tecto
& frigoris iniuriam, & vestrae Dominae conspectum
a me arcere queam. Annuuit praefectus eius petiti-
oni, & benigne insuper pater, quae ad victum ne-
cessaria erant, ei suppeditauit. Quae ita accepit, ut
vniuersa pauperibus, ipse interim egens & ieiun-
us permanens, distribueret.

Tertio autem post anno, benignus Iesus ei ap-
paret, verbis suauissimis ad certissimam sempi-
ternam salutis spem excitauit. Iam enim dicebat, o
Iohannes, laborum tuorum certamen completum
est. Post tres namque dies ego te hoc mortalitatis
ergastulo solucum, ad iustorum omnium requiem,
& veram sempiternamque gloriam perducam. Io-
hannes autem experrectus: Domine, inquit, gratias
tibi ago, quod me vilem & abiectum hominum
nec sanctorum requie dignum facere velis; sed
quaeso te, & parentum meorum reminiscere, eos
misericordia prosequere, ut eorum peccatis tua
gratia & benignitate deletis, mecum iisdem, in
tua gloria, bonis frui possint. Hac oratione cum
ingenti lachrymarum vi completa, familiae
pra-

Mater eius,
macie & ex-
hausti cor-
poris defor-
mitate offe-
sa, cum aue-
satur.

Moratur in
tugurio.

Christus ei
apparet.

Moriturus
aduocat fa-
miliae pra-

pra-

preſectū ad ſe accerſitū his verbis compellit.
Haec tēnū tu prae ceteris omnibus, ſingulari
manitatis & beneuolentiae beneficio me
cutus eſſe nunc verō ſummis inſimisque prec
a te poſtulo, vt tuam huc ad me dominam
velis. Habeo enim quae illi indicem; Abiit
pauperis mandatum ei expoſuit. Quod illa
mo ſanē ſuperbo indignabunda primum re
donec conſulto viro, eō tandem ire propoſit
Sed cū moras neceſſet Ioannes ei, poſt
mortis ſibi horam imminere, ſignificauit. Illa
dita mortis mentione, ſeruis ſuis, vt pauper
ſe perducerent, imperauit.

Suprema ad
matrem ver
ba.

Tum Ioannes lachrymis totus infulſus, Ma
tua, inquit, o Domina compta eſt. Ego ver
rum omnium, vt poſti indigus, aliquam tibi
pertatis meae benedictionem relinquere de
ſi vltimam hanc meam voluntatem poſt mortem
inviolatam ſeruare velis. Cumque illa iure
do ſe voluntatem eius vltimam ſeruaturam
firmaret, peto inquit, & per eum qui iuri
violati vindex eſt, te obteſtor, vt neque alia
teſtum, neque in alio quam in huius tugurio
ſepelire me velis. Haec cū dixiſſet ſplend
quem ab ea acceperat Euangelij librum ei tra
dit. Illa autem viſo libro, non parum obſi
eumque vndique verſans in ſpem venit, ſe al
vel de morte, vel de vira filij ſui, audicurum.
mora. relicto paupere ad maritum currens ei
hibuit. Qui agnito, eundem plane eſſe, quem
quondam filio tradiderat, par eſt, inquit, inter
gare vnde pauper ille hunc librum habeat. Tu
vterque incredibili deſiderio filij ſui, quem
tinctum putabant, accenſi, Te, inquit, ad paup
rem, per ſanctiſſimam & indiuiduam Trinitate

Vide humi
liratē ſan
cti viti.

obtestamur, vt videnam hoc Euangelium habeas,
& vbi filius noster Iohannes fit, verè nobis dicas.
Ille cum vim lachrymarum ferre non posset, Ego,
inquit, sum Iohannes filius vester. Ego multarum
vobis lachrymarum causa; Sed Christi desiderio
inflammatus: hæcenus suaue illius iugum porta-
ui. His auditis parentes, in amplexus & oscula ru-
erunt, & à prima ad sextam vsque horam, tantis
locum illum fletibus impleuerunt, vt omnes ciui-
tatis incolas, ad spectaculum tam stupendum &
æuum simul prouocarent.

Fuit autem anima illius, corporeis vinculis sta-
tim soluta vt se filium eorum indicauit. Mater au-
tem immodico filij amore pariter & dolore e-
briata, pannoso vestimento protinus cadauer exui,
& aureo ornatu contegi præcepit. Quo coniecto,
deregente illa humi concidit, sublataque paraly-
tica vim dolorum perpeffa est, donec eo splendo-
re rursus nudatum, proprio vestitu corpus induer-
ent. Vnde parentes iurifurandi memores, sacro-
sanctas reliquias eodem etiam in loco, nulla pô-
pa, nullo funebrio sumptu condiderunt. Sed con-
structo postea, visendi sanè operis, templo, am-
plissimis bonis suis locum Deo, perpetuo cultu,
consecrârunt. Ipsi verò filij exemplo ad rerum hu-
manarum contemptum acriter prouocati, reli-
quum vitæ tempus ministerio pauperum & for-
didorum hominum libenter dedicârunt, om-
nesque suas actiones tam præclare ad Dei glori-
am direxerunt, vt nemo non, tantæ nobilita-
tis familiam, & in vita & in morte,
beatissimam prædica-
ret.

R

VITA

Confiterur
parentibus
quis sit.

Boni paren-
tes sancto fi-
lio templū
construunt,
& omnia bo-
na sua illi
dedicant, ei-
reliquijs i-
bidem col-
locatis.

VITA S. MAURI ABBATIS: EX

Vide C. Ba-
ron. Tom. 7.
Annal.

quam Faustus eius condiscipulus conscripsit. Ab-
grauit autem e corpore Anno Domini 514.
Pelagij secundi, Papa 7. Tiberij
Imper. 3.

us. Iauuarij.
Clari par-
tes eius.

Abstinencia
& uelitus.

PRÆCLARA religione ac pietate vi-
Maurus, claro in primis Senatorum generi
patre Eutychio, matre uero Iulia natus, de-
dennis, parentum voluntate, in S. Benedicti
plinam concessit. Vnicus enim & pietatis
giosæ uitæ adulator, ætatem morum maturam
longè superabat; ita ut diuini magistri æmi-
nò solum sanctitatis uestigia, sed & miraculosa
gloriam assequeretur. Subegerat præclaro
mine carnem suam eousque Benedictus, ut ex
cibatu uitam duceret, binaque refectio in
libet hebdomada contentus uiueret. Quam
tem pius æmulator tam strenuè imitatus est, ut
liquos athletas multis parasangis superaret. Quo-
dragesimali tempore rigidior corporis sui do-
tor. sacco tantum indutus cilicino incedebat, quæ-
eris aut strati planè ignarus; nam fractum labo-
bus corpus stando aut sedendo, per breui som-
fouebat. Mente adeò erat in cælestibus conuersa
ut ipsè Benedictus fecunditatem diuinæ grati-
fatis mirari nequiret.

Die quodam S. Benedictus à viro quodam egregio
nobili inuitatus, ut uxorem & filium demonibus
obsessos orationibus suis liberare dignaretur
pro ingenita sibi charitate, alacriter eo perrexit.
Maurus uero, qui tunc absentis officio cum digni-
tate fungebatur, cum ad fruges colligendas, con-

fratribus monasterio egressus fuisset, puerum
 quendam pedum & linguæ officio miserè desti-
 tutum obuiam habuit. Parentes verò pueri, viso
 Mauro, prociùs eius pedibus prouoluti, cum
 multis lachrymis, vt sanitatem filio impetraret,
 rogârunt. At ille cum nimio pauore deterritus,
 peccatorem se esse diceret, neque miraculorum
 operationem sibi à Domino concessam esse, in-
 sulerunt nihilominus parentes, fratrumque ad-
 ium auxilio & precibus, vehementer eum ad mi-
 sericordiam puero tribuendam commouerunt.
 Tunc vir sanctus obortis lachrymis se in oratio-
 ne prostravit, eaque cum summa mentis attenti-
 one expleta, stolam, qua ad ministerium Leuiticum
 ordinatus fuerat, de collo suo proferens, ca-
 piti pueri cum crucis signaculo imposuit, & ele-
 uatis cum inrita pietate ad cælum oculis, Domi-
 ne, inquit, Iesu, qui nos per orationis studium ad
 dona cælestis gratiæ impetranda hortari digna-
 tus es, fideique virtutem clarissimis sæpenuerò
 miraculis declarasti, ostende etiam nunc eodem
 fidei munere & nos seruos licet indignos tua gra-
 tia præditos esse. Hæc cum dixisset, ad debile con-
 uersus in nomine, inquit, sanctæ & indiuiduæ Tri-
 unitatis, adiutus sanctissimi magistri nostri meri-
 tis, in sanus & incolumis super pedes tuos resti.
 Et continuo sospitati redditus, cepit inoffenso pe-
 de ante nos gradum facere, ac Dominum voce ex-
 ultationis & laudis benedicere.

*Humilitas
S. Mauri.*

*Curat clau-
dum & mu-
tum pueri.*

*Bertigram
Cenoman-
sis Episcop^{us}*

Per idem tempus, legati beatissimi Bertigram-
 mi, Cenomanicę ciuitatis Episcopi, ad patrem no-
 strum cum donis atque muneribus venere, postu-
 lantes vt viros pietatis & eruditionis laude præ-
 stantes mittere dignaretur, qui monasterium illi
 edificarent, & optimis sanctissimisque disciplinis ad-
 eccle-

R. 2

Ecclesie suae utilitatem instruerent. Legati fide
 Flodegarius Archidiaconus, & Harderadus es
 vicedominus, viri clarissimi. Benedictus igitur
 una reuelatione edoctus, summæ religionis
 rum Maurum euocans, ad hanc prouinciam
 piendam hortatus est. Et adiunctis illi Simplicio
 Antonio, ac Constaatiniano, me quoque labor
 ac peregrinationis comite illi deputato, ut
 mma Mauri voluntatem oēs sequeremur imper

**Maurus mit
 titur in Gal
 lias,**

**S. Benedictus
 mittit illis
 reliquias.**

Igitur nos quinta Epiphaniarum sabbato
 arripientes, primam mansionem in villa Eub
 lia. (quæ nostri monasterij possessio est) habuimus.
 Ea nocte, celebrantibus nobis diuinarum laudum
 officium, duo è fratribus nostris superuen
 missi à S. Patre nostro Benedicto, ut nobis
 quasdam reliquias traderent. Eæ erant, tres
 feri illius ligni partes, in quo humani generis
 demptor pro nostra salute crudelissime se
 ri sustinuit, Sanctæ Dei genitricis, Stephani
 martyris, & beati confessoris Martini, quæ nos
 contra malorum omnium turbines, suprema
 moris sui erga nos pignora, trans mittebat. His
 cris instructi diuitijs Vercellas aduenimus. Qu
 in loco dum biduo ab ipsius ciuitatis clerico
 summis eximie charitatis & benevolentie
 cijs detineremur, Harderadus graui lapsu per
 dus altissimæ turris corruens, in vlcimum vitæ
 ricolū adductus est. Quæ res cum nobis, tum
 degario, præcipuam acerbissimi doloris causam
 tulit. Cumque 14. cōtinuos dies, cum assiduis
 bi & mortis interdū dolorib⁹ luctatus fuisset,
 alia spes recuperandæ salutis reliqua videret
 quàm vt medicus ferro & igne armatus accedet
 Flodegarius tam dirum dilectissimi amici cal
 miseratus, B. Mauri oratorium, in quo vir sanctus

orationi vacabat, concitus irrupit, & per omnes Christi labores, perque sanctitates omnes deprecari & obtestari eum cepit, ne amicum sibi vnum omnium in vita charissimum, tam diris cruciatibus, cum apertissimo vitæ periculo torqueri pateretur; sed vellet precum suarum interuentu opportunum extremæ calamitati remediū adferre.

Maurus his precibus & multò magis infirmi doloribus ad fletum permotus, antè altare in modum crucis se prosternens, suspirijs & crebro etiam singultu misericordiam Domini imploravit, acceptaque tandem sacrarum reliquiarum capsula, quam ille beatus magister direxerat: ad lectum ægroti perrexit. Ibiq; rursus oratione

Nota vim sacrarū reliquiarum.

præmissa, salutifero crucis ligno, scapulam, quæ maxime laborabat, signavit; Deus, inquit, qui glorioso vivificæ huius crucis ligno animarū nostrarū languoribꝰ, atq; vulneribus subvenire dignatus est, eiusdem virtute ad pristinā te sanitatem reducere dignetur. Hæc cum beatus orasset, omnis ex oëctio sanguinis, qua brachium totum intumuerat, per tria loca decurrere cepit. Flodegarius tanto viſo miraculo, lachrymas præ gaudio continere non potuit. Aeger vero sequenti die per omnes orationis domos, omnipotenti Deo debitas, pro tam insigni beneficio gratias egit.

Inde verò digressi, cum templum D. Mauricio sacrum orationis gratia ingredi vellemus, homo quidam à primo natiuitatis suæ die cæcus, vt Maurum, cuius fama sanctitatis per oras illas cū ingenti omnium admiratione vagabatur, adesse cognouit, toto in terram corpore prostratus, multis obtestationibus & precibus, vt lumen sibi oculorum cõferret, postulavit; Sanctus igitur Domini, audicis eius clamoribus, gradum parumper

fixit; cumq; de terra eum surgere præcepisset: mihi (inquit) ò homo, quanto tempore sacra sanctorum limina frequentasti? Cui ille, cum decem ferè annis respondisset. Itanè verò, inquit Maurus, & tu existimas sãctos illos, qui pro Christi gloria, sua corpora diris maçtanda suppliciter tradiderunt, oculorum lumen impetrare non potuisse? Istos itaque attentius exorando deprecatorum magis hæc quã nostra sunt opera. & quorum ipsi non minus quam cæteri indigemus, fragijs. Hæc cum dixisset, cæpit abire. At cæcitate tendis clamoribus, cum miserando valdè eiulans opem illius instantiùs imploravit. Tum virtutis misericordiam motus, salutifero crucis signi oculis eius impresso, Dominus (inquit) leprosus est vera lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, te illuminare dignetur. His dictis, sanguis vberim ab oculis eius defluere cæpit, & continuò pulcherrimum caeli mundus respiciens. Hymno trium puerorum Deum sanctis eius benedixit. Huic viro nomen erat Leonus, qui deindè in eadem ecclesia clericatus officio, cum non mediocri eximie pietatis opinione functus est.

Indè ad templum quoddam, sanctissimæ Dei genetrici sacrum devenimus; quod dum vir sanctus nobis alto sopore depressis, orationis gratia ingressus fuisset, audiuit mulierem quandam viduam Remeiam nomine, filium suum, quem ex defuncto nuper viro susceperat, in mortis faucibus constitutum, acerbissimè lamentantem, totamq; noctem plangoribus & eiulatibus insomnem decentem. Cuius lachrymis vir Dei motus, totum se pro filij salute, ad deprecandam Domini misericordiam, composuit. Cumq; ab oratione surre-

Cæcæ signum
crucis a cæ-
citate libe-
rat.

Vidua Re-
meia, filium
suum morti
vicinum de-
plorat.

xiisset, cubiculum nostrum summo silentio ingressus. Simplicium cautè excitavit, secumque ad societatem præclari facinoris inuitavit. Veniens ergo cum Simplicio Maurus antè stratum filij, morbi vehementia iam penè extinctis; Christus Dominus, inquit, & Saluator noster iisdem pietatis & misericordiæ oculis aspicere te dignetur, quibus viduam illam, cuius extra portam filius essebatur, quondam aspexit, cum eum ab ipsis mortis faucibus ad vitam reuocauit, hæc dicens, protinus abcessit. Ille verò qui iam duobus diebus sine omni sensu iacuerat, matrem magnis vocibus inelamare cepit, & lecto incredibili alacritate exiliens, recta gradum, in templum, vbi Maurus matutinos cum cæteris cantabat hymnos, intulit, eique salutem & vitam acceptam retulit. Fama huius facti, cum totam continuò repletet regionem, omnes ad Mauri sanctitatem multis præconijs celebrandam prouocauit.

Post hæc cum dies illa appropinquaret, quæ ingenti Christianorum omnium læticia, in memoriam Christi à mortuis excitati, toto terrarum orbe celebratur, profectionem accelerauimus, vt sacra mysteria apud beatum Romanum eximie sanctitatis virum, & Benedicti antea adiutorem perageremus. Et quia Maurus, de sælici Patris nostri Benedicti transitu, diuina reuelatione eodem die futuro certior factus erat, cupiebat sacras sanctissimi viri exequias psalmis & orationibus celebrare. Quibus de more Ecclesiæ Romanæ, ritè celebratis, mœstis animis cceptū iter prosequuti, Aureliam foeliciter delati sumus. Sed hic grauissimus itineris nostri ductorib' meror allatus fuit, nimirum Bertigrammum Episcopum, vltimū spirituum in complexu suorum edidisse. Hoc nuncio,

R. 4.

cum

Maurus misericordia
mors à mortis periculo
precibus suis eum liberat.

Bertigrammum
mors eius nunciata.

cum furctus longinquè illius peregrinationis
 terijffe videretur. ideoque animis turbatis
 esse dicerent domum reuerti. quàm cum nouo
 piscopo de noua monasterij fabrica frustra
 tendere; Maurus memor verborum Benedic-
 quibus eum ad rem strenuè & prudèter, per
 mas difficultates gerèdant pramonuerat, om-
 bono animo esse iussit, dubitarent nihil, quo
 tris sui Benedicti precibus & meritis aliquando
 suauissimo laborum illorum fructu fruere

Domnolus
 Episcopus
 Cenoma-
 nensis.

Flori infi-
 gnis viri en-
 comion.

His verbis confirmati, ad Domnolum
 tem, qui Bertagrammo, in eò dignitatis gratia
 cesserat, contenderunt, à quo cum nihil quod
 rem esset obtinere possent, cum Harderado cano-
 lium inierunt, vt si maior spes nulla assulgeret
 domum remearent. At ille, continuo Flori
 quendam consobrinum suum, qui auctoritate &
 gratia plurimum apud Theodebertum Francorum
 Regem pollebat, adiit, eique admirandam Mauri
 sanctitatem exposuit, & quàm vniuerso regno
 eius præsentia utilitatis accederet, declarauit.
 rus cum esset multis virtutibus egregie ornatus,
 & nulla re magis quam sanctorum consuetu-
 ne delectaretur, statim audito Mauri aduentu, in-
 credibili gaudio perfusus est; & non modo à re-
 ge ædificandi potestatem obtinuit, sed vniuersas
 suas facultates, quæ erant sanè amplissimæ, bene-
 gnè in nouam monasterij fabricam contulit, & v-
 nicum in super filium suum octenem, Bertulfum
 nomine, monasticæ vitæ disciplinis imbuendum
 ei tradidit. His igitur opibus ædificari coeptum, in
 deò vt breui temporis spatio, opus ad summam
 altitudinem perductum fuerit, Accidit interea
 res, quæ Mauri sanctitatem per totam illam regi-
 onem celeberrimam reddidit.

Cler

Clericus quidam, qui cæmentariæ arti præerat, (quem Langisum vocabant) cum in supremam ædium contignationem conscendisset, parùm caute incedens, retrorsum corruit, omniumque iudicio pro mortuo habitus, continuò ad beati Martini Ecclesiam delatus fuit. Cumq; B. Maurus cum Floro superueniens, hominem suo sanguine miserè sedatum cerneret, omnibus abire iussis, solus ipse remansit, & statim humi prostratus, ingentem lachrymarum vim in oratione fudit, deinde collisa membra signo crucis muniens. Surge, inquit, Langise, in eius nomine qui hominem de terræ limo formavit, & sanus esto. At ille protinus, velut de somno excitatus, surgens constitit, & ad intermissum opus alacris redijt. Quo viso Florus ad pedes beati viri se proiecit, tantaque in omni vita reuerentia eum profecutus est, vt propius eum accedere non auderet. At alij illi qui operi insitebant, postquam clericum præter opinionem, sanum & incolumem viderunt, virtutis diuine ignari & rudes, multis maledictis beati viri nomen consciderunt, & inter alia quòd praua ductus cupiditate, relicto priore monasterio, in eas oras venisset, quodque non diuina virtute, sed præligijs quibusdam res admirandas gereret, & hominum oculis sceleratè illuderet. Cum hæc inter se sermocinarentur, & alter alterum in eodum sancti viri concitaret, tres ex illis maligno dæmone è vestigio correpti, tanta crudelitate discepti sunt, vt vnus animam, inter acerba tormenta, cū lugubri valdè eiulatu, exhalaret. Quod ad aures beati vt peruenit, statim lachrymis totus infusus, ad S. Martini oratorium contendit, vbi tribus horis continuè in oratione exactis, ad homines extrema calamitate miseros accessit, &

R 5

edito

Oratione &
signo crucis
Maurus col-
lisum sanū
reddidit.

Pena detra-
hécium mi-
raculo.

Oratione &
signo Cru-
cis, demo-
nes expel-
lit.
Luc. 10.

edito contra illos crucis signo, Filius, inquit,
qui discipulis suis calcandi super serpentes &
piones potestatem dedit, ab hac dæmonica
vexatione absoluat. Cumq; illi nihilominus
tibus & oculis furorem spiraret, vir Dei prop-
accedens, digitos utriusq; manus in ora illor-
misit & statim dæmones, ingenti fœtore reli-
ventris egressione fugati sunt.

Sacrificium
Missæ pro
defuncto.

Hac autem victoria potitus, ad tertium via le-
ctum se conuertit. Curauerat corpus in porticu
Ecclesiæ deferri. Noctem verò illam totam
nus insomnem duxit. Manè autem sacrificium
Simplicio summa spiritus attentione obtulit,
que oblato rursus ad cadaver se contulit, ibi
que tam diu in oratione perseuerauit, donec
ma corpori redderetur. Porro ne tam stupen-
miraculum viro sancto superbiendi occasio
præberet, hominem illum, vt se protinus ex
nium conspectu remoueret, admonuit; & nisi
mortis supplicium incidere vellet, locum illu-
nunquam repeteret.

Florus fit
monachus.

Igitur octauo, ab aduentu nostro die, postquam
monasterium omnibus numeris absolutum esse
Florus, cuius filius multis religiose vite con-
mentis tum decoratus erat, eius vestigijs in fletu
contemptis opibus spretis dignitatibus, eodem
in loco se Mauri disciplinæ subiecit. Quæ re-
gis animû ita ad pietatis studium comouit, ut pro-
ter alia maximi pretij munera, regis fiscum, qui
Boscum appellabant, cum omnibus villis & am-
plissimis redditibus, monasterio donauerit. Et
intelligi possit, quanta Reges & viri Principes
Monasticæ vitæ cultores, veneratione & amor-
tunc temporis prosequerentur, nõ erit abs re be-
ius Theodeberti exemplum in medium profertur.
Cui

Nota quan-
tus honos
olim mona-
chis à regi-
bus habitus
fit.

Cum Florus omnibus iam valere iussis, sacris se
 adibus includere pararet, Rex primò quidem à
 beato Mauro, per quendam è famulis suis, enixè
 contendit, vt sibi cum optimatibus ac nobilibus
 suis eam facultatem concederet, vt singula posset
 monasterij loca contemplari, & ex fratrum con-
 suetudine aliquem sanctioris vitæ fructum per-
 cipere. Hoc cum benignè concessum esset, die illo
 quo Florus capitis comam deponeret, magna no-
 bilium stipatus caterua venit, & monasterium in-
 gressus, postquam singulari beneuolentiæ & amo-
 ris significatione à beato Mauro, totaque societa-
 te exceptus fuisset, sprete dignitate regali, purpu-
 ra indutus omnium fratrum pedibus se prostra-
 uis, & lachrymis totus perfusus, vt se suumque fi-
 lium orationum suarum omnium participem fa-
 cere dignarentur, humillimè rogauit; Cumque
 Maurus è pauimento eum eleuare vellet, benedi-
 ctionem viri sancti postulauit, qua percepta, læ-
 tus Andegauis reuersus est.

Olim etiam
 monachi
 capitis co-
 mam depo-
 nebant.

Post hæc Maurus, vt fiscū, liberalem Regis do-
 natione, reciperet, egressus est. Cumq; in villa bi-
 duo moram traxisset, homo quidā lecto affixus, et
 omnium membrorum officio, totos 7. annos peni-
 tus delicturus, ei deportatur. Cui cum benedictio-
 nis gratia manus imponens, integrā sanā sanā
 reuoluit, vt nulla vnquam infirmitate detentus
 fuisse videretur. Indè vir sanctus domum reuer-
 sus, cum locum illum & personarū & virtutū nu-
 mero indies mirificè illustraret, & triginta & o-
 ctō à monasterij fundatione annis, sanctissimæ
 cōgregationi cum admiranda sanctitatis opinio-
 ne preuisset, & terminum vitæ sibi instare præ-
 sentiret, vt vltimum vitæ actum à rebus cadu-
 cis alienum cum solo Deo transigeret, paruum
 sibi

Maurus pa-
 ralysicū
 sanat.

Maurus Bertulfum sibi
successorem
accipit.
Diabolus S.
Mauro in-
fulcat.

sibi tugurium, iuxta beati Martini sacellum a-
ficari curauit. Quo ædificato, B. Bertulfum, su-
ma fratrum omnium voluntate, sibi in regni
successorem constituit.

Cumque duos cum dimidio in assidua re-
diuinarum contemplatione ibidem exegisset
nos, nocte quadam beati Martini sacellum ingre-
di volentem, diabolus magna infernalium can-
ua stipatus, ab ingressu prohibere conatus est,
ut virum sanctum à sua in Deum fiducia deper-
ret, insultando, ingétem ei stragem futuram pro-
dixit; Quem vir sanctus cum diuinorum verborum
verborum in fugam conuertisset, tanto fragore
monasterij fundamenta concussa sunt, ut frons
ingenti pauore percussa, stratis ilico exilis esset.
Ecclesiam conuolare, ut imminentem cladi
precibus suis auerterent.

Interea Maurus quamuis dæmoni fidem
adhibendâ sciret, præfagiens tamen afflictionem
aliquam toti congregationi imminere, accensus
Dei misericordiam, pro suo grege nocte quadam
implorauit. Cui Angelus Domini, candidissimus
amictus habitu, astitit, atque blandis eum ver-
bis à merore, quo premebatur, ad animi serenitatem
reuocauit. Nam, quæ Dei consilio, dicebat, per-
pientia definita sunt, non ad perniciem, sed ad
ludem vobis euenient. Maxima enim congrega-
tionis huius pars, breui tempore mortis impetu
soluenda, ad sempiterna gaudia à Domino voca-
bitur; non autem (ut diabolus mentitur) spolia
quoquam omnino victoriam reportabit. His
verbis Angelus disparuit. Maurus autem mane factus
& visionis seriem eis narrauit, & ut Dei volun-
tatem paratis animis expectarent omnes fratres
opus est.

Angelus
Domini S.
Mauro con-
solatur.

Inerim verò pestis monasterium inuasit, cuius contagione, quinque mensum spatio centum & sexdecim fratres è vita sublatis, qui cum antea à S. Mauro admoniti fuissent, præclaris actionibus viam in cælum munierunt. Paulò verò post, Maurus lateris dolore correptus, beatum Deo spiritum, reddidit. Eluxit in viro illo sanctissimo egregium virtutis & religionis specimen, tanquam illique miraculorum laudibus excelluit, ut ipse suo magistro Benedicto ijs inferior nõ faisse creditur. Traditus fuit Benedicto in disciplinã, puer duodecim annorum; Vixit cum eo annis viginti; Monasterio verò suo præfuit annis 40. & diebus quatuordecim.

Centum & sexdecim fratres in monasterio quinq; mensum spatio moriuatus.

VITA S. BONITI ARVERNORVM

Episcopi, ex ea qua integra fide extat apud R. P. Surianum. Claruit temporibus Theodorici 4. Francorum Regis, qui regnavit anno Domini 685. & sequentibus. Ponitur in Tabulis episcoporum Arvernensis Ecclesie, quadragesimus primus eius sedis Antistes.

Vide Notia Mart. Rom. C. Baronij, & Tom. 1. Annal.

BONITVS inclyta Aruernorum stirpe progenitus, patrem habuit Theodatù, matrem Syagriam, claris Romanorum Senatorum ortos natalibus. Puer autem in lucem, non sine præfagio futuræ sanctitatis editus, mox litteris & ingenio multum superavit. Adolefcens deindè per generalia iuris ciuilibus exactè perferutatus, deinceps paulò post patre, ad regis aulam & ministerium concessit, ubi post alia atque alia dignitatis & honoris officia, dextrè admodù obita, accepto à Regis manu annulo, primarium honoris gra-

15. Ianuarij, Patria & Parentes eius.

**Fuit Præfectus
Massiliæ.**

gracia apud successorem fuit, ita ut præfectus
Massiliensem primæ Prouinciæ illi demandatam
ubi tanta æquitate & dexteritate commissas
causas tractauit, perorauitque, ut omnium
mone eximia illius virtutes mirificè celebra-
tur. Flagrabat mira erga miseros pietate. & re-
les præcipua quadam charitate fouebat. In capite
verò munificam largitatem quis pro dignitate

**In pauperes
& captiuos
misericors.**

placare valeat? Omnes namque in seruitutem
dactos, tradito pretio in libertatè restituit, &
quis deinceps ad pretiū venderetur, aut exili-
naretur Prætoris edicto denunciavit. Hac mi-
cordia erga alios affluebat, seuerus proprijs
sibi exactor. Carnem namq; continuis vigilijs
ieiunijs spiritui subdebat, & animū cęlestium
rum contemplationibus ad æterna erigebat.

**Sibi rigi-
dus.**

Per idem tempus frater eius germanus, Aru-
nomine, Aruernensi Ecclesię Pontifex præfuit.

**Auitus fra-
ter eius epi-
scopus Ar-
uernensis.**

& annis quindecim cum maxima virtutis optima
ne, vir humanioribus & sacris litteris egregie
structus, sedem illam administrauerat. Cum re-
morbo correptus, gregi suo à lupis timeret, &
nitum fratrem suum euocauit, & curam Eccle-
się sedulo commendauit. Bonitus quamquam
sacris muneribus, propter humilitatis studi-
se indignum reputaret. Cleri tamen, & co-
que populi voluntate, accedente Regis calculo
inuitus planè honorem illum admittere coactus
est. Itaque magna omnium lætitia & fauore
Cathedra collocatus, & sacra Vnctione des-
butus, animarum curam suscepit: tanta hinc
& studio, quantis sanctissimus quisque possit.

**Succedit
Auito fratri
in Episco-
patu.**

Erat cunctis viuum quoddam virtutum omnium
exemplar, honore pœtificij ita ornatus, ut pompa
& omni fastu calcatis, onus immensum humeris
satis

thineret. Mens tanto ardore ad cœlestia & æterna
 afluabat, vt corpus triduo frequenter ieiunio
 exhaustum, nullas omnino molestias sentiret. A-
 micus silentij & solitudinis, cœlesti papulo spiri-
 tum palcebat, eas sine fine delicias expetens, quæ
 ex sacro eloquio desumpre impinguant animam.
 Hinc iam ad miraculorum gloriam eius virtu-
 tes eropere, patrâruntque mirabilia; quæ & po-
 polo salutem reb. in aduersis conferebant, & Pon-
 tifici summam apud omnes auctoritatem conci-
 labant. Vicitur erat viro sancto, in Ecclesia corâ
 altissimo non reuerendus & sublimis, sed pauper
 & despectus apparere; probè intelligens, oratio-
 nem humiliantis se, nubes penetrare. Præfulatus
 insignia, tantum in loco iudicij referebat, scilicet
 ne iudicis dignitatem atque auctoritatem, nimia
 abiectione vel violaret vel minueret. Summus in
 tanta diuitiarû licentia paupertatis amator, & pe-
 regrinorû ac pauperû susceptor munificus, ac li-
 beralis. Sed cum nihil prius haberet in votis, quâ
 vt abiectionis curis omnibus, vni soli q. Deo per con-
 templationis studium assiduè vacaret, abdicato
 Episcopatu, ad magnilocense cœnobium est pro-
 fectus, vbi aliquamdiu in sanctæ religionis habi-
 tu gratissimam Deo seruitutem exhibuit. Inde ve-
 re Romam, SS. Apostolorum, Martyrumque loca
 visitaturus contendit. Ibidem autem votis Deo ri-
 te persoluit, Lugdunum tandem reuersus, annos
 illuc quatuor, plenus desiderio & amore cœle-
 stium, æternæ vitæ gaudia prælibauit. Non mul-
 tos verò post dies podagræ dolore constrictus, le-
 cto decubuit, ac vi morbi quotidie ingrauescen-
 te, tandem carne solutus, ad beatam immortalitatem
 migravit. Corpus eius Lugduno, Aruernas (in iti-
 nere admirandis quamplurimis coruscans signis)
 trans-

Exemplatis eius vita.

Claret miraculis.

Profunda eius humilitas. Ecclesiæ. 35.

Resignat episcopatu.

Firmiter monachus.

Mortuus.

Transfertur
sacrum cor-
pus Lugdu-
no Aruer-
nas.

translarum, in Aede S. Mauritiij, iuxta altare-
torum Petri, Pauli atque Andree Apollolo-
conditum est. Ibidem verò ægrotis & male-
ctis, hæctenus eximia diuinitus conferuntur
neficia.

VITA S. HONORATI ARELATENSIS
Episcopi, ex ea quam S. Hilarius eius successor

Vide Caf.
Baron. in
Notat. Mar-
tyr. Rom.
Item Tom.
s. Annal.

lento sermone in die Natali eius, descripta
Præfuit Arelatensi Ecclesia, temporibus Theodosij
maioris, & Valentimiani tertij Imp. cum Romanus
Ecclesiam regeret Celestinus, & post eum Sixtus.
Anno videlicet Domini Natalis 426.
& sequentibus.

16. Ianuarij.
Summa no-
bilitas quæ.

Parentes
eius clari.

CVM summum nobilitatis fastigium
ter filios Dei computari, nemoque in
lestibus gloriosior sit, quàm qui repositus
parentum stemmate, elegit sola Christi patri-
tate censerì, prætermittimus auita, viri humani-
tissimi, secularium honorum insignia contem-
morare, (qui familiæ suæ nobilitatem, vique
consulatus dignitatem prouectam, maiore pe-
ris generositate fastidiuit) quò admirandæ
virtutes, quibus in vita fuit clarissimus, clari-
nobis ante oculos proponamus.

Postquàm in primis adolescentiæ ætate, bap-
tismi gratiam proprio concupierat arbitrari-
tis virtutum incrementis quotidie profecit,
prorsus diuino quodam pædagogio educatus
taretur. Cùm esset iuuenis magna ingenij feele-
tate præditus, & pater eum, quæ semel animo
gno susceperat, ab ijs nullis difficultatibus re-
hi, nullis periculis deterreri posse. perspicere
baptismate eum quamdiu potuit, auertit; tunc

Pater eum à
baptismo a-
uertere eo-
natur.

ne totus, sicut consecutum est, religionis amore
raperetur. Sed cum & Christi amor & celestis pa-
tris desiderium, & virtutis studium firmam in eo
sedem elegissent, ita se adhuc catechumenus inter
prima fidei rudimenta formavit, ut quiuis facile,
quid animo moliretur, intelligere posset. Hinc
pavidus pater tenerz pietatis suspicione solici-
tus, varijs eum oblectationibus prouocare, studijs
muentis illicere, diuersis mundi voluptatibus
irretire, & quibuscunq; tandem potuit modis ad
sola mundi huius oblectamenta, vitęq; ludibria
inuitare cepit.

Verum illi maior inter hæc omnia erat, custo-
diendi baptismatis cura; fastidiebat adolescens,
quo grandęuus oblectabatur pater, tali se semper
adhorratione compellans; Delectat hæc vita, sed
deicipalia in Ecclesijs præcepta recitantur; alia
ibi in auribus meis mandata sonuerunt; illic mo-
destia, continentia & pudor traditur, hic effræna-
ta luxuria nutritur; ibi pietas viget, hic exercita-
tio corporalis; illic ad æternum Christus inuitat,
hic diabolus ad temporale sollicitat; Omne quod
in mundo est, vanitas est, & concupiscentia oculo-
rum; & mundus transiit, & concupiscentia eius:
Qui autem fecerit voluntatem Dei, manet in æ-
ternum, sicut & Deus manet in æternum, Festine-
mas ergo erui ab his laqueis, dum adhuc minus
tenemur; difficile diu illigata soluuntur. Facilius
est tenera euellere, quàm robusta succidere. In
more salutem fac animam tuam, ne fortè appre-
hendant te mala cogitationes; citò serpit volup-
tatis venenum. Seruanda est Christo, per Christi
gratiam sumpta libertas; alij aurum, argentum-
que mirentur; dominantur, ut video, metalla do-
minantibus. Alij prædia atque mancipia non

S fine

Nititur eū
mundi vani-
tariis im-
plicare.

Ille omnia
contemnit,
& præclare
se ad Chris-
ti seruitu-
tē animat.

1. Ioan. 2.

Alludit ad
id, quod est
Genes. 19.

sine animi sui captiuitate possideant, & honorum diuinæ in se imaginis premant; Mihi factum mancipium non esse vitorum; mihi factum dium, mihi coniunx sapientia, mihi in virtute voluptas, mihi Christus thesaurus est. pensabit gaudia caduca melioribus, dabit in vita studijs disciplinæ me oblectari, & ornatum inter hæc dignum fieri cœlestibus regnis.

**Religionē
ingreditur.**

Nec longas talis meditatio moras pertulit, ilico in flamma conuersionis nutrita, huiusmodi fomentis scintilla prorupit. Iugum Domini seruitutis subdita ceruice suscipiens iugum patris libertatis excussit; intelligens summam captiuitatis genus, licentiam iuuetur. Redditur ad breues capillos luxuriantes comarum; brorum vigor animi vigore mutatur, pallidus iunio speciosa facies, & prius succi plena, serena grauitatis. Et quid pluramita repete roctus ex alio ostenditur, vt nō aliter genitor ipsius, orbatus filio pater lamentaretur. Condemnata itaque se senectus patris ætatis illius conuersione credebat, occurrit, renititur, committitur nec tamen vllō horum, Deo pueritia freca, curitur.

**Constantia
eius.**

Assistit tyroni suo Dominus consolator; distulit vnum ei ex germanis in collegium stare; qui exemplo ipsius ad conuersionem motus, & senior iuniorem secutus, in ipso breui tempore vixit, tempore, sicut collegio illum, ita etiam tute comitatus est. Huic iam inter illos certam gratam propositi; cuius mens ad pietatem mollis, cuius cibus durior, cuius sermo blandior, cuius amictus asperior. Quem minus delectaret lectio, quem magis lectio, quē minus moueret iugum, quem magis misericordia. Quis daret pro-

**Frater S.
Honorati,
eius exem-
plo conuer-
tatur.**

ptius quod sibi detraxisset, quis libentius hospiti stratum cilicij, & cervical illud consueti lapidis offerret. Quis peregrinum promptius ante e-

Jeemofynæ dispensationem lachrymis foueret, & affectus prius Christum, quàm aduenam conuiuio pasceret, cui in orerarij mundus, cui frequentior Christus. Ornabant itaque omnem patriam, & quantum apud animos multorum manebat, custodiebantur aliorum ab illis corpora, aliorum spiritus; prout quisque indigens erat, aut vestimentis, aut doctrina, aut sumptibus vestiebantur, instruebantur, aiebantur. Nullus illuc peregrinationis labore defessus, non tanquam ad patriam & patrimonij sui rura peruenit.

Lapis illis pro cervicali.

Magnū hospitalitatis studium.

Interea amor in illos omnium crescebat, tota quæ erga illos patria obsequijs & amore ac honore certabat, peruenire illis ad ignobilitatem & paupertatem non licebat. At illi pauebant gloriā suā & odorem bonæ conuersationis longè late quæ diffusum, licet ad Dei laudem referrent, sibi tamen vanitatis periculum inferre metuebant; percipisse se in vita sua mercedem suam reputabant; humanam conuersationem, & gratiam fastidientes, eremi amore flagrabant. Inito itaque consilio & quodam modo passi honoris sui persecutionē, ad peregrina contendunt. Iterum patria consurgit, iterum propinqui reluctantur; Spoliari sese hoc simul lumine metuunt omnes. Quod illic, Iesu bone, certamen fidei atque amoris fuit? qui tūc consiliorum, qui precum, qui lachrymarum ambitus? quis nō illic sibi officium propinqui vendicauit, aut cuius lachrymæ, nō cum lachrymis patris certauerunt? Amittere enim se omnis patria in iuuentibus illis patres sentiebat, & verè erat in

Crescit fama illorum dum latere cupiunt.

S 2 illis

illis senectus non annis cana, sed gratijs riora artibus, sed moribus vetusta. O quanta mine dispensatio procurationis tuz, qui laudes tuas, fidei igne fulgētes, nō loco fixas steteris, sed præfers eas diuersorū illuminatione corum, inspirans migrādi voluntatem, & fugiendi gloriam; quæ utique multiplicanda erat per susceptam peregrinationē virtutis arguendo. Diripitur itaque dudum vario misericordie opera vexata substantia, sed larga tamen aduqua pauperum inopiæ mirifice consulebat.

Dirahunt res & facultates suas.

Exeuntes igitur de terra & de domo natione sua, ne quid iuuenili ausu ab ipso inceptū putaretur, assumunt senem perfectissimam q̄; grauitatis S. Caprasium, angelicam satione in insulis degentem. Queritur ergo peregrinationis latebra, fugitur fama virtutis, cunq̄ue itur, sibi alia, velint, nolint, fama patitur. Spargitur vbiq̄ue substantia, & in omni su eorum bonus Christi odor fragrat; expetibus Barbara esset etiam illa, quæ plurimipis erat Romana eloquentia. Intrepide ab pro Christi desiderio maris reuma toleratior ac sterilitas Achaici litoris expetita, vnde dē vt germanus eius Venantius, diuturna iactatione nimirū fatigatus: vitam cum mortetioniam a ger delatus, commutauerit.

Caprasium sibi patrem afeiscunt.

Venantius frater S. Honorati Metona decedit.

Honoratus in Italiam reuertitur.

Hinc Honoratus in Italiam reuertitur, & patria eremi desideria prouocante, hunc remum vbi propinquam, Christus inuitat. Vitem itaque insulam ob nimietatē squaloris, & accessam venenatorum animalium meta. Alpe hāud longē iugo subditam petijt. Cumq̄ circumiecti accolæ illū ab ingressu loci illius vehementer dēterrent, & terribilem vastitatem ei dē-

tiarent, illæ humanæ conuersationis impatiens, ingreditur impavidus, & pauorem cæteris securitate sua discutit. Fugit horror solitudinis, cedit turba serpentium. Inauditum verè illud, & planè iuxta miracula ac merita illius mirandum reor, quod tam frequens, vt vidimus, in illis ariditatibus serpentium occurfus, marinis præsertim æstibus excurtus, nulli vnquam non solùm periculo, sed nec pavori fuit. Quid longius morer? Omnibus, quæ prius deterruerant, superatis. Honoratus caltra quedam Dei illic collocat. & qui locus homines dudum à sua commoratione repulerat, angelicis illustratur officijs. Hic primùm ad eum dignitas, quam remis vel isque vitauerat, venit, hic sacerdos cum infula texit. Industria illic sua, iudiciens electis Dei templum excitatur, apta monachorum habitaculis recta confurgunt, negatæ à seculis aquæ, largiter fluunt. Itaque certatim vndique omnes eò confluebant, vt Honoratum viderent, cuiusque suauissimo eloquio & cœlesti disciplina imbuerentur.

Etenim quam ille Barbariem nõ mitigauit, quæ animum pestes ipsius exhortatione non fugaret. Omnium ille passiones suas credidit, & tanquam suas seuit, profectus, laboresque omnium suos computauit, & vitia & virtutes omnium in meritum cumulum transferebat. Incredibile est, quantæ illi curæ fuerit, ne quem tristitia affligeret, ne cogitatio secularis vrgeret. Omnium vires, omnium animos, omnium stomachos, instinctu credo Dei nouerat; verè seruus omnium factus, propter Christum Iesum. Hæc illius iugis opera iugis intentio erat, leuigare omnibus iugum Christi, & quicquid diabolus iniecisset, auertere; discusso, culpæ nubo, virtutum serena reuocare; a-

Insigne miraculum.

Initiatur Sacerdotio.

Lirinense monasterium constructum.

Monachos suos præclare inditit.

Monachi
eius oēs mi-
rè eum a-
mant.

Magnum
eius erga
peregrinos
studium.

Eximia eius
liberalitas
& fiducia in
Deum.

morem Christi & proximorum amando in-
tere: & mentes omnium tanquam pectus suam
colere; innouare gaudia: & ad Christi semper
fiderium, tanquam primo conuersionis die in-
descere. Hinc illud erat, quod omnis congregatio
illa ex tam dissonis linguis & moribus contra
in amorem illius conspiraret. Omnes Dom-
num, omnes patrem vocabant, in illo sibi patri-
am, propinquos, & omnia simul reddita com-
pantes.

Magna illi inter hæc omnia erga aduersa
hospites cura. Aderat munificenti animo
stantia, pari fide ministrata. Hinc ad eum frequen-
ter ille ex diuersarum regionum vastitate concurrens
& verè is ille erat, qui non ut parcus dispensans
aut timidus, respectu sibi creditæ & crescentis
quotidiè congregationis aliqua tribueret, plu-
feruaret: sed qui nihil sibi, nihil suis, præter pre-
sentium dierum victum & vestimentum referre-
ret. Exhausta est aliquandò dispensationis li-
beralitas, fides nunquam. Quadam vice, cum videret
ex multis millibus aureum nummum, pro obliuione
munificentiam arca retineret, hunc etiam spem
in multarum rerum defectu, constantissime pa-
peri trãseunti dedit, & mihi atque alijs astantibus
dixit: Certum est iam appropinquare qui deserat
si iam non habet, munificentia nostra quod pro-
ferat. Vix trium aut quatuor horarum spatium
um, die fluente transferat, & continuo qui ves-
tibus suis fidem faceret, occurrit. plurimos me-
tis in locis probatissimos viros habuit, quorum
semper manibus, quod sibi deferrebat, expe-
deret.

Interea ergo dum multimodam eius in omni
gratiam commemoro, in me infinitam curam
ceru-

termitto; cum ipsius utique cura non minus in Christo mihi salutis attulerit, quam amor inter vos ornamentum & honoris reliquit. Mei enim gratia, quod ad meritum eius, & iudicium meum pertinet, patriam, quam fastidierat, non dedignatur accedere, nec refugit laborem tanti itineris, suis præcipue iam multis infirmitatibus grauem; Venit, meque in illis iam annis nimis amicis seculo & contumacem Deo, ut seductor, & verax, ad amorem Christi blanda manu tentat. Sed cum parum in aures nostros pietatis illius verba descenderent, ad solida orationis præsidia conuertitur, & affectus sui clamor duritia mea repulsus, piissimas Dei usque ad misericordiam pulsavit & penetravit aures. Et o quamdiu mollire duritiam meam non est imbre lachrymarum, quam pijs mecum, & salute mea amplexibus osculisque certavit? Qui tunc in corde meo fluctus, quæ tempestates diversarum, & inter se cõpugnantium voluntatum excitare sunt? Quoties sibi in animo meo velle & nolle successit? Et quid plura? Absente illo partes in me suas Christus exequitur, & post biduum orationibus illius per miserationem Dei mea concupiscentia subiugatur; fugauerat enim somnium cogitatio, & inuitante me pro Domino, totus eminens cum voluptatibus suis mundus adstabat: Quid expectandum, quid relinquendum suaderet animus mecum meus, & quàm collatis apud amicum tractatibus, sentilabat. Gratias tibi, bone Iesu, gratias tibi qui dirupisti vincula mea, famuli tui Honorati pia supplicatione permotus, & iniecisti mihi vincula amoris tui, quibus si tenear, nunquam peccati vincula recalescent. Occurro itaque subditus, qui superbus abscesseram, & omni contradictione deposita, nouus preceptor accedo.

Hilarij lu-
crandi gra-
tia quæ fe-
cerit.

Educit me secum suam prædam, gaudet, triumphat, exultat. Eremo me iam tum exemplo fueri creti cupidum festinat includere. Alit prædam lacte & postmodum cibo iam verò profusa illi in oēs charitas quod sine invidia dixerim, quantum mihi leuius blandimentis suis fecerat? Quoties mentem meam, quoties animum, quoties linguam nominabat? Quam impatiens absentem quam semper indignissimi conspectus mei cupidus erat?

Expetunt
Atelatenfes
Honoratū
episcopum.

Sed vnde illud quæso. quòd tam è longinquo tam ignotus à vobis expetitur? Quis illam pietatis, neq̄ prius visi gratiam vestris pectoribus inuixit? quis illud desiderium suscitauit, ut orbibus quibus à Domino apud eremum indultus erat vobis nasceretur? ille utiq; qui cuncta dispensauit qui eum patriæ suæ quam diu congruum videbat indulgit, & per maria & per terras ad viliarem videntium: hanc tantam cultoris sui gratiam contumegit. Vidistis in breui illo, quo vobis indultus est tempore, illam sollicitudinis vigilantiam, illud disciplinæ studium, illas pietatis lachrymas, illam iugem ac perpetuam mentis serenitatem, cuius testimonio vultus immutabilis erat. Audistis quoque illud congruens vitæ, in quo erat cõsentanea pectore sermonis luculentia. Vidistis illam latitudinem charitatis, quæ tanta in illo fuit, ut arbitrio hominum exprimenda esset, Honoratipotissimum pingi vultu debere videretur. Quis ita mixtam lætitiæ disciplinam propinavit? Quis non cum ipsius gaudio, qui corripiebatur, correxit?

Charitas
eius eximia
& industria.

Iam verò sub exhortatione ipsius, quis animum non dolorem suum spreuit? Quis feris moribus insaniam suam execratus est? Quis arrogans non plus, quam omnes superbiam suam ipse abiecit?

natus est? Quis lasciuus, luxuriam non detestatus?
 Er quid plura? Omnibus omnia factus, communis
 omnium medicina erat. Denique vt primùm san-
 ctæ huius Ecclesiæ regimen accepit, prima ei cura
 concordiz fuit, & præcipuus labor, fraternitatem
 dissidentem mutuo amore connectere. Studebat
 præterea amore potius regere, quam terrore do-
 minari; vt volentaria magis, quam coacta corre-
 ctio, hunc quoque subditis ad ieceret ornatum, ne
 ad officium suum compulsi putarentur. Floruit i-
 gatur sub illo Christi Ecclesia, sicut monasterium
 ante floruerat; creuit gratis, decreuit metallis; nã
 quæ otiosè diu congesta fuerant, dignis tandem
 vtilibus deputauit; dudùm defunctis thesauros suos
 misit. Hoc solum quod ministerio sufficiens erat,
 reuertit; sed si exegisset vltus, nec ministerio, vt
 reor, peperisset. Iam verò quo ordine illud sancti
 Spiritus receptaculum conqueuerit, dignum est
 audire.

1. Corint. 9.
 Studium cõ-
 cordiz.

Incredibile est, quàm integrum impollutz mē
 tis vigore vique in extrema seruauerit. Vltimū,
 doloribus iam reluctantes, Epiphaniū die
 in Ecclesia sermonem habuit, nesciens vnquam,
 colluctante cum infirmitatibus fide, dolori ma-
 gis corporis, quàm spiritus feruori acquiescere,
 seruauit desiderijs vestris supra vires suas. Non il-
 lum siquidem aliqua extrinsecus superueniens æ-
 gritudo, non subitus febrium æstus absorbit, sed
 dilata infirmitas, nimio dudum propositi ri-
 gore contracta, & adhuc remissioni parum acqui-
 escendo ingrauescens; octauo eum vel nono die à
 solennitate prædicta paulatim extenuando con-
 fecit. Ac primum semper vberrimè suos consolā-
 tur, & sermone condito circumstantium ab-
 stergit lachrymas: quas tamen quò magis abster-
 git,

Mentis vi-
 gor.

git, irrat. Quadā vice cum comprimere lacrimarum mearum tempestatem, & abrumperet uos fletuum laboraret, Quid, inquit, fletus inuicibilem humani generis necessitatem? Imparatus ergo te inuenire meus transitus debuit, cum non inueniret imparatum? Et quid ego, inquit, nimis omnium fero ad ea, quæ sanctorū plerumque in supremis suis acerbissima pertulerunt? & commemoratis aliquot adiecit, quod credo alicubi

Prælarasententia.

Oratio eius ad præfectū, &c.

gerat: Magni, inquit, viri multa patiuntur, & alios pati doceant, nati sunt in exemplum.

Confluentibus autem ad se potestatibus, præfecto & præfectorijs viris, quam feruentia sub tali iam frigore mandata depromptit, ab ipso metu suo sumens acerrimum exhortationis exemplum? Videtis, inquit, quàm fragile habitamus hunc spiritum; Ab hac necessitate neminem honores, neminem diuitiæ liberant: hæc iustis & iniustis, potentibus humilibusque communis est. Sic vitam agite, ne vitæ extrema timeatis: & hoc quod mortem appellamus, quasi commigrationem expectetis. Mors poena non est, si non ad supplicium deducit. Dura quidem est carnis animæque duritia, sed multò durius in gehennæ flammis erit carnis animæque consortium, nisi in omni vita generosam suam spiritus recognoscens, bellum corpori, & corporalibus vitijs certamen indixerit, & illi discretus à carnis colluione diuortio. animæ paci impollutam seruet veramque substantiam illic feliciter copulandam: vbi exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus, hoc est, in corporibus, tanquàm in receptaculis suis: cum ea que iustitiæ dedicauerant membra socialia, tanquàm consueta hospitia recognoscent. Hoc itaque agite; Hanc vobis Honoratus vester hæreditatem reliquit.

linquit: supremo halitu suo ad hæreditatem vos
regni celestis inuitat. Nullus nimium mundi hu-
ius amore teneatur; optimum est, vt voluntate fa-
stidias, quo te vides necessitate cariturum. Nemo
opibus diffuat, nullus pecuniæ deseruiat, nemi-
nem diuitiarum pompa corrumpat; Scelus est,
precium salutis, in materiam perditionis assume-
re, & illo capi quemque, quo redimi potest. Plus
interrea vultu, plus oculis emicante in cælum sen-
su monebat, & noua semper mentis gratia, defici-
ente membrorum ministerio, pullulabat.

Ordinatis itaque omnibus (neque enim multa
in artibus suis minus plena restabant) cum omnes
claros suos mente percurreret, grauior illi som-
nus oppressit, quem cum interdum pauidi inter-
pellarem, & suspectis omnibus sedere eum in
vltimo prohiberemus, ioculari, vt erat solitus,
blandimento, & consuetudinaria mentis sereni-
tate, respondit, quod molestos nos in hac sollicitu-
dinis parte pateretur.

Somno deinde vltimo exceptus, in mortis quie-
tem dormiens transijt, sine vilo, vt sese habent ex-
trema. In Etamine, nullas difficiles obitus moras
sensit. Angelicis choris anima illa sancta, genero-
sa, sincera, & ab omni contactu mundi inconta-
minata suscipitur. Multorum interea varijs visio-
nibus somnus incutitur, quarum tamen omnium
vna facies erat, quod scilicet sancto illi occurre-
rent officia sanctorum. Relinquitur vegetatum
semper spiritu, plenum gratiæ corpus exanime;
integrum siquidem vultus decorem facies omni-
bus gratia seruabat. Nemo non preciosissimi mu-
neris loco habuit, aliquam de velaminibus illius
sindryam decerpisse. Pro magno munere habitus
est.

Alię senten-
tiæ.
Opes, si bene
vtaris, preti-
um salutis
sunt.

Sub mortē
gravi sōna
premitur.

Suauiter &
felicitē ob-
dormit in
Domino.

Audissime
decerpatur
simbria ve-
laminā eius

est, lecticæ manum admouisse, aut cervicem
ieccisse. Vidistis nō sine gloria vestra gloriam
O magna & inclyta, Honorate tua gloria, non
dignitatem tuam signis probari. Ipsa enim
conuersatio tua plena virtutibus, & admiranda
nouitate præcella, perpetuum quoddam signum
ministrauit. Et quod maius signum virtutis
potest, quàm signa fugere, & occultare virtutes
verè tam familiaris, quodammodo oratio tua
Christi auribus erat, vt efficacissimis precibus impo-
stratum putem, ne virtutem tuam signa clamarent.

Fuit martyr
Christi per-
petuus.

Habet & pax martyres suos; Christi enim
perpetuus quamdiu in corpore moratus es, testis
fui. Illud enim stupendum quondam adolescentis
tux robur, perpetuo abstinentie rigore tenuerat
& in illam, quam vidimus, aspectus licet de
seruato, exilitatem redactum, crux vtique quod
diana consumpsit. Nunquam in tuo ore, nisi
nisi castitas, nisi pietas, nisi charitas: nunquam
corde, nisi horum omnium fons Christus habu-
uit. Nulla tibi maior quam in orationibus &
mimis voluptas. Tuis in tantum medullis Christi
infederat, vt interdum, quod expertus loquor,
bris tuis placido sopore deuinctis, illumetiam
sommis officio solito tua lingua resonaret. Et
puto neminem diffiteri, tibi ad martyrium
pus, non animum defuisse. Sæpè enim dormiens
referebas somnia, non aliquid præfagientia, sed
que aliqua in futurum anxietate sollicita, sed
quietis animæ desiderijs excitata, martyrium
licet, quod semper meditatione gestabas, cre-
interdum alludente & prouocante cupiditate

Quam fuerit
martyrij cu-
pidus.

tuam Domino, tanquam excitata in fidem tuam
persecutione, peragebas.

VITA S. FURSEL CONFESSORIS,
cuius præclarè & prolixè meminit Venerabilis Beda
lib. 3. cap. 19. de gestis Anglorum. Claruit sa-
cer Confessor Anno Domini 644.
& sequentibus.

Vide Caf.
Baro in No-
tat. marty-
Rom.
Item Tõ. 8.
Annal.

SANCTVS Furseus, vir vitæ venerabilis. se-
culi dignitate inter suos clarus, à primis an-
nis, spreto fastu, animum ad rerum cælestiũ
studia intendit. Instructus enim maximarum ar-
tium cognitione, & monasticæ vitæ disciplinis
præclarè excultus, monasterium condidit, vt quã-
plurimos ad eandem vitæ rationem induceret,
palesque pietatis studiosos congregaret. Nec
defuit numerus, splendore virtutum eius & mo-
rum suavitate allectus. Itaque confluenta ad sacra
illa castra multitudo, Furseus cū parentibus cõ-
siliũ inire decreuit, vt quàm commodissimè se-
cutissimeque sacer ille grex Christo militaret.
Hac pia solitudine agitatus, itinere se dedit, sed
mox languente corpuculo, ex itinere ad proxi-
mam quandam casam delatus est. Ibi verò præua-
lente ægritudine, anima illius è corporis ergastu-
lo migrasse, & mirificam visionem hausisse fer-
tur. Densa enim caligine circumdata, vultus con-
spexit angelicos, è quorum numero vnus, candi-
dulo scuro & fulgureo armatus gladio reliquos
præcedebat. Subsequébantur alij duo pari candore
fulgentes: qui mira suavitate animam illius
oblectabant. Quin & multorum angelorum mil-
limum sibi concentum audire, quo tam suavi-
ter afficiebatur, vt corporeæ planè consuetudinis
oblitus: cælesti gloriæ se interesse crederet. Dum
hæc sunt, anima illius, iam contubernio corporis
soluta, angeli vnus ministerio ad corpus reducta
fuit.

16. Ianuarij.

Construit
monasteriũ.

visio mira-
bilis.

Anima eius
corpore-
nituitur.

fuit. Quæ quo modo quove ordine confecta
rint, intelligere non potuit, nisi quod corporis
sarcina se ante gravatum, quàm tam dulci
lorum societate destitutum sciret. Tunc vero
mento temporis pro suaui melodia planctum
gubrem cum eiulatu audiuit; vnde attonito
lis: exclamavit, Quid agitis? At illi suscitanti
tè corporis stupore defixi, totam rei seriem
ponere cœperunt; contestantes corpus etiam
iacuisse, tumulo, de more, iam iam inferenda
Ille verò præter suspiria nihil ædens, languentem
corporis vires sacris mysterijs refecit.

Rursus mira
ei offertur
visio.

Porro toto adhuc biduo languentem & a
gritudine periclitantem parentes & cogi
pie solabantur, cum ecce, irruentibus repenti
nebris, ille graui sopore opprimitur, & a corp
ris consuetudine rursus auellitur. Aderat ipse
didum angelorum agmen, cum horribili
cacodæmonum caterua: quas pro humana fra
litate vt vehementer formidare cœpit, ang
mox hortatu confirmatus est, ne trepidaret.
vera fide, quæ in Christo Iesu est, eorum calu
nias & improbos conatus despiceret. Trepidan
tem nihilominus vrgebant hostes animarum
premebantque, & sempiterno supplicio digni
mum clamitabant. Non solum enim, dicebant
qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facient
bus, digni sunt morte. Ociosos sermones ipse
protulit, & nullam de his rationem reddet. Dixit
Christus; Nisi remiseritis hominibus peccata ve
rum, nec pater vester cælestis dimittet vobis pec
cata vestra. Vbi est iustitia Dei? Si Deus iustus
nunquam hic cælesti gloria fruatur. Nunquam
scriptum, Nisi efficiamini sicut paruuli non intrab
bitis in regnum cœlorum? Vbi aut quando hanc

Rom. 7.

Matth. 6.

Ibid. 18.
Demones
horredè eò
accusant.

Ibid.

perfectiōnis virtutem declaravit? Et adhuc vos
nostris manibus præripieris? Et adhuc in in-
iuria perseverabitis? His alijsque cū Furseum
adversarij rationibus oppugnarent, Angelus sua
eos virtute cōterens, ad iustum Dei iudicium pro-
vocavit: & Furseo ut oculos in mundum conuer-
teret imperavit.

Tunc vir sanctus vallem sub se positam, è qua
quatuor flammæ in quatuor mundi partes spar-
gebantur, vidit: quæ sua sævitia terram undique
populabantur. Tū Angelus, nosti inquit, visio-
nis huius mysterium? Furseus cū se ignorare re-
spondisset. Hæ, inquit, sunt, quæ mundum pravis
cupiditatibus inflammant, & homines in sem-
piternam pestem perniciemque trahere nitun-
tur.

Cumque paulatim ignis magis magisque sævi-
ret, tandem & ipso Furseo appropinquare visus
est. Qui periculi imminenti magnitudine pau-
dus, supplex ad Angelum se recepit; qui hinc inde
discussis flammis, securo eum animo esse iussit; nā
inquit, quod non accendisti, nequaquam in te ar-
debit. Vnicuiusque enim opus, pro meritorū rati-
one ignis hic examinat. Cumque hoc modo, Angelo
duce, per medias flamas graderetur, quatuor iur-
sus cacodæmones horrendum vociferantes, minu-
tissima quæque & levia delicta replicabant, suppli-
cans; semperiterno ea plectenda dicebant. Sed An-
gelus contritis devictisq; adversarijs, ad iustū Dei
iudicium provocavit. Cui calumniator: Si Deus
(inquit) iniquus non est, & si mendacium, & man-
datorum illius transgressio ei displicet, vir iste
pœnarum expers non erit. Cū enim seculi va-
nitatibus semel nuncium miserit, adhuc se passus
est, foribus eius inquinari. Et cum Deus vnicuique
de

Nota im-
pro-
bas dæmo-
num accu-
sationes.

Eccli. 17.

de proximo suo mandauerit, ille sapè diuina
gis transgressores, neque de iniquitate comp
neque diuini iudicij terrore à scelere reuoc
Hæc aliaque improbi magna contentione
bant. & instabant, & vim etiam interdum
conabantur. Quos Angelus Domini, tanquã
phemos in Deum, fudit fugauitque; & Fursei
immenta claritate circumfusum: Angelorum
minibus sociauit.

Boeanus &
Meldanus
Episcopi, cū
eo loquun-
tur.

Is autem sublati sursum oculis, innumera
gelorum agmina, eximia claritate fulgentia
spexit, inter quæ duos venerabilis vita Episcopi
qui non ita diu ad illam gloriam vita functi
migrãnt, obuios habuit. Horum nomina
Boeanus & Meldanus, qui ob insignem vita
ctitatem miro omnium præconio in Ecclesia
celebrabantur. Hi Furseum vt se ad relictum
poris contubernium reciperet, monuerunt
vt maxima vocis contentione populum in
sceleribus inquinatum, à mentis furore ad
tis studium & diuinę legis cultum reuocare
rati sunt. Atque vt diligentius & maiore cura
ctu in eo pietatis officio versari posset, de hanc
cordis prauitate, de virtutum vitiorumque
ra, luculenter admodum multa disseruerunt.

Famis duo
genera.

stremò addiderunt, duo genera famis terram
uersam inuasisse; vnum, in abundantia sapiens
intelligendi verbum Dei & non implendi;
verò, tenacia mentis in abundantia diuitiarum.
Et quamuis multis magni que populitocis
leribus, ad iracundiam prouocatus esset. Do-
nus, eius tamen furor lôgè acerbius in viros
cipes & Ecclesię doctores accensus esset. Nã
cū illi prophetarum monitis eruditi, bonum
malo, & malum à bono discernere deberent,

tamen intoleranda quadam mentis cæcitate pro-
rupissent, ut cum miseranda quadam religionis
superstitione conflantes, inanem tantum sancti-
tatis speciem sequeretur. Sunt enim qui cum spi-
ritualibus vitijs impugnantur, & cum ijs con-
flictere deberent, ijs omiſſis, corpus inedia conficiunt.
Nocturnas illusiones pati, crimen ingens, dirisq;
penitentia laboribus expiandum, statuunt: super-
bia verò & inuidia peste agitari, pro nihilo du-
cunt. Sunt & alij, qui in assiduis precibus sine mè-
tropolitatis, & ciborum abstinentia magnam san-
ctitatis opinionem habent: in vera autem san-
ctitatis laude, & ab omni falsa religionis specie
remota, nullam omnino operam locare volunt.
Quæ æge & hæc auribus eorum inculca, ne dum
honestam speciem fictæ sanctitatis opinioni præ-
tulerunt, tanto grauiores poenas luant, quanto vi-
tia hæc leuora esse credunt.

His dictis, sancti illi viri cum vniuerso angelo-
rum agmine in cælum recepti sunt: Furseus verò
cuius tribus Angelis ad corpus redire iussus. Cum-
que voracibus iterum flammis appropinquarent,
per medium quidem, hinc indè discussis, gradie-
batur: sed vir quidam, illi non ignotus, ex igne
proflans, maxillam eius humerumque exulsiſit, &
censone, ut eum; acrioribus traderet supplicijs
cruentandum, virgite & vim intentante, Angelus
obſiſit, ac pertinacem in flamas prostrauit, con-
uertitq; ad Furseum: Quod incendiſti, inquit, hoc
in te iſſit. Si enim viri huius vestimentum, in pec-
catis mortui, non suscepiffes, nullam in te poenæ
illius vim exercere potuiſſes. Sed hoc iam sup-
plicio eruditus, caue ne deinceps donis muneris
habes, ex testamentis sceleratorum, & in peccatis
momentum contaminaueris; quin potius legata e-
ius in se-

Hypoerita-
tū conditio.

Reducitaz
anima Fur-
ſei ad cor-
pus.

T

inſme-

iusmodi, pauperibus iuxta sepulchrum eroganda curabis. His alijsque sermonibus, instructus tuus mortalitatis ergastulum quamuis inuitus intrare debuit. Cumque moras necceret, & corporis iterum constringi vinculis formidaret. Non inquit, Angelus timere, sed reuiuiscens corporis fontana abluatur, & dolor omnis, cōcrematione solo remanente fugabitur. Inde Furseus, quod profundo somno suscitatus, sublati oculis pariter, Vicinos ac clericos astare conspiciens, uita ditaque ex ordine narrare cæpit: cumque uita perfulus fuisset aqua, cicatrices incēdij quo dicitur vir iniquus afflixerat, & in facie, & inter scapulas eius apparuerūt. Nec mora ecclesiasticę officij progressu omnib. maxima cōtētione diuini iudicij ueritatē annunciant. Erat uero incredibili gratia præditus, ita ut omnes non minus admirati morē quā admirationē traheret. Ex obsequiis corporibus dæmonia fugabat, peccatores, & longi peccandi consuetudine in sceleribus obdormitos, ad mentē reducebat, pauperes & egrotos patienti ope subleuabat, in omnib. deniq; egregie charitatis beneficiū impēdebat, Dumq; uita in uita ni spatio, Hybernię populos, ad omnē pietatis uirtutis rationē informasset, anniuersarius inibat dies, quo carne solutus uisionē uiderat. Multa igitur uiris præstanti religionis præsentibus, uita tus haud vulgari languore corporis prostermatur, eoque deducitur, ut in solo peccatore uitalis spiritus palpitarer. Eo uero momento angelus Domini adfuit, & omnia quę ad diuini uerbi ministerium ritē spectabant, diligenter exposuit; hortaturque eum est, ut nullis periculis uel laboribus frangeretur: nam duodecim adhuc annos multis sceleribus superandos esse, quibus expletis optantur

Magna in
Furte gratia.

Miracula
eius.

Angelus ei
apparet.

firma beatorum requie, quam viderat frueretur.

Institit igitur multo ardentius vir sanctus divini verbi prædicationi: importunè opportunè

voum quemque, sine personarum acceptione, commonefaciens. Completis verò annis decem, reli-

ctis omnibus, quæ habere videbatur, paucis cum fratribus, ad insulam quandam in mari sitam profectus est: atque inde paulò post in Saxoniam trans-

uectus, ubi à Sigeberto rege, summo honore exceptus divini verbi semina vberissimo cum fructu

passim sparsit. Et quia insignis quidam locus in castro situs, ædificando monasterio valdè idoneus,

traditus ei fuerat, eò acceleravit, ne mortis aduentu opus impediretur. Eo autem constructo, & à

rege Anna eiusque nobilibus multis ornamentis egregè illustrato, vno ibidem anno cum duobus

germanis Foillano & Ultano sanctissimè philosophatus est. Deinde cum gentiliùm incurfione,

vniuersa ferè insulæ vastitas immineret, ad Galliarum litora dimissus, à rege Francorum Clodoveo & patritio Erchenaldo honorificè susceptus,

in nouum in loco, quem Latiniacum nuncupât, monasterium construxit. At non multo post cum re-

ge & patritio iter agens, infirmitate correptus vltimum in eorum complexu, cum insigni eximia

sanctitatis significatione, spiritum ædidit. Corpus vero ab illustri viro Erchenaldo patritio in nouâ

quam ibidem extruebat, ecclesiam illatum fuit; postquam annis quatuor quieuisset, ab episcopis

Eligio & Autberto ad aliud quoddam ecclesiæ eius locellum, sine vllò corruptionis indicio transfatum est; ubi illius merita cum admiranda miraculorum virtute egregè claruerunt.

Hanc Saxoniam vocat Beda, prouinciam orientialium Anglorum.

In Anglia monasteriũ condit.

Item & in Gallijs.

Obitus eius.

Corpus eius post 4 annos adhuc incorruptũ.

T a

EGRE.

Vide C. Bar.
in Not. Mar-
tyr. Rom.

EGREGIVM CERTAMEN BEATORUM
Martyrum: Berardi, Petri, Accursij, Adianti & Quo-
nis, discipulorum S. P. Francisci. Occubuerunt pro
fide Orthodoxa Anno Domini 1220. Inter
Sanctos relati à Sixto 4.

Anno 1481.

26. Ianuarij.

S. Franciscus
p̄ficiscitur
ad Orientē:
ip̄i ad Occi-
dentem.

Colimbriz
ad Oracham
reginam di-
vertunt.

EGREGIVS planè vir sapientum sapien-
tissimus B. Franciscus, haud ignarus quantum
excellencia & pulchritudine sine amara
Christi sanguine redemptæ, tanto earum zelus
grauit, vt etiam impijissimos quosq̄ue, atque
Mahometicæ perfidæ sectatores, à pernicie
salutis deducere cuperet. Vnde anno, à sua con-
uersione, vndecimo, periculorum impavens,
ip̄ius Sultani expugnaret perfidiam, & Mahome-
tanæ tenebras fidei lumine illustraret, inter
gressus, sibi quidem Orientis provinciam desin-
psit, quinque verò hisce fratribus, iam antè diuini
virtute & rerum gestarum gloria illustratis, Or-
cidentis destinauit. Præfectus erat reliquus P. Vi-
talis, insigni sanctitate & prudentia vir, quorum
ductu ad omnes labores & obedientiæ merita
alacres, in Aragoniam primùm peruenerunt. Vbi
P. Vitalis vi diutini languoris oppressus, hinc
coactus est: reliquis Christi amore flagrantibus
& moram itineris ægrè ferentibus, in opus animarum
dimissis. Et quidem Colimbriz Portugali-
urbem delati, ad Oracham reginam diuertunt,
quæ conspectu sanctorum mirificè exhilarata, hu-
milibus precibus ab ijs flagitauit, vt diuinam ve-
luntatem consulere, quando hoc corporis ob-
micilium relictura esset. Illi, vt erant dono pro-
phetiæ instructi, & martyrij sui ordinem, & reli-

quias suas Colimbriam deferendas, atque ab eadem Regina prius honorificè suscipiendas denūciarunt, quàm è corporis domicilio migraret. Neque tamen longa post vitæ vsura frueretur. Prædicta euentus confirmavit. Siquidem paucis à diebus, quibus sacra eorum ossa Colimbriam delata, & à Regina in monasterium S. Crucis condita fuere, illa debitum humanæ carnis exsoluit.

Iaque Apostolici viri indè recedentes, Alanquearum, ad Sanctiam, Sanctij regis filiam, reginam utique Deo deuotam peruenerunt; quæ ex eorum aduentu magnam animi voluptatem hausit; & quia in sacro habitu Hispalium, (quæ nunc Sibilis dicitur) transeundi difficultas erat, sæcularibus eos vestibus benignè iuuit. Eò ut peruentum, resumptis iterum religiosæ vitæ indumentis, ad infidelium Mesquitam, ut ibi prima diuini verbi semina spargerent, accesserunt. Sed scelerati homines, impetu in eos factò, pluribus verberibus lanarunt, non tamen robur ita fregerunt, ut aliquid de concepto spiritus feruore remitterent, sed diuina mirificè virtute confirmati, ipsum perfidæ caput, regem inquam aggressi sunt. At ille furij exagitatus, confestim eos capitis supplicio plecti iussit; sed filius eius naturali quadam affectione motus, compresso patris furore, à præsentis mortis periculo eos eripuit, & carceri mancipauit. Inde verò Rex paucis post diebus ad se adduci iussit, & summa contentione, ut abiurato Christi nomine, in Mahumetis iurarent, laborauit. Cui illi, Age, inquiunt, corpora eripere potes, animas autem siderea loca detinebunt. Stat nobis firma promissio; pro præsentis morte immortalitatis dono fouebimur. Tunc Rex insuperabilem eorum constantiam cernens, Ma-

Clarent dono prophetia.

Sibiglia.

Concionatur ad Mahumetanos.

Carceri mancipantur.

Inter ceteros, qui Marochij morabantur, Christianos, erat Dominus Petrus Infans Portugali regis frater, qui vniuerso regis Marochiorum exercitui cum potestate summa præerat. Hic frater illos summo charitatis affectu excepit, & benignè admodum apud se habuit. At illi interim omni periculo posthabito, Saracenis, vbicumque offerret occasio, Christum constanter annuntiabant, & sceleratam impuri Mahometis legem uellebant. Contigit autem Regem Miramunus verba quædam eorum, quibus ingens & notandum conuicium Mahumeti factum putabat, audire, qui furore nimio succensus, confestim eos compelli, & datis à Petro Infante comitibus, ad Christianorum terras deduci iussit. Verum illi, incedibili martyrij desiderio flagrantibus, dimissis comitibus, iterum Marochium reuersi. Quo tempore Rex teterrimo eos carcere concludi, & famis sitique necari imperauit, stabant igitur Achilles vinculis innodati, Deum laudantes, qui viginti dies, omni corporali cibo destitutos, cælesti consolatione ita refecit, ut fortes & alacres apparerent. Infideles verò Mahumetanos, tanta caloribus & aëris intemperie attriuit, ut miraculo cuncti, diuinam ultionem faterentur, & missos continuo faciendos esse clamarent.

Secundò itaque ad Christianorum plagas destinati, primo itineris ingressu relictis comitibus Marochium redierunt. Opportunè accidit, ut contra rebelles aciem instructurus, Petrum Infantem expeditioni præficeret: qui ut instans periculum à fratribus istis auerteret, secum eos abduxit, & rursus nouo miraculo vitæ illorum sanctificauit.

Prædicant Saracenis Christum.

Mittuntur ad terras Christianorum ne amplius prædicent, sed illi redeunt solo martyrij desiderio.

20 diebus absq; cibo.

Petrus Infans secum eos ad prælium ducit.

emittit. Saraceni enim Christianis mixti, ut vi-
diores è pralio redierunt, extrema aquæ penuria
de vita periclitari, ad vnum omnes cœpère. Quo-
rum calamitatem Berardus pro insita mansuetu-
dine misertus, ad orationis confugit arma, fon-
tem imperaturus. Nec defuit orationi virtus: nã
paxillo terram scalpens, tantæ aquæ copiam, in-
genti omnium stupore elicuit, ut hominum pari-
ter, & iumentorum periculum depulerit. Hinc
benignius habiti Marochi, à solo prædicationis
officio, summa Regis vigilantia arcebantur, trepi-
dantis sanè, ne prodigiorum virtute, Mahometis
doctrinam penitus obscurarent, & crucifixi tro-
phæa illustri victoria, in vniuersum regnũ infer-
rent. Igicur libera custodia detenti, feria quadam
festa, in publicum eruperunt, & consuetum pieta-
tis officium tam strenuè in populo exercuerunt,
ut tanquam regij mandati transgressores capitis
sententia damnarentur. Principi cuidam hoc mã-
datum officij: qui ferox ingenio, multis oneratos
iniurijs carceri mancipauit. Atque ut animi fero-
citatẽ, eorum supplicijs satiare post triduum,
relinctis in tergũ manibus, nudos diris admodũ
flagris concidi, suoque tribunali membris omni-
bus fœdatis offerri iussit. Ibi inuicta eorum virtu-
te & constantia prouocatus, continuis flagellis
eius eorum visceraque carnibus planè nudari im-
perauit. Indè feruenti oleo & aceto vulneribus
infusa, tota nocte super testas volutati, & succedẽ-
tibus sibi inuicem crudelitatis ministris, acerbis-
simè afflicti sunt. Noctẽ autem illa insolitũ quod-
dam lamen custodes carceris vehementer exter-
runt: martyres verò cœlesti consolatione perfu-
dit.

Fontem im-
petrat à Deo
S. Berardus.

Iterum præ-
dicant inui-
to Rege.

Fœde lan-
tantur SS.
martyres.

Consolatus
diuinitus.

Primò autem diluculo Rex ipse fama constan-
tiæ

tiæ permotus, conspectu illorum & collegio
perfrui voluit. Itaque ministri, ne segnes ad in-
renda supplicia manus habere viderentur, toto
lo itinere, in corpora eorum flagellis saevierunt
& execranda crudelitate ad regem propulsarunt.
In ipso autē itinere, princeps quidam Mahome-
tana perfidia egregius, athletis occurrit. Cuius
contemptum, cultumque Mahometis inculcat.
Cuius impudentiam. Otto redarguit proiec-
tam in terram sputo, in contemptum proci-
Legis. Quam contumeliam frendens alapa in-
cauit protinus, tanta Ottonis mansuetudine
reno vultu, impio percussori, alteram etiam in-

Rex eos à fi-
de auertere
nititur suis
blanditijs.

illam simili plaga afficiendam præberet. Ar-
vt regis in conspectum ventum est, ille fraudu-
to animo plagas eorum & supplicia miseran-
ter verbis blandissimis primùm affatus est: hortat
vt concordibus animis Mahometis legi contem-
rent. Ab hac monitione, vt serpentina ita perores
corpora eorum omni medicamentorum gene-
foueri, plagatq; sanari iussit. Nec defuere delicia-
ac variæ voluptates, quibus inuictū eorum rob-
eneruare sperabāt. Quin & postremò amplissimā
munera, opes, & speciosa in primis forma mu-
res præpalam adducte, vt vel ijs inescari impu-
scelestissimi hominis doctrinam amplecterentur.
Sed martyres, ijs dæmonis armis, infideliūque
prælium, pro Christi gloria, virilius inuicti
excitati, Regi responderunt: Sint tibi tua æternæ
perditionis instrumenta, fruire diuitijs, frui
impudicis mulierum amplexibus, nobis nobis
Crucifixus relinquatur, cui nos totos semel con-
secrauimus. Adhibe vincula, carceres, equum
omnis nobis leuis est poena, cum de cælesti gl-
ria cogitamus.

Admiranda
martyrum
constantia &
fortitudo.

Rex hoc tam libero & constanti responso exagitus, & ab impotenti furoris sui impetu victus arrepto gladio capita singulorum per frontem difsecit, & truculenta manu mansuetissimas ad suum Creatorem animas transmisit. Hoc tam illustri martyrij genere, post varios pro fide exantlatos labores, post carceris squalores, & crudelia tormenta coronati sunt, anno Domini 1220. decimo septimo Kalend. Februarij: sexto antè obitum B. Francisci anno. Corpora eorum mandato regis varijs ludibrijs affecta, postremò extrà vrbs portata in campi planiciem frustatim concisa sunt, ac feris obiecta. Fideles verò noctis beneficio restituti, dum ad colligendas reliquias certatim ruunt, ab excubitoibus Saracenis densò lapidum imbrey repulsi sunt; & ne quo honore aliquandò extollerentur reliquias, flammis traditæ: sed nulla omnino ignis iniuria affectæ; immò è ca pitibus vnù iteratò in pyr. iniectum, ita integrum exiliuit, ve ino etiam capillitio ornatum demonstratur. Postea verò Saraceni. munerum & pecuniarum largitate nescati, easdem Christianis venderunt, Petrus hians, qui eximiam eorum sanctitatem multis indicijs cognouerat, magna eas reuerentia susceperat, vt conditas aromatibus à corruptione præsertaret. Accidit autem vt dum quidam, freder. libidinis mancipium, manu eas cõtingere vellet, illæ (dictu mirum) in æra fugibunde, impuri hominis contactum apertè detestari visæ sunt. Vnde iuste scelerum suorũ dolore prostratus, sacra se confessione expiauit: ac sic tandem ad reliquias accessum inuenit. Petrus verò martyrii precibus & virtuti confusus, non destitit illorum opem die ac nocte implorare, vt à diutina captiuitate reditum sui in Lusitaniam impetrarent.

T 5 Quo-

Rex eos sua manu crudeliter trucidat.

Quo anno pass. 1220.

Illustre miraculum reliquiarum.

Aliud miraculum.

Petrus Ia-
fans eorum
precibus à
captiuitate
liberatus.

Quorum meritis & orationibus proculdubio
ctum, vt Rex eum cum suis, magna multorum
miratione, missum faceret. Ceterum ipse facti-
te abeundi accepta, ignarus planè viarum, erran-
dus vagabatur: à primo occurrente Saraceno
manipulo pro certo maclandus. Tunc in re-
sperata, rursus a pietate consilio capto, iumentis
sacris onustum reliquijs antè se egit, sine vlla
pidatione, cum trepido tamen agmine, illud
quens. Factumq; vt eius ductu, & Saraceno-
sidias euitarent, & sine vllò errore ad Sep-
bé douenirent. Indè ingèti præsentis nauis
riculo, Hispalim delati sunt. Postremò pleni
titix & exultationis, Colimbriam appulere; vbi
regina Orocha, & vniuersa, multitudine, festi-
gaudio excepti, sacrum sanctarum reliquiarum
thesaurum depofuerunt; quas regina in mona-
rio, S. Crucis honorificè collocauit multis mira-
culorum indicijs claris.

Coruscant
miraculis
post obitū.

IN SIGNE MARTYRIVM SS. TERGEMINORVM.

minorum, Spensippi, Eleusippi, & Meleusippi: item

Vide Cæf.
aro. 2. Tom.
Ann. Eccle.
& Notat. in
Mart. Rom.

quæ S. Leonilla auia eorum. Neoni item, qui beatus
sta conscripsit, & Turbonis. Passi sunt anno

Saluatoris 179. Soteris Papæ quinto.

M. Aurelij Imp. de: mo se-
ptimo.

17. Ianuarij.

S. Polycar-
pus mittit
suos ad fide-
les confir-
mandos tē-
pore perse-
cutionis.

SANCTVS Polycarpus Smyrneorum ato-
stes, uir amplificandæ milie Christianæ ad
modum studiosus, vt intellexit Satanam no-
ua tempestate Gallicanas ecc'ias quasdam ex-
gitare, confestim eximia pietati & Christiano-
bore, bellatores, Antiochum, Benignum, & Lyp-
sum Diaconum eò destinavit, v. propulsato fidei
virtu-

virtute hostium impetu, deiectos fidelium animos erigerent, confirmarentque. Qui nullum pro Christi gloria periculum recusantes, primum ad Massiliensium littora, inde Eduam prospero cursu delati sunt. Erat ibidem Faustus quidam non solum antiqua generis nobilitate, sed & senatoria dignitate apud suos honoratus; qui aduentantes Christi ministros lauto ac splendido excepit hospitio, familiam, patria superstitione adhuc constantem, lustralibus aquis expiandam tradens. Erat & filius Symphorianus nomine, summe spei adolescens, qui ab Andochio sacro fontis admotus, à Benigno lustratus est: & Christi seruitio summa parentis voluntate ac gaudio, perpetuo consecratus. Et quidem Faustus, ut erat ardenti in DEVM fide, cognita egregia sacerdotum istorum prudentia, oblata occasione vendum ratus, orare & obsecrare non desinit, ut ad Leonillam sororem suam, ciuem vrbis Lingonicæ proficiscerentur: nepotesque eius ex filio, Tergeminos fratres, præclara indole iuvenes ad Christum aggregarent. Nec mora: Partio inter se munere, Benignus Lingonium, Andochius & Thyrsus Augustodunum contendunt. Et hi quidem multis ad Christi ouile congregatis, postremo inelytam martyrij coronam adepti sunt. Ille verò à Leonilla incredibili gaudio exceptus: rem pari alacritate ac fide peregrinatus.

Faustus eos
excipit ho-
spitio.

Faustus eos
ad Leonil-
lam mittit.

Primum ad ædes piæ matronæ deuenit, nepotes in agro Pasmasio, prophano fortè sacrificio occupati, simulachro deæ Nemesis litabant: reliquas impuri libaminis ad auiam deferentes, quas illa, præsentè Benigno, canibus indignabunda proiectis, inflammatoque Christi amore animo, talem

Leonilla ad
nepotes o-
ratio.

talem ad nepotes orationem instituit; Dilectissimi mi nepotes, quamdiu cum execranda religionum mancipia, ficta formataque ab hominibus opera, inani superstitione colere? Addecentes estis, ut credatis ligno, & lapidi diuinitatem inesse? Quare non potius ad coeli terrarum Conditorem, verum & æternum Deum, mentes eleuatis? Quid iuuat tantoperè tenebris, pro luce, delectari? Conuertite animum ad commonem omnium nostrum Saluatorem, Christum Iesum, cuius immensam in nos bonitatem, sanctissimus Sacerdos (Benignum autem demonstrabat) luculenter explicare poterit. An creditis certam vobis salutem, opemue, in rebus præstare posse? Hæc aliaque Leonilla nepotibus magna contentione inculcante, illi in te tuos defixi intuitus, tandem in has voces prorunt: Quid est, quod hæctenus rem tantam tam tenaci silentio compressam tenuisti? Quare toties impuris sacrificijs contaminari voluisti? quidem idolorum vanitas nullo nõ tempore vobis suspecta fuit; sed errantes quis vnquam in viam reuocauit? quis Saluatorem Christum auribus culcauit?

Respondent
Tergemini
Leonilla.

His auditis Leonilla sublatis in cœlum manibus, immensas Deo gratias agere, lachrymas pro gaudio funderè, dulcissimis oculis nepotes intueri; denique istiusmodi responsum reddere, Nolite mea viscera, quanta mentis pertinacia patens vester, filius meus, diuinæ gratiæ semper reluctans sit; quem vehementer infelix à studio veritatis abhorruerit. Illo autem viuo nunquam vobis tantum sperare potui quantum nunc. Christi gratia subito collatum video. Agite igitur.

fructus ad celestem diuini huius uisi doctrinam
aures adferre. Illi pijs auiæ monitis audientes. ita
se Christi sacerdoti dociles præbuerunt, ut non
modo baptismate expiati pietatem sectarentur:
sed multis admirandæ virtutis documentis per-
ceptum fidei lumen omnibus patefacerent. Por-
ro benignus, ardens fidei lucerna, cunctis in cir-
cuita gentibus lumen fidei inferebat, donec a-
pud Dionem à sceleratis idolorum cultoribus
apprehensus, præclara martyrij palma, præmium
laborum suorum percepit.

Baptizatus
Tergemini.

Benignus
martyr.

Tergemini
idola con-
fringunt.

Cæterum Tergemini fratres comminuto Ne-
metis simulacro, fanisque duodecim, funditus e-
ueritis & idolorum statuis in frustra concisis, iam
Lingoniam fama compleuerant. Nec mora. pri-
mores ciuitatis ad eorum domicilium aduolan-
tes, percunctati sunt qua vel audacia vel temerita-
te in eam mentem impulsæ essent, ut in deos iniu-
rij, fanæ & simulacra eorum diruissent? Illi re-
spondum suis virtutibus dignum reddiderunt, ar-
gueruntque illorum dementiam, quod deorum
nomine, saxa & metalla, hominum manibus for-
mata dignarentur. Vnde inter eos quidam, nomi-
ne & re Quadratus, iracundia commotus, Speus-
ippo & Eleusippo a lapas infixit. Meleusippus verò!

Meleusippi
egregia vix-
tus.

Cui, inquit, & me istius beneficij cum fratribus
participem non facis? An me existimas ab horum
fide ac pietate degenerem, vestro adhærere con-
formi? Cui Quadratus, furore æstuans. Hodie va-
rij excarnificati supplicij, acerbissimæ mortis
deglutabitis aculeos. Et hoc est, inquit Eleusippus,
quod toto desiderio exquirimus, nam pro suppli-
ciorum grauitate, præmia à Deo ampliora con-
sequemur. Aderat Palmatus quidam, diligens i-
dolorum cultor, qui deorum infamiam extimes-
cens:

cens; Nisi, inquit, horum linguas præciderint non desinent eas petulanter in deos exercere. Speusippus respondit; & præcis linguis, fides in Christum perstabit, & spiritus, ipsa magnalia prædicabit. Tunc Palmatus & Hermogenes exclamârunt; O infelices ad virtutum cæca mente ruentes. Quibus Speusippus Mori pro Christo gloriosum est; inde ad beatam immortalitatis gloriam deimus.

Mori pro Christo gloriosum.

Hac inuicta eorum moti constantia Palmatus, Quadratus, & Hermogenes, inito inter se consilio, Leonillam aduocarunt, modestis & benignis verbis eam inuitantes, vt monitis suis, ne pro ab imminente suppliciorum atrocitate præteriret: ad contemptaque deorum sacrificia recederet. Illa spondit, se eos à supplicijs abducaram, eaque quæ ad salutem eorum facerent, profuaturam.

Leonilla nepotes suos in Christi confessione confirmat.

Nec mora: ad pios robustosque adulescentulas incredibilem irruens gaudio, vim lacrymarum fudit, osculis & amplexibus eorum inuolabilis. Vocem deinde gaudij plenissimam protulit. Filioli, inquit, quàm magno vos breui à Deo obtinendi estis munere? quis tota in familia nobilitatis vobis illustrior? Hodiè enim immortalitatem spero, nomini consecrabitis. Suscipite constantium certamen, nulla vos aduersitas frangat, nulla mentaneis laboribus splendidissimam æternæ vitæ coronam promerebitis. Ab hisce alijque sermonibus, Leonilla rursus domum suam perijt. Sancti verò ad certamina protinus aduocati fuere. Et quidem vt Leonillæ verbis plurimum eborum constantiæ accessisse compertum est, ilicò in equuleum tanta crudelitate extensis

ve solatis membrorum compagibus, animam efflare putarentur. Inde eodem animi robore in Christi Confessione persistentes, & iudicium tyrannidi insultantes, in pyram precipitati sunt.

Sed ignis, exustis tantum vinculis, eos illaesos reliquit. Hoc miraculum ingens populi clamor excepit. ministri verò tyrannidis, comportatis certam lignis, Sanctorum exustionem accelerabant. Sed flammæ non solum eis refrigerium, sed etiam eximiam pulchritudinem cum admirabili claritate coniunctam præstitere. Itaque redacta in cineres pyra, plebs circumfusa sanctos tanto decore nitentes sine fine obstupuit. Quibus illi: Quid obstupescitis, aut hanc virtutem tantoperè admiramini? Christi hæc potentia est, qui pro sua in vos clementia nos illesos conseruat, vt tanta miraculorum virtute edocti, deorù vanitatem tandem aliquando agnoscatis.

Hæc cum dicerent derepentè chorum Angelorum ad se venientem viderunt. Vnde supplices in orationem prostrati omnes, corporeis erepti gurgustiolis ad cælos emigrarunt. Corpora eorum fuerè à fidelibus secundo ab vrbe Lingonico milliaro sepulta, in vico, Vrbarum nomine: vbi miraculis clarere dicuntur. Cæterum corà exemplo ad similem gloriam plurimi exarserunt: qui propagandæ fidei cupidi, pari alacritate martyrij palmam adepti sunt. Erat matrona quædam, speciosa pietate, Louilla nomine, quæ tam præclaro martyrum horù agone excitata, spreto maritali còsortio, & vnico filio à maternis amplexib. constanter excusso, in medias infideliù turbas, furorè in Christianos spirâtes, puolauit intrepida: magna voce Christianâ se, & Christi ancillâ exclamâs. Vt ita i giur, & à capillis crudeliter suspensa, varijs

Horrenda
Tergemino
rum supplicia.

Migrant ad
caelum.

Martyrium
S. Louillæ.

Item Leonilla.

est ludibrijs & supplicijs affecta. Quae in Christi confessione inuicta persistens, tandem cum Leonilla, gladio perempta, gloriosum martyrii certamen peregit.

Neonis.

Harum quoque virtute prouocatus Neonus, eius historiae scriptor, confestim codicem huius Turboni tradidit: & in medias persecutorum turbas exiliens, Christum constanter confessus. Qui multiplicatis ictibus, eodem in loco gloriose certamine occubuit. Postremo & ipse Turboni multa virtute incensus, eodem fine beatorum sociatus est.

Turbonis.

VITA S. ANTONII ABBATIS.

Athanasio Episcopo Alexandrino conscripta.

Vide Czf. Baron. Tomo 3. Annal. Ecclie.

Centenarius quinquennio maior. Anno Domini 358. Liberij Papae 7. Constantij Imp. 22.

17. Ianuarij.

Antonij genus & patria

SANCTVS Antonius Aegypto oriundus, parentibus cum generis nobilitate tum in religione minimè obscuris, tanta est curam nutritus, vt praeter parentes domumque cognosceret nihil. Veruntamen nulla animi mollitudo fractus, diuino imprimis flagrabat amore, ad coelestium rerum studiosus, vt ineptas non modo fabulas, sed & profanas disciplinas remissas, quae aiunt, velis que fugeret. Hoc pietatis igniculo per quotidiana incrementa, magis magisque scintillante, pij parentes mortis soluere debitum, iam annum agente octauum decimum, aetate vestitum, quae aetas, matura haudquaquam destitit prudentia, & oeconomicae domus, & sororis parauit cura, idonea inuenta fuit. Caeterum temerario obitu parentum mense, terreni pulueris percussus

Adhuc puer abhorret omnia profana.

sus, Apostolicæ vitæ puritatem ardentius recole-
 recepit. Et, qua erat animi generositate, nimis ab-
 iecti putabat, cumulandis opibus se totum dare:
 mentemq; ad contemplationem rerum cœlestium
 à Deo formatam, in terram deprimere. Itaque
 cunctis alijs abiectis, limina ecclesiæ frequentius
 terere orationis studio diligenter in hære, do-
 ctinam Evangelicam sicbundis auribus hauri.
 re. Accidit autem, vt die quodam, locus ille Eu-
 angelij recitaretur, quo Dominus diuitem com-
 pellens, suadet vt omnia diuendat, si perfectæ vi-
 tæ rationem assequi velit: ac pauperibus distri-
 buat, opulentum in cœlis thesaurum: pro peri-
 turis opibus inuenturus. Quo Domini consilio
 adeo piè affectus est, vt bona facultatum sua-
 rum parte protinus distracta, nudus iam Chri-
 stum sequutus fuisset, nisi soror & sexu & ætate
 infirmior obstitisset. Verum enim uero cum a-
 liis in Ecclesia religiosas Euangelio aures præ-
 beret, locumque illum, quo Dominus nihil
 nisi de castino sollicitos esse iubet, audiret, re-
 liqui bonorum portione pauperibus erogata, so-
 rorem sacris virginibus sociauit, seque totum ter-
 renis vinculis expediuit.

Animi alti-
tudo.

Pietatis ini-
tia.

Matth. 19.

Matth. 6.
Omnia sua
pauperibus
distribuit.

Erat vicino in agello deuexa ætate vir, solitariæ
 vitæ à primis annis nobilis sectator, (celeber-
 rima enim illa crebraque in AEGYPTO monaste-
 ria necdum visebantur.) Hunc Antonius pia æ-
 mulatione, in locis à villa paululum remotio-
 ribus, haud segniter obseruabat, illiusque per
 omnia vitæ institutionem imitatus, animum
 pariter in eos intendebat, quos in hoc certami-
 ne strenuos nouerat. Itaque custos suæ cellulæ,
 nullar apis, ex gurgustio suo procedebat, alio-
 rum

Æmulatæ
vitæ soliti-
tariam.

V rum

rum vitæ exempla & virtutes hausurus, vultu
 in se viva imagine exprimeret. Hisce egregio
 tutum inijt, pectus ita contra inimicorum
 obfirmavit, vt paternarum opum facile obli-
 totus in Christi amore ac æternorum desiderii
 liqueceret. Iungebat præterea assiduo orationis
 studio manuale opus; quo & sibi & indigentibus
 opportunè subueniebat. Mercedem operis pro
 cio panis excepto, egentibus largiebatur; &
 quamuis litterarum omninò rudis esset, non
 men propterea sacrarum scripturarum cogitationem
 negligebat; imò tanta animi firmitate
 audita complectebatur: vt memoriam præter
 bris haberet. Sic autem vitæ cursum instituit
 vt puro ab vniuersis affectu diligeretur. Om-
 bus, ad quos discendi studio pergebat, & mo-
 stum & obedientem se præbebat, singulorum
 tutes sagaci mentis studio hauriens. Huius con-
 nentiam, iucunditatem illius sectabatur; & in
 lenitatem, illius vigilantiam, alterius legentium
 mulabatur industriam; istum ieiunantem, in
 humi quiescentem mirabatur; alterius patientiam,
 am, alterius mansuetudinem prædicabat; & in
 hoc modo omnibus maximarum virtutum
 emplis irrigatus, ad sedem propriam regre-
 batur.

Aliorum
 virtutes in
 se exprimit.

Ibi demùm animo libero, & ab omnibus
 ris vacuo, vniuersa pertractans, omnium
 bona nitentur exprimere. Neque verò ad
 sus coæuos aliquando mouebatur, sed ea
 tummodò flamma egregio viro crescebat in
 ctore, ne secundus cuiquam in prædictis opo-
 bus inueniretur. Et hoc ita faciebat, vt cum
 nes gloria anteiret, omnibus tamen mirabi-
 charus esset. Nam & vicini, & monachi

quos sæpe veniebat, Antonium videntes, Deicolam nuncupabant, multisque naturæ vocabulis, quidam ut filium, alij ut patrem diligebant.

Dùm hæc præclarè gereret Antonius, Christiani nominis inimicus, tantas in adolescente virtutes impatienter ferens, veteranis eum fraudibus aggressus est. Et primò quidem generis nobilitatem, amplissimas possessiões, sororis in miseranda orbitate relictæ defensionem, fluxam seculi gloriam, atque reliqua remissioris blandimenta proponebat, deindè arduam virtutis semitam, & imbecillam naturam, & prolixa ætatis spatia, quibus illi sine vlla intermissione cum infestis hostibus decertandum esset, suggerebat, tantaque cogitationum caligine animum eius interdum involuebat: ut omnis diuinæ cõsolationis radius ereptus videretur. Non tamen potuit tam vehementis tentationum procella à recto eum itinere reuocare, quare validiorib. eum armis aggressus, nocturnis subvertere illecebris tentabat. Erat sane acerrimum inter vtrumque certamen. Ille sensus naturali carnis ardore titillabat: hic fide, vigilijs, & ieiunijs corpus omne vallabat. Ille per noctes in pulchræ mulieris vertebatur ornatum, nulla signamenta lasciuix omittens: hic vltices gelonæ flammæ, ingestæ sibi libidini opponere, ille lubricum adolescentiæ iter, & ad ruinam facile proponebat, hic æterna futuri iudicij tormenta considerans: illæsam animæ puritatem per tormenta seruabat.

Postremò, cum nullis admotis machinis Antonio draco deijcere posset, in horrida & tetra pueri specie apprensus, & ad eius se genua prouoluens, miserabili valdè eiulatu clamauit. Multos ego sedulo plurimos callida circumuentione deieci,

Diaboli infestatur infidijs.

Certamen eius cum diabolo.

Turpissima specie apparet ei fornicationis spiritus.

nunc autem tuo superatus labore prosterne
 Quem Antonius, quisnam esset, cum interro-
 get: respondit. Ego sum fornicationis am-
 qui primum adolescentiæ florem turpitudinis
 spiritu conculco, & impurissimæ libidinis con-
 gione inficio. Quantas ego virtute mea an-
 rum strages edidi? Quam multos à puritate
 pristinas redire sordes compulsi? & nunc, meo
 serum, tua virtute prostratus iaceo. His
 Christi miles, reuera, inquit, & ætas & obliuio
 & cætera infirmitatis tuæ signa, te nulla
 tum virtute declarant, meritoque te de
 lem reddunt. Ad hanc vocem phantasma
 euauit.

Sed neque Antonio securitatem dedit hic
 triumphus, nec diabolo semel fractæ defecerunt
 res. Quare contra imminens certamen, se magis
 diligentius muniendum ratus, indefesso
 voluntariæ seruitutis laborem in naturam
 tit. Inediæ & vigiliarum in tantum confectu
 ne patiens factus, vt fidem propè omnium
 raret. Pernox in oratione inalbescentem
 diem expectabat. nec prius exhausta reserua-
 cibo membra, quam vespera noctem trahere
 Interim triduo frequenter ieiunio se exerce-
 bat, solo pane & aquæ potu contentus. Lassa
 gis vigilijs & laboribus membra, alium, panem
 iuncum & cilicium, lectum ignorabant. Et
 dem sic demùm animi sensum reuiuiscere po-
 asserebat, si probè corporis impetus fatigaret.
 Vnde nec temporum longitudine laborum
 rita pensabat, sed amore & famulari sponte
 semper tanquam in principijs constitutus, se
 sum excitabat, vrgebatque. Hinc vt diuini

Inedia, vi-
 gilia & ora-
 tiones S.
 Antonij.

minis metum etiam in se auget, ad sepulchra, & sarcophagos non longè à villa remotos, secedebat, cura interim alimentorum vni ex cognatis statuo tempore demandata. Ibi cum planè solitarius ad aliorum etiam instructionem sedulo se exerceret, inimicus humanæ salutis veritus ne eremum similibus quandoque bellatoribus replet, Aggregatis satellitibus tam districta eum cæde mactauit, vt & voce & motu destrutos cognati humeris ad villulæ domicilium reportari debuerit. Nemo non vicinorum Antonium iam in mortis periculo numerabat, cum ecce vir diuinus media nocte, cæteris alto sopore depressis, cognatum suspirio aduocat, orans obsecransque vt se quam primùm ad eundem certaminis locum deferat. Ille, licet inuitus, paruit tamen, & Christi athletam, pedibus, propter multiplices plagas, insistere non valentem, humi deposuit. Ibi vir Sanctus prostratus orans, clara voce, post orationem dicebat: Ecce ego hic adsum Antonius: non fugio vestra certamina: etiamsi maiora faciatis: nullus me separabit à charitate Christi, Psallebatque, dicens: Si confitebor aduersum me castra, non timebit cor meum. Dæmon verò frendens gemensque tam vehementi parietes concussit sonitu, vt extremum eorum adesse videretur. Inde tetra cacodæmonum caterua, horribili & valde metuenda specie apparuit. Alij leonum, alij taurorum luporum alij, aspidum denique & serpentium referebant formas. Truces erant omnium vultus, voces verò clamoresque auditu horrendæ. Porro Antonius totus vulneribus concisus, inanes eorum terrores irridebat. Nec tamen ea propter dentibus in eum frendere desinebant, quoad

Acerri-
mè
verberatur
S. Antonius
à dæmoni-
bus.

Psalm. 16.

Dæmones
in varijs be-
stiarum for-
mis appa-
rent.



Fugat dæ-
mones Chri-
stus & con-
solatur S.
Antonium.

splendidissimus quidam lucis radius cælestis
scendens & truculentas belluas fugaret, & lo-
uo Dei miram consolationem adferret. Nec
rum: Ipse enim Sospitator famulum suum
boraturus aderat, cuius suauissima præsentia
plagis omnibus repente sanatus Antonius, Do-
mine I E S V, inquit, vbi eras hæctenus? cor-
plagas non ante sustulisti? Cui Dominus; Ab-
ram equidem tui certaminis spectator Antonius
quia tanta virtute & inuicta animi constantia
mei nominis gloria decertasti, ego te vicissim
to orbe celeberrimum reddam.

Pergit in e-
remum S.
Antonius.

Annus tunc agebat quintum supra triginti-
mum. Quo tempore ad multò gloriosius certami-
nen roboratus, ad inculta deserti loca conuen-
dit, multis viam vitæ in eremo pansurus. Non
hæc latebant communem hostem, qui vt cen-
dentem iam ab ea mente reuocaret, in ipso in-
nere rutilantis auri argentiq̃ue inanem obiecti-
speciem, quam dæmonis fraudes facile animo
aduertens, spretim pertransijt. Inde ad destina-
tum vultu solitudinis montem, transuadato
mine, perueniens, castellum quoddam deserta-
rium, incolatu serpentium & noxiorum animan-
tium sanè horridum ingressus est; quæ suo ad-
uentu ilicò fugauit. Obstructo verò lapidibus
troitu, annis ibidem viginti contra pertinacia
dæmonum insultus perstitit solitarius. Cumque
tam excellens vitæ ratio, & in omni genere vitæ
tus nequiquam latere posset, ingens hominum
concurfus ad eum fieri cœptus, tanta ipsius videri
di cupiditate incensus, vt nisi accessum præbui-
set, vim foribus lapidumque aceruo intulisset.
Prodiit igitur tanta oris gratia & corporis digni-
tate, vt vniuersos in sui admirationem raperet.

Annis 20.
degit omni-
no solita-
rius.

Nam neque horrida solitudo, neque tabifica ieiunia, neque quotidiana cum hostibus bella pristinum corporis decorem minuerant. Itaque & miraculorum virtute, & oris facundia spectabilis, sermonem instituit ad circumfusam concionem, tam efficaci doctrinæ celestis copia affluentem, ut ipse plurimis habitandæ eremi occasione attulerit. Excitata enim sunt protinùs in ipso monte diuersa à diuersis habitacula & gurgustia, quæ paulatim ad formam & disciplinam monasteriorum redacta fuere. Iucundo imprimis spectaculo psallentium chori, certis diei noctisque horis audiebantur. Sacræ lectiones dulci præceptoris eloquio crepitabant. Vigebat oratio; denique virtutum omnium splendor, ita longè lateque sese diffundebat, ut plurimi quotidie certatim ad eandem vitæ societatem confluerent.

Ad eius disciplinam multum confluunt

Conduuntur per eremum monasteria.

Dum autem hæc fiunt, Antonius & insita virtutis præstantia & exemplo aliorum excitatus, aliquid insuper ad cumulum laborum suorum addendum cogitavit. Igitur à fratrum consortio & omni humana conuersatione segregatus sese rebus inæstibus tanta puritate exercuit, ut planè pavidus ad naturæ necessitates descenderet; ingemiscens frequenter quod tanta animi libertas, volens nolens carnis fragilitati subdita esse cogereur. Unde huius vitæ quodammodo pertæscens, laborantem Maximini tyrannide Ecclesiam, pro sentis martyris gloria illustrare decreuit.

Flagrat maxime tyrio.

Relicto igitur monasterio Christi se martyribus sociavit; eorum necessitatibus in metallis & carceribus fideliter ministrans. Quin & decertans in agone Alexandriae athletas magnæ animi libertate, intrantes ad Iudicem, confirmabat: atque illis felici cruore damnatis,

Ministrat Confessoribus in carcere.

Confortat
eos in ago-
ne marty-
rij.

quasi victor ipsemet exultabat. Tendentes ad
læstram vltimi certaminis bellatores; intrepide
sequebatur, dictis pariterque factis ynumquemque
que ad constantiam roborans. Qua re commo-
Iudex, monachis vniuersis ciuitate interdixit. Et
cæteris quidem timore latentibus, Antonius de
quodam, splendido cinctus amictu, in loco con-
stitit eminentiori, procedentem Iudicem
prouocabat aspectu flagrans cupiditate martyrii.
Sed Deus Antonium amplissimo monachorum
per eremum seruabat cætui. Igitur vir sanctus
cupita diu martyrij palma frustratus, cæte-
iam persecutionis turbine, ad consueta monas-
cæ disciplinæ exercitia se recepit. Cumque in
mniū remotus conspectu in intimo claustrum
teret solitarius, Chiliarchus quidam Marti-
nus nomine importunis ostium Monasterij co-
pit infestare pulsibus, orans & obsecrans, ut
suam sæuo agitatam dæmonio sanare digna-
tur. Cui Antonius per fenestram prospiciens
mo, inquit, quid meum flagitas auxilium, an ego
ras & me mortalem, tuæque fragilitatis esse soci-
Vade, & siquidem firma in Christū es fide, cui
seruio, illū deprecare, & sanitatis beneficium
sequetur filia. Ille beati viri verbis credulitate
bijs, & inuocato IESV nomine, filiam rediit
incolumem. Hinc iam languentium & obles-
rum multitudo quotidie ad eum confluere, quos
ingenita misericordia sanabat ille quidem; sed
veritus ne vel dulci solitudinis fructu pernici-
fraudaretur, vel miraculorum, gloria tumida
elationis quandoque vento extolleretur, super-
rem Thebaidem cogitare coepit; ut omnibus
dem incognitus: optata quiete frueretur. Nec
sa, paucis instructus panibus, in ripa fluminis
tra-

Redit ad so-
litudinem.

sanat dæ-
moniacam.

transitum præstolatus est; cum ecce dilapsa cæli-
 tus vox eum appellans ait; Antoni, quò pergis, &
 quare? ille intrepidè, quasi voci assuetus; inqui-
 etat me populus, fragilitatis meæ ignarus; idcirco
 superiorem Thebaidem meditor, solita pace fru-
 tuor. Tum vox ad illum, Thebais non quietem
 tibi conciliabit, vt existimas, sed labores multi-
 plicabit. Ideoque intima potiùs deserti pete, opta-
 ta ibidem quiete gauisurus. Illo autem hæsitante
 & querente quo ductore eò penetrare posset, Vox
 Saracenos indicauit, qui mercandi gratia Aegy-
 ptum petebant. Tum Antonius se ijs socians, tri-
 dano itinere ad montem immani altitudine per-
 uenit. Icatu rigine aquæ dulcis ad ipsas radices sa-
 ne amœnum, & campo in circuitu montis, haud
 ita magno, palmulisque confro, longè iucundissi-
 mum. Hunc locum habitationis amplexus, a limē-
 ta vitæ ab ipsis Saracenis aliquamdiu accepit. Inde
 fratres, agnito loco, tanquam ad patrem filij, ciba-
 rum derulerunt; quo gauisus breui tempore, ne a-
 lijs oneri videretur, ex agricultura perueniem si-
 bi victum quæsiuit; ex operibus manuum suarum,
 aliorum insuper inopiæ consulens.

Accidit autem vt bestia in messem illius popu-
 labunde irruerent, è quibus vnam apprehendens;
 Cur, inquit, me læditis, nihil à me læsæ. Abite, &
 hoc in nomine Domini, ne approprietis vltèrius.
 Dicit mirum. Ex eo tempore, bestia messi desie-
 runt esse infestæ. Porrò in auia solitudine durissi-
 mo vitæ genere, inedia, vigilia, nuditate, frigoris
 æstusque patientia, contra aërias potestates decer-
 tati, ingens lucta sustinenda fuit. Frequentè
 mons cacodæmonum plenus, incondito clamore,
 sonituque armorum perstrepebat. Quin & feræ è
 specubus proficientes strenuum quemlibet bella-

Monetur cę-
 litus vt petat
 intimam so-
 litudinem.

Viuit ex la-
 bore manq̄
 suarum.

Dæmones
 cum vehē-
 menter in-
 festant.

torem in effusam fugam vertere potuissent; sed An-
 tonius tranquilla animi firmitate immobilis, & o-
 mones fugabat, & feras secum pacificabat. Dem-
 nibus. n. truculentarum forma bestiarum in eum in-
 entibus, & laniatum minitantibus dicere solebat.
 quod vobis in me a Domino est concessa potestas, do-
 uorate concessum. Sin autem demonum venis in
 pulsu, quanto cyus recedite quia Christi famulus
 sum. Ceterum quem demonum ferocitas a deo
 to auellere non potuit, fratrum preces abdu-
 A monachis namque rogatus, ut congregationem
 fratrum inuifere dignaretur, haud difficiliter
 itineris praebuit comitem. Sed in medio viae
 tio ut bibendi subsidia defecerunt, cunctis mor-
 tis horror inuasit. Cumque desperabundi huc
 luc vagarentur, & vitae aliquod solacium quaer-
 rent. Antonius tanto eorum discrimine moentibus
 liuagus humi genua fixit, supplicesque ad Deum
 cum lachrymis manus tendens, eodem in loco
 fontem impetrauit; cuius dulci scaturigine, & o-
 psi & camelus eorum refocilati sunt. Inde ad mo-
 nachorum contubernia prospero itinere delat-
 obuijs ab ijs vlnis excepti sunt. Quibus Antonius
 xenia spiritalia diuidens, dulcissimis verbis con-
 eos ad certamen cum hostibus fortiter sustinen-
 dum hortatus est. Laudabat veterum studia, hor-
 tor nouorum. Postquam cupidus solitudinis, felici-
 tate caterua; quibus inter caetera spiritalis viae
 documenta dicebat; magnam esse ad virtutem
 viam, si singuli vel obseruarent quid gererent
 vel vniuersas mentium cogitationes fratribus re-
 ferrent: non enim posse aliquem peccare, cum re-
 laturus esset, ad alium quaecunque peccasset, &
 subire pudorem in publicum turpia profere-
 Deu-

Imperat
 moribundis
 fratribus
 aquam.

Denique nullum peccantem coram alio audere peccare, & si peccet, tamen testem vitare peccati, Igitur quasi sub oculis aiebat nostris, & cogitatu confundimur, & actu, si omnia referenda faciamus, multo autem magis, si peccata nostra fideliter describentes, digeramus in ordinem. Ita planè vitæ diuinus perniciosas Diaboli cùm in se, tum in alijs conterebat infidias.

Caritas illius in omnes charitas nullo non tempore instar faculæ flagrabat. Fronto quidam Palæstinus sæuè vexatus dæmonio, opem B. senis petiturus, ad montem venit. Cui Antonius: Vade, inquit, & curaberis. At ille perstitit, primò incredulus; inde sancto vrgente, & sanitatem ad primum Aegypti conspectum spondente, abiit & optata salute fruitus est. Multiplicia eius in varios calamitosos. enarrare beneficia, breuitas non patitur, veniamus ad vitæ ipsius exitum, præclaris Catholicæ fidei & pietatis documentis ornatum.

Die quodam orationi deditus subito à corpore consuetudine auulsus est: & angelorum ministerio in sublimè delatus. Adfuerè ilico dæmones pertinaci contentione transitum ei per aëra negantes. Angelis autem sciscitantibus, quid homini ab omni peccati contagione puro obmolirentur, illi audaciter, ab ipso vitæ eius exordio, peccata replicare, minimas etiam labe obijcere, ac pertinaciter asserere, nihil vel tenui labecula inquinatum, sursum tēdere debere. Angelis verò respondentibus, crimina iusto dolore & Christi benignitate deleta, replicari nō debere, eque nihilo minus procaciter illi restitēre, minutaque pudentes

Capitulum in Spiritu.

centes, & calumnijs Antonium deprimere con-
 tes. Sed angelorum virtute tandem repulsi, veli-
 uiti viro sancto transitum ad cælos permiserunt.
 Hac visionis specie abreptus aliquandiu, tandem
 restitutus, tota nocte copiosè lachrymarum ma-
 duit imbrem: continuis se lamentis conficiens, et
 putans secum hostium humani generis malitia-
 dinem, & culluctationem tanti exercitus, laborum
 sumq; animarum iter per aërias potestates in cae-
 lum. Interrogantibus quandoque fratribus, quomodo
 se anima corporis expedita vinculis gereret, quomodo
 uel ei locus assignaretur, vidit proxima nocte
 trum quendam & terribilem, vertice ad cœlum
 que pertingentem, qui pennatos quosdam angelos
 volatu ad cæli fastigia tendentes, extensis manibus
 præpediebat: & alios quidem ad terram deorsum
 fos conculcabat; alios libero volatu ad cælum ab-
 euntes toruo vultu respectabat. Qua visione, maxi-
 mum gaudium, graui tamè dolore mixtum habebat.
 riebat, vnum tamen eundemque semper seruebat
 vultum, tanta serenitate nitentem, vt mentis
 claræque candor mirificè ex eo eluceret. Erant
 quam tot tantisque virtutum omnium ornamentis
 excultus esset, neminem tamen vnquam præ se
 contempsit, immò omnibus se humilè, omnibus
 obedientem præbuit, Clericis in orationis officio
 semper primas detulit; Episcopos & presbyteros
 demisso corporis habitu vbique locorum venerat
 ratus est. Diaconos de rebus diuinis discretè
 attentissimo mentis studio audiuit. Hæreticos
 verò cōsuetudinem, vt teterrimam contagionem
 vitauit. Sermonem cum eis conferre recusatam
 si fortè aliqua spes salutis eorum affulgeret. Alie-
 rebat namque perniciosam eorum familiaritatem
 certissimum ad ruinam laqueum esse. Arru-
 tant

Visio eius.

Defect vbiq;
 clericis.

Hæreticos
 esse vitandos.

tanto animi ardore detestabatur, vt die quodam, cum illi sparso in vulgus rumore, eum suæ perfidie consortem facere aggredierentur, Alexandria concenderit, ibi denique in celebri concione nefarios eorum errores detestatus fuerit, tantaque verborum vi & sententiarum grauitate perfidos arguerit, vt exprimi non possit, quantum ad fidem populos roborauerit. Nulla tunc ætas, nullus senex domi remansit. Pagani ipsi & idolorum sacerdotes, magno gaudio illius conspectu fruebatur. Celebre erat in ore omnium nomē Antonij. Mortui ad eius aduentum cessabant, fugabantur demones, mentes in erroris scelere pertinaces illustrabantur. Quocunque in loco degebat, ibi gaudium & exultatio: & lætitiæ voces personabant. Ille vero hominum conuictu mœstior, ad amicam solitudinem perpetuò aspirabat. Alexandria verò egredienti, mulier lugubri eiulatu occurrit, orans oblectansque, vt gradum tantisper figeret, donec filia eius atrocissimo vexata daemónio adduceretur. Illo subsistente misera virguncula adducta fuit, quæ ad primam Antonij comminationem impuro spiritu liberata est.

Erant duo Philosophi gentiles, densa inanis prudentiæ nube inuoluti, qui virum sanctum nullo negotio circumueniri, & in errorum labyrinthum abduci posse existimabant. At, Antonius visus illis mox per interpretem quæsivit; Quare homines sapientes tam molesto itinere, stulti causa, se fatigare voluerunt? Illis respondentibus, non stultum eum, sed magnæ sapientiæ opinione celebrem esse, dixit; Profectò, si ad stultum venistis, inanem vos laborem sumpsisse palam est. Si ad sapientem, meque haud vulgaris sapientiæ esse iudicatis, imitamini quod probatis; bona enim sum

mo

Detestatur
Arianos.

Pollent mag-
na facièdia.

Miracula
eius.

Dæmoniacâ
sanat.

Philosophi
tentant An-
tonium.

mo studio amplexanda esse non ignoratis. Philosophi hoc dilemmate præter expectationem confusi, cum ingenti & ingenij eius & virtutis admiratione recesserunt. Pari prudentia, modesti alios quosdam vana litterarum confidentia quosdam colligauit. Respondete quæso (ait) quid præ sensus, an litteræ? Et quid cuius exordium? Sed ex literis, an litteræ ex sensu? Illis asserentibus sensum utique litterarum esse auctorem, ait Igitur cui sensus incolumis, hic litteras non reperit. His Antonij dictis stupefacti, sagacitate in mi in litterarum imperito, sine fine admirati sunt. Longè enim aberat à stoliditate rusticorum diuinus, quinimò horrida solitudo multarum rerum scientia eum afflauerat, moribusque ad suauius ornauerat, ut omnes certatim sermonibus eius facilè conditum expeterent.

Antonium
Imperato-
res & aulici
celebrant.

Nec caruit admiratione præcipua quæ solitariis & rerum omnium inops, ab ipsis etiam Monarchis in tremo orbis angulo celebrabatur præconio. Constantinus enim, eiusque filij Constans & Constantius: suis eum litteris dignabantur, quas ille maiore animi tumore acceptabat: fortè nec ad animam admissurus, nisi contemptum regum ex Dei precepto impium pertinuisset. Igitur reciproca salutans, hortabatur ad rerum terrenarum contemptum, cælestiumque amorem. Conuocatis autem fratribus regias litteras admirantibus dicebat: Quæ causa admirandi, quod principes & orbis terrarum reges, nos suis litteris honorant? Nam licet dignitas diuersa, eadem tamen est nascendi moriendique conditio. Illa cum admiratione veneremur: quæ nobis cæli terreque conditor cõferre dignatus est. Ille nõ inania litterarum monumenta, sed diuinas ad nos leges transmissit. Ille sacro

nos instruxit eloquio. Ille viles vermiculos, federe sanguinis filij sui iusto in filios adoptavit. Hæc aliaq; an vobis cū regū litteris & honoribus conferenda videntur? Maiores sumus & ad maiora vocati, quā vt terrenis honorib extolli debeam⁹.

Hac animi altitudine mundi honores, purpuræq; regalē, spernens Antonius in vasta solitudine opus suū manibus texebat: cum ecce sublatis ad sidera oculis grauis è pectore eius prorumpit gemitus, longisq; deinde suspirijs sequentibus de repente se in genua prouoluit, mœstam ad Deum cum crebro fletu orationem fundens, fratres visione quapiam eum admonitum intelligentes, tantarum lachrymarum causam sciscitari. Quibus ille dum vocē parat, crebro singultu præpedita, vix tandem cum luctuosa vociferatione erumpit, Melius erat ò filioli impendens piaculum cita morte lucrari. Magnum quoddam & à seculis omnibus inauditum imminet nefas. Magno fides Catholica turbine quatietur, & homines iumentorum similes Christi sancta diripient. Vidi enim altare domini impiorum multitudine circumdata, qui crebris calcium ictibus omnia dissipabant hac causa gemituū, hæc occasio lamentorū. Nec mora. Secundò ab ipsa, visione anno insana Ariarum erupit perfidia; quæ eo impietatis (vt cætera fideam) prorupit, vt non contenta rapinis bonorum ecclesiasticorū, ipsis etiam virginibus matronisq; eriperet pudicitia. Quin etiā fuso fidelium sanguine sacra resperfit altaria, vitales aquas pro gemitum voluntate sceleratè polluens. Huius expectatione cladis, in grauem mœrorem deiectos fratres hac ratione mox consolatus est Antonius, quod ecclesia hac persecutione, tanquam ab omni, peccati scoria ritè expurgata, multo deinde

Visio S. Antonij tristissima.

Ariarum impietas & scauitia.

deinde splendidior exurgeret ibi tunc suos et
atque etiam hortatus est, ne fidei eorum sinceram
Ariana labe sordesceret; certi quod serpentes
ad foveas suas redactis, religio longius prope-
retur. Ipse verò sui propositi, mirabiliter tu-
cum inuitus interdum à mente ad iudicia voca-
tur, steribus miserorum victus, mox repetitum
magnatibus & Iudicibus diuturniorem eius pro-
sentiam nequidquam flagrantibus. Nam dicitur
(grato vsu exemplo) sicuti pisces ab aquis extra-
cti, in arida mox spiritum exhalant, ita & monachi
à vitali solitudine abducti, si diutius negotio sa-
laribus impliciti, in medijs hærent populi, non
ni propositi sanctioris rigore solvantur, sed
que ad vanas mundi consolatiunculas reuertun-
tur.

**Frequens
monachorum
cum Secula-
ribus con-
uersatio mo-
nastica vite
interitus.**

**Antonius
Solitarius
litteris affi-
ctus ecclesie.
Balatius
persecutor
Ecclesie.**

**Balatius in-
teritus.**

Ita planè Antonius, licet miserorum calan-
tibus interrupta solitudine, frequenter lubre-
sceret, nunquam tamen ad longum tempus
deserebat, quin & litterarum interitio, labo-
ranti ecclesie sapius assistebat: & perfidiorum
pietatem acriter reprimebat. Erat Balatius
quondam Aegypti, sub Nestorio Alexandria
fecto; homo Ariana perfidia sceleratus, immo
in virginum præcipue monasteria, odio sancti
Satanicus pudicitie odor, quem Antonius per-
teras admonuit, ut manum à nefaria persecu-
tione, si diuinam vellet evadere vindictam, retrah-
ret. At ille sannis, ludibrijsque pia monita con-
spiciens, in super pedibus litteras conculcavit, cuius
impietatis diuina mox ultio pœnas populo
Quinque enim post diebus, equestri itinere,
cum Nestorio, ad primam Alexandria man-
nem Chareus dictam, tendens, fuit ipseus Nes-
tore qui rabido morsu ita misere subigò lan-
guine

tertio deinde post die infelicem animam tra-
deret.

Ceterum miti planè mansueto ac pio in proxi-
mos fuit ingenio Antonius. Incredibilis hominū
multitudo, ad eum confluens, vberimo operæ
sue fructu, gaudens ab eo recedebat. Venientes
angelica quadam suavitate excipiens demùm ab-
euntes tota mente in diuinæ pulchritudinis ac
bonitatis amore defixos dimittebat. Pauperū pa-
tronus impotentem, principum dominatum, mi-
ra virtute ab eis repellebat. Magnus pietatis vin-
dex plurimos ab interitu ad æternæ vitæ discipli-
nam trāstulit. Itaque Centenarius quinquennio
maior vir omnibus eximæ sanctitatis ornamentis
excultus ad cælos migraturus, vltima ad fratres ha-
bita oratione, de terrenarum rerum cōtemptu, de
extremo iudicio futuro, de sempiternis præmijs
atque supplicijs. Postremò duo hæc, vt tenaci mē-
te seruarent, & in vitam moreſque transforma-
reos ardentius cunctos hortatus est; Videlicet vt
desideriam, religionis tineam, manibus pedibusque
se propulsarent; & cōragiosam hæreticorum fa-
miliaritatem cane peius & angue fugerent; nō fa-
cerent, statum mentis, cuiuslibet etiam sanctissi-
mū disciplinis fundatum, cito subuertendum.

His dictis præcidit sermonem, & celeri con-
tentione ad antiquum domicilium transuolauit:
vsolitaris ex huius mūdi carcere migraret, sa-
luzari præcipuè timore correptus, ne Aegptia-
ca superstitione funus curarent; Aegptij enim
insolita consuetudine, cadauera linteamine inno-
Jura non humo tūmulabant, sed super lectulos
posita, preciosis condita aromaribus, domi studi-
one reseruabant. Cuius superstitionis metu (præ-
ter alias causas) Antonius, in intima se deserti
priori

Antonius
morti vici-
nus, duo fu-
is præcipue
cōmendat.

Aegptiorū
mos circa
defunctos.

S. Antonius
pompan
funeris vi-
tat.

Testamentū
eius.

Animā celo
reddit S.
Anto-

Firmitas
corporis el-
us ad obitū.

proripuit vanos sui funeris honores fugibund
Erant illic discipuli duo, haud infima sancti
conspicui; quibus hoc mandati serio datum
quando suas ad Aegyptum reliquias transferre
neue tumuli locum, mortalium cuiquam obse-
derent. Promissione facta, acceptaq; , tale de-
condidit testamentum; Vestimentorum meorum
fit ista diuisio: Melotem & pallum tritum, cui
periaceo, Athanasio episcopo dare, quod mihi
nouum ipse detulerat. Serapion episcopus illi
accipiat melotem; Vos cilicium habitocoe
mentum, & valete viscera mea; Antonius enu-
grat, & iam non erit in praesenti seculo
Verba finierat, & disculantibus se discipulis
tensis paululum pedibus, mortem laetus ad-
ita vt ipsa vultus hilaritas, angelorum praesentia
haud obscure indicarent. Funus à discipulis
gnotum haecenus sarcophagum illatum fuit.

Hic Antonio vitae terminus, ista principia me-
torum. Reliquit vir Dei toti Aegypto magnum
desiderium; cum multis lachrymis coniunctum
Incredibili vitae duritie, in suscepto semel pro-
tis instituto, ad extremum vitae diem peruen-
uit. Inuicta mentis constantia neque languore
que longevae aetati quidquam aliquando cre-
cessit: Et in hac austeritate, quod si-
dem quodammodo tentat, pristi-
num corporis vigorem de-
coremque reti-
nuit.

Præ
virtute
res & i
cut, qu
coniec
entiam
cio ex c
toram
consec
teta

VITA S. VLPITII COGNOMENTO

Pp̄ Bauricensis Episcopi, ex ea quæ est apud F. Laurentium. Surium, optima fide. Desijt ab humanis Anno Incarnati verbi 594. Childeberti verò Francor. Regis 16.

Vide G. Bar. in Not. Martyr. Rom. Item Tom. 7. Ann. & c.

VLPITIVS quamvis claris admodum natalibus ortus, & regio splendore enutritus, magnas haberet ad omnem peccandi licentiam occasiones, tanta tamen à primis annis Christi militiam complexus est constantia, ut ad extremum vite spiritum, egregia eam virtute, pietateque curatus sit. Et erat sanè tam ardens & excelens in eo capefendæ religionis cupido, & feruor spiritus, ut eius causa, si oblata fuisset à persecutore occasio, vltro se supplicij obiecisset. Cæpit interim ad omnem se virtutem exercere, & artium maximarum disciplinis animum excolere, & tã eximij sapientiæ & virtutum omnium exemplis florere, ut pãssim tam senes, quam iuuenes ad eum confluèrent, quò admirandam eius doctrinam, cælesti quadam suavitate mixtam, auribus haurirent, & perfectam vitæ, quam studiosè sectabatur, institutionem imitarentur.

17. Ianuarij. Eius genus clarum.

Feruoꝝ spiritus.

Præter alias, quas indefesso studio exercebat, virtutes, incredibili quodam amore erga pauperes & inopes flagrabat, ut eorum curam non secus, quam pater filiorum, susceperit. In vinculis coniectos non modo orationis suavitate ad patientiam erudiebat, verùm etiam opera sua & officio ex carcerum squalore liberabat. Diem itaque totam proximorum salutis, noctem vero precibus consecrabat. Erat haud procul à domo patris, & in templum quoddam quod mutata veste

Eximia illius cura erga pauperes & vincios.

(vt omnem inanis gloriæ occasionem vitare frequentabat. Accidit autem, vt cum nocte quadam, cum duobus puerulis precibus in eo vacaret, duo teterrimi & immanes spiritus, apprehenderunt pueros per vim extrahere nitentur; qui sub clamore opem implorantes, periculum in quo versabantur tremendo eiulatu significabant. Quod vir sanctus à mentis attentione auocatus demones vidit, & protinus expresso contra eos crucis signo in fugam vertit,

Crucis signo pellit demones.

Ex eo tempore Sathan summis inuidiis hinc concitatus: quibuscunque potuit machinatus oppugnauit, quem ille non modo contempserat, tanta etiam virtute contriuit, vt ex obsessis pueris fugaret: & ægros suis precibus ab omni læge curaret: quanquam verò hæc omnia occulte gereret & enixè operam daret, ne ad populares mererent aures, virtutis tamen splendor tam studio occultari non potuit: quin radij hinc inde in vultu eius erumperent. Vnde Bituricensis antistes eius viri sanctitate, publicum ei docendi munus ecclesia detulit. In Leuiticum igitur ordine constitutus, & doctrina & signorū virtute in diebus rursus effulsit: prorsus vt Rex eum ab Antistite sua suorumque salute in castris postulari iussisset. Ibi verò, cum ei; eiusque comitatu ad in triduum assignata essent, ille vnus die tantis expensis, cætera pauperibus erogauit. Quod conturbatis familiaribus, & famem timentibus, ille diuino confisus promisso quæso, inquit, illi, oculos ad Deum referte, eiusque regnum & stitiam primū quærite, & omnia apponantur vobis; Recordamini istius propheticæ: loquens autem Dominum non minuentur omni bono. Illis nihilominus trepidantibus de anno, et

Miracula.

Fuit is Remigius iuxta Baron. Fit Leuita.

Habet Surius Clotarium, sed Baronius censet factū, sub Guthrāno Frac. rege. Annal. tom. 7. & in Not. Mart. Rom. Matth. 6. Psalm. 33.

subito tanta ad eum copia allata est, vt erogata centuplicato scenore, se recepisse citra iactantiam gloriaretur.

Inter hæc † Clotarius rex lethali corripitur morbo; regina non solum in lachrymis mœsta, viri sui casum deplorante, sed & monilia abijcicente, vestes lacerante, capillos vellente, genas discerpente regemq; haud aliter quã extinctũ lamentante. Omnis regia, lachrymis luctuq; fœdata silentio mœrebat extremo, exigua quadam spe in precibus viri Dei reposita. At Sulpitius & regine & procerum per motus lachrymis, ad preces confugit, toto quintiduo omnis alimenti expers, cum interim deplorata regis nunciatur salus.

Illo, nihilominus perseverante, & vigilias incedamque prosequente, oratores veniunt proceres, vt se vigilijs & ieiunijs macerare desinat; de regis enim salute conclamatum esse. Quibus fortiter resistens vir sanctus. Confidite, inquit, nam septimo ieiuniorum die, vna cum principe sanitati restituro, cibum capiam. Hoc responso, dubio

animum animi, expectatione septimi diei pendent. Quo aduentante, rex repente conualescens, incredibili optimatum omnium gaudio, cum honorifice conuivio excepit. Quæ res admirabilem ei apud summos infimosq; auctoritatem conciliavit, ut Antistite è vita sublato, summa omnium voluntate ad illud honoris fastigium eueheretur.

Ille vero fastigium magno conscendens fastidio non honori sed oneri suas submitit ceruices: ieiuniorum, vigiliarum, laborumq; omnium pro ecclesia patientissimus. Fessa laborib. membra nõ molli strato, sed storea cilicio constrata laxabat.

Erant in eo virtutes sanè eximie, admirandaque castimonia clara, quibus tantum apud populum

Gunthiamnus.

Suis precibus regem deploratum sanitati restituit.

Remigio nepè iuxta Baron.

Fit Episcopus.

Conuertit
multos In-
dicos,

pulum, Iudaica perfidia contaminatum potuit
eorum plurimi, detestata perfidia, ad Christi gratiam
supplices confugerent: & scelerum fordes vi-
tali fonte libenter abluerent. Quos enim doctri-
na non mouebat, admota signorum virtute tan-
quam ariete, protinus sternebat.

Exeitat mor-
te puerum,

Oppresserat dira fames omnes Aquitanie pro-
uincias, cum puer quidam suorum ope destitutus
& extrema inedia confectus, ad Pontificis misericordiam
confugit supplex. Qui pro ingenitae sibi clemetia eum
Oeconomo sedulo commenda-
uit. At ille negotiorum multitudinem obrutus
rum, ut fit, negligentius habuit, ita ut frigus &
inedia confectus, vix ad sepulturam elatus fuisset,
cum episcopus de puero inquireret. Oeconomo
de concredito sibi pignore male conscius, quod
reliquum erat, admissi criminis veniam postulauit.
Vir autem Dei in suum se cubile recipiens
obfirmato in preces & vigilias animo non prostratus
in publicum prodijt, quam puer vitali spiritu re-
sumpto: sanus obambulare. Non fuit hoc in-
quens viro sanctissimo, ut vel defunctos susci-
ret, vel calamitosi optata salutem daret. Erant
Virisonensium agello gurges quidam, daemones
bus sacer, in quo plurimi insidijs eorum circum-
uenti, miserabiliter interierant. Viro autem sa-
cto illuc forte iter habente incolae loci calamita-
tem suam lugubri oratione exposuerunt. Quo
commotus, chrisma oleo & aqua mixtum, cuius
dam suo tradidit discipulo, praecipiens ut manum
me haesitabundus in aquas mitteret, cum ea verborum
rum prolatione, qua olim Eliseus contra aquarum
sterilitatem usus fuerat; Sanaui aquas & non est
in ijs vltra mors neque sterilitas. Quo facto, salu-
tares aquae, fugatis confestim daemones, insuper
insuper piscium scatuere. Verum enim vero fuge-

Sero chris-
mate demo-
ne pellit.

4 Reg. 2.

ens è gurgite malignus, acrem protinus vindictã
 meditari, florentis ecclesiã pacem interturbare,
 intestinis bellis lacerare. Nam Galliarum quidẽ
 rex hoc dæmonis afflatus sibilo, |per fas perq; ne-
 fas, ab Ituricensi clero ingentem pecuniã vim ex-
 torquere meditabatur. Missus ab eo ex familiariti-
 bus quidam, homo bifida lingua, exitiale vibrans
 venenum incautum populum in miseram seruitu-
 tem redigere cogitabat. Ille verò sui Pontificis
 cõnfa patrocinio, opem eius flebili voce implo-
 ravit: obtestãs ne desolatis ovibus pius pastor sub-
 uenire grauairetur. Nec spreuit suorum preces pi-
 entissimus antistes, sed indictõ omnibus ieiunio
 antè omnia blandis monitis regis familiarem ag-
 gressus est. Cumq; ille spretis viri sancti monitis
 magis in super insoleceret, populumq; exagitaret,
 ad cõsuetã orationum confugiens præsidia à Deo
 obtinuit, quod pertinax homo negabat. Post pre-
 ces enim lachrymasq;e, nihil de Christi miseri-
 cordia hæsitans, Ebregesilum eximia sanctitate so-
 litarium, ad regem destinavit, qui, redarguta ipsi
 us crudelitate, repentinum ei interitum nuncia-
 bat: ut ad meliorem se protinus frugẽ reciperet,
 subditõ que iniqua exactione opprimere desine-
 ret. Rex sanctissimi viri comminatione grauiter
 percellus, in lachrymas effusus est, abiectaq; pur-
 pura verè pœnitens, non modo ab exactione ces-
 savit, sed & populũ nouis priuilegijs exhilaravit.
 Exactor autẽ in nefario opere pertinaci contentio-
 ne persistens, populũq; ad defectionis insup scelus
 sollicitas, cita morte, cũ ppetua infamiq; nota pœ-
 nas dedit. O verè beatum antistitem, qui
 aduersus hostiles inimicorum furores, nun-
 quam se vel armis, vel manu defendit sua, sed ie-
 iunijs & vigilijs continuis ira hostiles impetus

Dæmon ipse
 us ecclesiã
 turbare ni-
 titur.

Ebregesilli-
 nus eremita

Rex moni-
 tus à Sulpi-
 cio antistite
 publicè pœ-
 nitet.

Diuturnitas
 punitur ex-
 actor inso-
 lens.

Arma spiri-
 tualia.



UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN

prostravit: ut semper victoriam cum ampliore
sanctitatis opinione, & ecclesie totius edificatio-
ne reportaret. Porro si nos multiplices eius in
omni genere virtutes commemorare velimus, ex
præ sermonis inopia poterimus, nec fidem ceteris
nostris habituri sunt, nisi qui suis ea oculis per-
xerunt.

Divina vi-
tio in furo-
rem.

Quadam nocte homo scelestus, & inops, in po-
nu beati viri se per vim ingerens, furto, quædam
indè auferre nitentur. Sed cum perpetrato cri-
mine in tutum se recipere vellet, omnem furti-
eundi facultatem ablatam, & tanquam cæce
yndique se conclusum vidit. Tota igitur nocte
rabundus, qui facilem sibi aditum parauerat, et
itum invenire omnino non potuit. Sole incens-
suis radios spargentes, vir Dei vnum è suis custo-
diis ad se accitum ad cellam misit penitentem, ut
si quem illic offenderet multa lassitudine fru-
gatum, & quasi nexibus quibusdam, irretitum
indè educeret. Abijt ille è vestigio, socioque
adiuncto, cum hominem ambo vellent copio-
sè hendere, ille instar anguillæ ex eorum manibus
mira lubricitate elapsus est, sed cum in flagran-
tissimo deprehensum, tuxbisue yndique vallatum
se cerneret, malletque repentina morte perire,
quam acerbis flagitij pœnas luere, in puteum
octoginta ferè cubitorum altum, se precipitem
dedit: interim nihilominus in ipso puteo beati vi-
tistitis suffragia implorans. Mox igitur vir sanctus
eum aduolat, & puerum funibus alligatum, ex
precipitatum demittit, ut diligenter apprehen-
sum secum educat. Clamantibus verò cunctis, vir
iam planè deploratâ, pergit vrgere vir sanctus,
puer ipsius iussa sine mora capeffat. Descendit
tur famulus, signo ab Episcopo impresso man-
tus at

In puteum
altissimum
insiliens,
manet in-
solumis.

quæritque incolumem, quem iam omnes ex-
 jectum arbitrabantur; iniectiſq; illi funibus sur-
 ſum vnâ ſecû attrahit. Accurrit ad huius rei ſpecta-
 culum vniuerſa penè ciuitas. Fit vnus omnium plau-
 ſus & gratulatio, miranturque ſoſpitem, quem in
 tantam profunditatem per præceps collapsum,
 omni vitali ſpiritu proſus deſtitutum exiſtima-
 uerant. At miſer ille ſui ſcleris conſcientia con-
 fuſus, ad ſancti Pontificis ſe pedes proſternens,
 petit malefici veniam. Ille verò pietatis viſceri-
 bus affluens, ignoſcit celeriter; addit etiam vitæ
 ſuſtinentiæ neceſſaria, crebroque admonet, vt
 petere malit, quàm rapere, & ex beneficio potiùs
 alieno, quàm furto ſuo ſibi parare vitæ ſubſidia.
 Diſcimus ex his, ſancti viri perfectam humilita-
 tem benignè faciendi diſciplinam, cum ſumma
 manuſuetudine coniunctam, & ſanctam ſimplici-
 tatem in ſigni prudentiæ laude ornatam. Neque
 minor in eo fuit paciëntiæ & longanimitatis laus
 vt ſequentiâ declarabunt.

Diaconus quidam cum ab illo in patriam re-
 currendi copiam poſtularet, & vir Dei longinqui
 itineris occasione periculum ei metueret, noluit
 ei diſcedendi poteſtatem facere. Ille verò ſpiritu
 ſuperbiæ agitataus, in ipſa nocte arrepto vehicu-
 lo, celeriter fugam arripuit, ſed miſer ex citate
 percuſſus, poſt multos tota nocte vltro citroque
 euolutos labores, mane ſe eodem in loco, vnde
 auugerat, conſtitutum videt. Denique à ſacerdo-
 te ſanctiſſimo, quem nihil horum latuiſſe puto,
 veniam ſupplex petit, cuiusque adhærens genibus;
 tota rei geſte ſeriem exponit. Vir pius, nihil eius
 peritatus pernicacia, libenter ignoſcit culpam ag-
 noſcenti.

Multas vir Dei pertulit ab antiquo hoſte inſi-
 dias,

Eximia Sul-
 pitij benignitas in per-
 ditos & cala-
 mitoſos.

Inobedien-
 tia caſtiga-
 tur.

diar, multas infestationes, quas tamen inuincibilis mentis constantia & infra pietate semper eluit. Miserat quandoque puerum quendam, Anselmum nomine, mira ingenij & morum simplicitate praeditum, ad locum quendam, vbi fratribus & pueribus victui necessaria praepararet. Porro de-

Demon eius famulum atrociter egedit.

mon pijs sancti viri institutis vehementer rebellans, puerum illum in via e curru exturbatum flagris tam crudeliter cecidit, vt semiuivum inter tres domum reportarent. Cum ea res ad inuicibilis sancti Pontificis pertineret, nemo ei, quid ager-

S. Sulpitius elaret prophetia spiritu.

esse, voluit indicare. Tandem diuinitus edocuit (habebat enim etiam prophetiae spiritum) cum puerum continuis decem diebus caecum mutuumque permanere videret, membrisque omnibus praetenuis, in vltimum vitae discrimen adductum, lacrymas pro dolore continere non potuit, & grauiter tantis miserae suae ouicula dolores ferens, se mi se prostravit, enixe Deum deprecans, vt misericordiae suae opem ostendere dignaretur. Non dum orationem compleuerat, cum plenus fiducia, panis buccellam cum vino, misero animam iam propere exhalanti offerri iubet. Res sane mirabilis, ille qui iam mortis acerbitate oppressus spiritum tradere putabatur, statim ad pristinum vigorem reuocatur, & integris corporis animique viribus, quanta sit Dei erga fideles seruos suos benignitas declarat.

Curatur propere exortus.

Pena violentantis diem Dominicae resurrectionis.

Die illa, quae Christi a mortuis excitati memoriam nobis representat, & singulari ceremoniarum sanctitate ab omnibus celebratur, rusticorum quidam, in opus incumbere non est veritus, sed mox manu eius exarescente, cruciatu intolerabili diras violati festi poenas luit. Tum vero pro-

multum temeritatis & inobedientiæ suæ sibi conscius, quod reliquum erat, ad patrocinium S. Anthonii suppliciter confugit. Sulpitius verò, quamquam admissum detestaretur flagitium, hominem tamen solita pietate miseratus, vnâ secum ad ecclesiam abduxit. Ibi sub ara prostratus sacerdos Dei, preces iungit precibus: deindè domum rediens totam noctem cum multis lachrymis in oratione transmisit. Manè autem factò cum debitâ Deo preces persolurus ad templum venisset, promiscuum cernit vulgus, hominem illum cum securi inuentem: at ipse iterùm se pronum abiiciens pro salute miseri Dominum deprecatur. Tum miser ille doloris acerbitate victus, tam immanes cum lugubri admodum fletu clamores edidit, vt omnes immenso pauore correptos in fugam verterit; Viro autem sancto preces suas nõ remittente sacrilegi manus sanitatem recepit, & reuulsis cum peccati sui confessione lachrymis, ab omni reatu absolutus.

Hæc & alia admirandæ sanctitatis opera quamuis illum per vniuersam regionem valdè celebrem redderent, non tamen à recto virtutum tramite in scopulos superbiæ impellere potuerunt, sed quò maioribus virtutum ornamentis decoratus, alijs admirabilior videbatur: eò sese submissius humiliusq; gerebat. quæ res eum omnib. adeò gratum reddidit, vt plurimi sese ardenti studio ad eius disciplinã aggregarent. Contererat vir Sanctus, innumerabilium clericorum & Monachorum pater effectus, monasteria non pauca, aliaque pietatis domicilia plurima; in quibus non modo castam, & ab omni profanorum hominum consuetudine remotam, vitam

Multa condidit loca sacra.

vitam degebant, sed etiam tam excellenti celestis
disciplinæ desiderio inflammata, ut multi fa-
rum; literarum dulcedine capti, exemplo be-
viri post triduum demum cibum caperent. Hi
enim vir sanctus in primis & sibi & suis discipulis
proponebat, ut corporis non modo mortali-
tione vacuos, & pravas cupiditates reprimere,
sed ut omnes sapientiæ & scientiæ opibus excel-
lenter instructi, alios ad simile pietatis studium
vocarent. Eiusmodi autem filiorum studio pariter
sanctus adeo delectabatur, ut neque in ultimo
re spiritu, ab ijs se auelli pateretur. Vires illius
ui senecta exhaustæ, deficiebant, cum multo
gnium meritorum splendore coruscans, ita etiam
excessit, ut omnibus ad eum confluentibus, ma-
mum sui desiderium reliquerit. Funus fuit mu-
torum lachrymis procuratum, & in basilicam
quàm iam antè exstruxerat illatum. Vbi autem
sacrum corpus tumulo inferendum esset, plebs
niuersa pastoris sui absentiam non ferens, tum
prostrata voces admodum lugubres edidit & mu-
tis lachrymis quereimonijsque, quantum excru-
morte dolorem caperet, testata est. Sed vir san-
ctus, ut pias suorum lachrymas abstergeret, & in-
nequaquam pastorem simul cum corpore co-
ram deposuisse ostenderet, mox eos spiritu inui-
sit, & homines varijs languoribus & morbis op-
pressos ibidem presentes, insigni clarissimoque
sanitatis beneficio affecit; Eius rei fama cum per
varias non modo ciuitates, sed regna etiam terra-
rum vagaretur, innumerabilem hominum mul-
titudinem varijs calamitatibus miseram, ad be-
ti viri sepulchrum inuisendum excitauit, & in in-
ximam similis consequendi beneficijspem addu-
xit. quæ sanè spes cumulatè eis, quod desideraba-

Obitus san-
cti viri.

Miracula
post obitum.

præstitit. Nunquam enim eos, qui debita fide in
 quavis necessitate Christi opem, eius patrocinio
 implorant, inanes à se demisit, sed tantis & tam
 magnificis beneficijs auctus & amplificatos extu-
 lit, ut omnes eius sanctitatem eximijs præconijs
 ubique celebrarent.

DE CATHEDRA S. PETRI APOSTO-
 li, qua primum Romæ sedit, ex ijs qua ex-
 tant apud C. Baron.

In Not ad
 Mart. Rom.
 & To. 1. An-
 nal. Eccle.

ANTIQUA in Ecclesia consuetudine, ea-
 que laudabili statutum erat, ut anniuer-
 saria dies, qua quis alicui sedi præfectus es-
 set Episcopus, festiuo gaudio celebraretur. Qui
 sane vsus tam in Occidentali quàm Orientali ec-
 clesia à cunctis receptus fidelibus, in annos singu-
 los repetitus (licet interdum alicubi prætermis-
 sus, sed restitutus) in hodiernum vsque sanctissi-
 me perseverat. Et quidem de consuetudine Ro-
 manæ Ecclesiæ, cum innumera ferè extant exem-
 pla, tum S. Leonis Papæ luculenti sermones, egre-
 gie testatum faciunt, quanta festiuitate dies illi
 peragerentur. Confirmat eadem S. Paulinus &
 Hilarius Pontifex ad Ascanium, ac cæteros pro-
 vincie Tarraconensis episcopos scribens, De alia-
 rum verò Ecclesiarum vsu, b Ambrosius, item que
 Augustin. præclaris testantur monumentis, quâ
 festina dies illa fuerit anniuerfaria, qua ad Ecclē-
 siarum regimen, sacri Antistites prouecti sunt.
 De Orientalis verò Ecclesiæ consuetudine satis
 monument Græcorum menologia, in quibus S. Basi-
 lii Joannis Chrysostomi, & aliorum agitur sedes
 anniuerfaria dies.

is. Ianuarij.

a Epist. 15. ad
 Severum.
 b De Felice
 Comensi,
 episcopo.
 lib. 8. Epist.
 60. edit. Rō.
 c De die Na-
 tali Aurelij
 Episcopi
 Cartha. ser-
 3. de verbis
 Domini in
 fine.
 Item de sua
 ipsius Anni-
 uers. die Or-
 dinatio ho-
 mil. 4. & 25.

Si igitur laudabilis hic vsus, ab omnibus eccle-
 sijs

sijs receptus, adeò solemnitas erat, quanta maiori
festiuitate par erat diem illū celebrare, quo pri-
mum S. Petrus, Romę diuino cōsilio sedere cepit,
trāslata illuc sede, quā 7. annos Antiochię tenuit.
Porro tanto celebrior hæc est solemnitas, in qua
Antiochię sedit, quæ mobilis illa vel ad tempus
tantum, ac quasi per transitum sita est; Romę vero
stabiliuit, firmiterq; Deus eandem, in ceterorum
Petri successorib. permanfuram quā, vtriusq;

Lib. 3. c. 3.

Irenæus, doctrina munitam, traditionib. locupletatam,
meritis illustratam, donis auctam, adeo
Apostolus vna cum Paulo etiam sanguine crucificauit.
Verum hac die non illa tantum solemnitas agi videtur,
qua Petrus Romę sedere cepit, sed etiam sacrosancta
illa recolitur institutio, qua Domino, Petrus, petra
fundamentalis ecclesię institutus, perpetuę stabilitatis
promissionem, & clauis regni cœlestis accepit.

Matth. 16.

Et quoniam Petrus non vrbs tantum, sed tota
Catholica ecclesię à Christo est institutus Episcopus,
merito vniuersalis Ecclesia eandē in vniuerso
Christiano orbe agit solēnitatē.

Extāt de ea
duo serm. S.
Augustini
15. & 16. de
sanctis.

Cæterum cōseruatur hæctenus in Basilica Vaticana ipsa cathedra
ligna, in qua olim Romę Petrus sedit, p̄betur.
Nec quis hoc miretur. Si enim sedes ipsa lignea,
Cathedra Iacobi Apost. Hierosolymitanus Episcopus,
post tot tantaq; populi Iudaici naufragia, post illud
pauendum Hierosolymorū excidium, seruata nihilominus
est integra, vsq; ad tempora Constantini magni Imp. quam
& successores Episcopi, decenti honore custoditā sunt
venerati, quæ tam mirum, Apostolorū verticis
cathedram, p̄ se saltem fuisse diligentia cōseruatam? Ipsa
ecce nunc, quis sup se sederit virtute miraculorū
p̄dicat, in ligno arido viridē gratiā curationum cōsecuta
cum

Euseb. hist.
lib. 7. c. 14.

cum per eam, Deus diuinā opem implorantibus, beneficia pręstare non desinit. Conseruatam nominis etiā Alexandria, Cathedram Marci, Petri discipuli, in qua successores ob cęlestę in ea splēdorem diuinitus ostensum, insidere in posterum non sunt ausi. Porro B. Petrum anno 2. Claudij Imp. Romā venisse, cōmunis omniū sententia est. Id. n. Eusebius in Chronico, in primis testatur, idipsum b Hieron. ac deniq; ceteri oēs, qui de eo historiam cōscripserūt. hęc n. habet c Eusebius: Anno 2. Claudij, Petrus Apostolus, cum primū Antiochenā fundasset Ecclesiā, Romam proficiscitur, vbi Euangeliū prędicans 25. annis, eiūdem vrbis Episcopus perseuerat. Et D. Hieronymus. Petrus, inquit, post Episcopatum Antiochenis ecclesię, & predicationem dispersionis eorum, qui de Circuncisione crediderunt in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia & Bythinia, secundo Claudij anno, ad expugnandum Simonem magum Romam pergit. ibique viginti quinque annis, cathedram Sacerdotalem tenuit, vsque ad vltimum annum Neronis. Eadem, de tempore & ceteri quoque conscripserunt, vt nulla de his relicta sit dubitatio. Ceterum Petri Romam aduentum, omnes ferē rerum Ecclesiasticarum veteres scriptores, & confirmā runt & perpetuis monumentis decorā runt, vt a Irenęus, b Tertullianus, c Hippolytus, d Cyprian. e Ambrosius, f Lactantius g Optatus, h Hieronym. i Ambrosius, k Augustinus, l Seuerus, m Prudentius, n Philastrius, o Orosius, p Prosper, q Maximus Taurinensis, r Petrus Chrysol., s Arator, ac ceteri latinorum, qui de rebus Ecclesiasticis commentarios edidēre. Ex Gręcis verō, t Papias, u Calp. Diony.

b De scriptorib. Eccles. in Petro. c n Chronico.

a Lib. 1. ca. 7. b De pręscr. c apud Prudent. in peristeph. d De vnitate Eccles. & alijs locis. e Aduersus gentes, & in I salm. 106. f Lib. 4. c. 21. g Cont. Farmen lib. 2. h De Script. Ecclesiast. i Ser. in Nat. Apost. k Ser. 7. in Natiui. Apost. l Hist. li. 2. m In Peristeph. n De hęcres. o Lib. 7. c. 6. p De pręde. lib. 4. c. 13. q Ser. 1. & 5. in Natiui. Apost. r Ser. in Nati. Apost. s In Acta. Apost. t apud Euseb. lib. 2. c. 14.

cap. 30. o Lib. 7. c. 6. p De pręde. lib. 4. c. 13. q Ser. 1. & 5. in Natiui. Apost. r Ser. in Nati. Apost. s In Acta. Apost. t apud Euseb. lib. 2. c. 14.

a Dionys. a-
 pud Euseb.
 lib. 2. ca. 24.
 b Can. 3.
 c Lib. 2. c. 13.
 & 14.
 d Homil. de
 Petr. & Paul.
 e Epist. ad
 Coelestin.
 f Lib. hares.
 fab. in Si-
 mone; & ep.
 ad Leon.
 g Lib. 4. C.
 14.

a Dionysius Corinthiorum, b Petrus Alexan-
 nus, c Eusebius, d Chrysostomus, e Cyrillus
 xandrinus, f Theodoretus, g Sozomenus, ac
 iuniores. Ac denique ne in re. toto celo periret
 laboremus, id ipsum Sacrosancti Oecumenice
 nodi, idem etiam Romani Pontifices suis epis-
 lis Imperatores suis edictis confirmarunt. Et
 quidem, tanta de Petri Romam aduentu memo-
 ria, omni scriptionum genere meruit conlecti
 ut nec cuiusvis perfectæ frontis hæreticus
 schismaticus, eorum, qui antè nostra seculum
 runt, ausus fuerit de eo vel leuiter quidem
 tationem mouere.

VITA S. LEOBARDI, RECLV. S. I.

Vide Cæf.
 Baro. in No-
 tat. Marty.
 Rom.

maiori Monasterio propè Turones. Ex ea quæ
 Gregorium Turonensem Episcopum: Florus
 Sanctus circa annum Domini 583. Causa
 pse auctor præfideret Ecclesia
 Turonensi.

18. Ianuarij,

Genus Leo-
 bardj.

BEATVS Leobardus Auernici indigena
 Britorij, non quidem gloriosus aut aliqua
 gnitate claris, sed ingenuis admodum &
 etata probitate natalibus ortus est: quos ipse
 inde meritorum suorum gloria egregie illu-
 nit. Cum post multa virtutum & literarum or-
 namenta, ætas connubio apta accederet, patris
 possessiones, quæ erant amplissimæ, ad extenu-
 deuoluerentur. sine mora eum liberis procre-
 dis operam dare voluit. Quid enim, dicebat,
 fili, hæctenus tanto labore cumulandis diu-
 agrorum possessionibus insudani, si possessio-
 genere nostro ad fruendum defuerit? Ac illi
 quamuis toto animo dura matrimonij vincu-
 respici

respueret, ne tamen patris voluntatem negligere
& patrum sanctam habere videretur, passus est se
ijs alligari.

Intere à utroque parente foelici somno mortis
sopito, vt exequias lugubri deformatus habitu ri-
te celebrauit, iustumque dolorem compleuit.
Nuptiali decore splendidus ad domum fratris sui
perrexit, quem adeo miserè vino sepultum inue-
nit, vt neque fratrem agnosceret, neque domo sua
recipere vellet. Ille igitur pro hospitio multis in-
iurijs & contumelijs à fratre acceptus, ad quod-
dam vile declinauit tugurium, vt ibi mèbra mul-
tis inuicis vexata incommodis, grato utcunque
somno recrearet. Media autem nocte expergesca-
tus, coepit multiplicia Dei beneficia grata men-
te recollere, & aciem totam in diuinam bonita-
tem defigere. Quæ meditatio tantos in eius pecto-
re amoris igniculos excitauit, vt ingentem la-
chrymarum vim profunderet: & sublatis cum
inimica pietate ad celum manibus Dominum eni-
mè precaretur, vt sibi, quo tandèm munerè possit
aliquando illi gratiam referre, aut operæ suæ
penam proinde atque deberet absoluerè, osten-
dere dignaretur. Tandem post lōga suspiria, post
dulces lachrymas; o anima, inquit, mea, quid agis?
quid in ambiguo suspensa teneris? quid fluctuas?
quæ est hui' mūdi gloria, vt ei toto vitæ tuæ curri-
culo seruire velis? Nunquid non vana sunt om-
nia, & breuissimo temporis spatio circumscripta?
& quæ sunt corporis deliciae cum suauissimis
mentis delicijs collatae? Eia igitur rumpe moras,
& suauissimum Christi iugum tota mente ample-
ctere.

Hac cum effatus esset, & mens eius diuino amo-
re mi-

Ducit vxo-
rem.

Eius paren-
tes moriung-
tur.

Recollit di-
uina bene-
ficia nocte.

Seipsum ex-
citat ad mū-
di contem-
ptum.

Inuisit se-
pulchrum
S Martini.

Eius pia ex-
ercitia.

Fotione vi-
ni, Cruce si-
gnati, fe-
bres curat.

re mirabiliter æstuaret, prima luce ascenso equiter ingressus est, incertus omnino, vel quid ageret, vel quò tendere deberet. Tandem ei opportunè sepulchri Sancti Martini multis mirisq̃ miraculis admodum celebris in mente venit, quod miro pietatis studio inuisit, & paucis diebus sancti illius patrocinio inuocato, cellulam, transmissa amne, maiori monasterio propinquam (de qua Alaricus quidam receperat) deuotus accessit, in qua tam excellens uita integritate annos viginti & duos versatus est, ut miraculorum uirtute, clarus admodum esset. Mentem suam continua rerum diuinarum meditatione ad cœlestem puritatem formabat, uicinijs, uigilijs, silentio & oratione in tantum distabatur, ut neque ad momentum se auelli ab ipso pateretur. Porro diuinarum cognitione literarum tam excellenter instructus erat, ut non modo se contra improbi hostis insidias tueretur, sed multos etiam alios ad uirtutis & honestatis studium inflammaret: multos à prauitate uita horrendis peccatorum tenebris, ad clarissimam ueritatis lucem & Christi amorem traheret. Erat ei assidua pro populis sollicitudo, parumque esse putabat, si se tota die ab omni peccati contagione purum & immaculatum seruaret, nisi etiam alios orationibus, & pijs sermonibus dura peccati seruitute in ueram libertatem uindicaret.

His pietatis charitatisque operibus tantam Domini gratiam consecutus est, ut pustulis malignis salua oris sui perunctis, vim ueni feruentis opprimeret. Febres uero nunc frigore, nunc æstu sæuientes per poculum uini, charactere Crucis sanctificatum, ita discussit, ut omnes in

rentem in eo quandam diuinæ virtutis vim agnoscerent.

Quodam tempore cæcus quidam audita fama virtutum eius, supplex ad eum venit, ut contactu dexteræ suæ lumina clausa aperiret. Quod vir sanctus primò constanter renuens, cum fletibus hominis illius vinceretur, triduo pro eo orationem fudit; quarta verò die signo Crucis super oculos eius formato, pulsâ tenebris, lucem ei restituit. Huius virtutis testimonio Eustachius Abbas ad stipulatur assistit. Denique longa ieiunij austeritate confectus, & oratione indefinenter debilitatus, obitus sui diuinâ reuelatione cognouit. Aduenerat dies Dominica, cum vocato ad se ministro, ut cibi quiddam præpararet, mandauit. Quo celeriter parato, ei que allato, Heus, inquit, egredere foras, & vide si missarum solennia iam peracta sunt. Hoc autem vir sanctus dicebat, ut ab omni humano consortio separatus, Angelorum septus præsidio, suauis liberiisque è corporis ergastulo migraret. Quod etiam factum est, nam minister reuersus dulcissimo mortis somno eum sopitum inuenit. Vnde non mediocriter turbatus, maximo fletu reliquos fratres ad triste spectaculum excitauit, qui funus multis cum lachrymis procurantes, illud in sepulchro, quod ipse sibi in cellula sua sculpserat, condiderunt.

(.)

T 2

MARTT-

Cæcum sanatur.

Excedit à vita.

MARTYRIVM S. PONTIANI S. P.
letani, Consummatum anno à Christo nato 154. N
ginij Pontificis Romani r. Antonini verò Imper. 15.
eo quod extat apud Frat. Laurent. Sarum, ex au
quis manuscriptis Codicibus 14. Januarij. Sicut
alij hoc nomine martyres, sub alijs Imperator-
bus passi, ne quis in historijs labatur: aut
hasitabundus de fide earum
dubitet.

19. Ianuarij.

GRAVIS & tremenda temporibus dno
 nini persecutionis extitit tempestas, cum
 Fabianus præfectus, eiusdem Imperatoris
 mandato Spoletum profectus, inter ceteros Chri-
 stiana religione ac fide præstantes; Pontianus
 quoque comprehendit. Quem suum ad Tribuna-
 perductum, quo nomine appellaretur interroga-
 uit. Cui Pontianus; A parentibus quidem me-
 Pontiano mihi nomen impostum est, sed ego
 liud maius & præclarus, nempe Christianus
 beo. Tum Fabianus; Abijce istam animi vani-
 tem, & noli te tuamque familiam sempiterno
 decore afficere Tu hominem maleficum, & à
 dæis in crucem actum pro Deo colis, & decem
 stros, quorum beneficio conseruaris, impet-
 gas? Ne patiaris te præstigijs illudi, ille enim
 Deus tuus nequaquam te de manibus meis erip-
 re poterit. At sanctus Pontianus, summa quadam
 vultus grauitate in eum respiciens: Non tu in qua-
 me impuris sermonibus, à recta in Deum
 de, in fraudem, & pestem sempiternam im-
 pelles. Nec Imperator vnquam me à Christi
 Iesu amore, ad vanum inanum deorum cultum
 traducet.

Pontianus
 à Fabiano
 præfecto co-
 prehendi-
 tur.

Pontiani
 fortitudo,
 & præclarum
 responsum.

Hac Pontiani constantia vehementer commo-
tus iudex, iussit eum vestibus nudatum virgis ca-
disanta crudelitate, vt terrâ vndiq; suo sanguine
rigaret. Cum autem ministri vehementiùs insta-
rent, vt innictum eius animum frangerent: Non
te, inquit, ô homo scelestè, cum dijs tuis pudet tui,
quod videas me Christi Iesu mei benignitate in-
superabilem, poenas tuas contemnere? Iratus Fa-
bianus, præcepit vt nudis plantis ardentissimas
prunas inambulet. At sanctus martyr, impresso
sibi crucis signo, nudis pedibus illæsus ambulans
iudicem hac voce cõpellauit: Ecce ego in nomi-
ne Domini mei Iesu Christi nudis plantis calco
carbones, tu quoque manum tuam in feruentis a-
quæ solium immitte, & vide, num Iupiter tuus
simili virtute præditus, illæsum te seruare possit.
Tunc Fabianus ira inflammatus, suspendi eum in
equuleum iussit. Cumque carnifices plagas illi
imponere conarentur, viribus protinùs destituti
clamare ceperunt: Væ nobis, quia maiore nos,
quam ille, cruciati afficimur. Manus nostræ elan-
guerunt, vnci sunt fracti, & omnes denique cona-
tus nostri in nihilum reciderunt. Tum iudex men-
te planè & consilio destitutus, in carcerem eum
compingi iussit; vbi frequèti religiosorum ho-
minum concursu, ad martyrij constantiam, pro fi-
dei defensione, ad vltimum spiritum retinendum
mirificè confortatus est.

Audiens hoc Fabianus iussit eum è carcere in
amphiteatrum adduci, vt suo sanguine duorum
leonum sœuitiam satiare. Confluxerat eò innu-
merabilis hominum multitudo, vt crudele spe-
taculum intueretur, & animos tam miserabili
Christi martyris interitu pasceret. Sed eccè im-
manes feræ, quamuis dira fame exagitatæ, viso

Atrocissi-
mè flagel-
latur.

Super pru-
nas ambu-
lar illæsus.

Suspenditur
in equuleo.

In carcerè
mittitur.

Leonibus
in ampli-
theatro ob-
ijcitur.

Leones est
veneratur.

Ab Angelo
in carcere
conforta-
tus.

Plumbo li-
quefacto
perfundi-
tus.

Pontiano adeo sunt mansuefacta, vt demissis ce-
uicibus S. Christi martyrem venerarentur. Quo-
visio, populus, sublatis in caelum vocibus, exci-
mauit; Verè magnus est Christianorum Deus: di-
gnum est vt sanctus Dei dimittatur. Fabianus
populi clamoribus seditionem veritus, cõfessum
eum iterum firmissimis vinculis constringi, & ci-
bo omni, potuque destitutum, carceris squalore
necari mandauit. Cumque duodecim in eodemo
hoc modo exegisset, noctis intempestæ silentio
Angelus Domini cœlesti eum cibo refecit, aqua
ad certamen inuicta virtute, subeundum bu-
tus est. Ministri autem cum iam certò eum exci-
dum putarent, voluerunt corpus eius, ne pestilen-
ti contagione locum inficeret, humo mandari.
Cumque præter opinionem psallentem eum in-
uenirent, stupore oppressi renunciarunt Fabiano,
Christi martyrem optima corporis valetudine
præditum esse. Fabianus maiori admiratione per-
cussus, & ira simul inflammatus feruenti plumb-
bo eum perfundi imperauit.

Ministri, his auditis, quæ ad tantæ rei crudelita-
tem necessaria erant, summa celeritate parauerunt.
Tum Fabianus, vt poenæ acerbitate ob oculos pos-
ita martyris constantiam frangeret, primum san-
ctum virum in lecto ferreo extendi, & nunc blan-
ditijs nunc horribilibus minis, vt dijs sacrificaret,
excitari iussit. At martyr, cum istos Syrenarum
cancus surda aure exciperet, plumbo feruenti per-
fusus est; quod nõ aliter in eius dorso, quam aqua
in marmore enatauit. Tum martyr rursus ad im-
pium iudicem; Ecce omnibus tuis conatibus elu-
sis, supplicia Dei mei virtute fracta sunt, & adhuc
in impietate tua perseverabis? Erubescere res-
dem & Christi Dei mei virtutem agnosce. Contra
autem

autem Fabianus; Audi me Pontiane, & animam tuam à maiore suppliciorum atrocitate libera- ro, & dijs patrijs debitum honoris sacrificium de- fero. Cui Pontianus, Adhuc tu auribus meis hanc iniuriam irrogare pergis, vt surda & muta idola, atque ad eò dæmonia deos esse credam?

Audiens hæc Fabianus, ab impotenti animi sui iri victus, mortis sententiam in eum tulit, vt gla- dio feriretur. Nec mora, crudelitatis ministri arreptum foras eduxerunt; Ipse verò summa a- nimi alacritate ad locum supplicij pergens, po- situs humi genibus, gratias creatori suo egit, quod præclaro certamine ad martyrij gloriam voca- re dignatus fuisset. Domine, inquit, DEVS om- nipotens, sic nomen tuum sanctum in omni se- culorum æternitate benedictum, qui me deui- cto humani generis hoste, per passionis agonem ad te venire iubes. His dictis, collum genero- so animo ferendum præbuit, & agonem cum admiranda opinione virtutis consummauit, de- cimo nono Calendas Februar. Corpus eius fuit noctu à Christianis à ponte sanguinario subla- tum, & in fundo, qui Lucianus dicitur, non longè à muro vrbs Spoletanæ sepultum decimoquin- to Calend. Februarij.

Piectus capite.

MARTYRIVM S. FABIANI PON- tificis maximi, quod consummauit Anno Christi Sal- uatoris 253. Decij Imp. cum sedisset annos 15. Et dies 4. ex ijs qua extant apud Caf. Baron.

Tom. 1. An- nal. Eccles.

Post Anteri morté, Fabianus natione Ro- manus, vna cum alijs ex agro Romam com- migrans,

20. Ianuarij. Partia eius.

Y 4

migrans, ibi sua collocavit domicilia, ubi dicitur
 & cœlesti gratia largiente, ad cleri administrati-
 onem, mirandum in modum euectus est. Nam
 cum omnes fratres causa deligendi eius qui Episcopus
 scoparum gereret, in Ecclesia conuenissent, & multi
 de multis illustribus & præclaris viris, ad illius
 munus obeundum idoneis cogitarent, quanquam
 Fabianus, qui tum fortè præsto erat, nemini in
 mentem venerat, derepentè tamen columbam e
 sublimi deuolantem, quæ similitudinem Spiritus
 sancti, super Saluatorem in specie colubæ delatæ
 dētis representare videbatur, eius capiti in
 membra, ac propterea populū vniper sumptu-
 ter vno sacratū Spiritus instinctu comotum, ma-
 gna cū alacritate, & vno animorū consensu, eum
 dignum eo dignitatis gradu acclamasse, & ab
 mōra abreptū illum, in sede Pōtificia collocasse.
 In quæ verò difficillima tēpora Fabiani sedes in-
 ciderit, tū Herodianus, tum etiā Iulius Capitolinus,
 in reb gestis Maximini demonstrant. Post in-
 numeras autē cedes, à Maximini ministris, in quibus
 cunq; licet innoxios immaniter perpetratas, res
 status ex insperato mutatur. Nam delectis hoc ma-
 no in Africa Gordiano Procōsule, eiusq; filijs Im-
 peratoribus, eosq; approbante Romano Senatu,
 Maximinumq; hostē iudicante, primus omnium,
 Vitalianus præfectus Prætorio, qui in ciuū san-
 guinem ferociter delinuerat, nec non etiam Sabi-
 nus vrbi præfectus, iisdem morib. cōparatus & ad
 Maximini voluntatē ambo egregiè accommodati
 occisi sunt. Sed & post hæc, inter Prætorianos mi-
 lites, qui stabant à Maximino, atq; populū eos in-
 sectantē, in eosq; sæpè impetū facientem, ingens
 dissidiū conflatū est. His. n. eos inuadentibus, illi
 autē resistentibus ac validè repugnantibus, magna
 facta

Matth. 3.
Columba
cœlitus in ca-
put eius de-
scendit.

Creatur sū-
mus Pontifex.

Libr. 7.
In vita duo-
rum Maxi.

Seditio ma-
gna Romæ.

facta est vniuersae partis occisio, vsque adeo vt vrbs
 ipsa à militibus inflammaretur; cum interea am-
 bobus Gordianis, agente cõtra eos Capeliano Nu-
 micio ac Mauritanæ Prefecto, extinctis, à Senatu,
 Clodius maximus, Pypienus & Cælius Balbinus,
 qui subeant curam imperij deliguntur: a quibus
 & cooptratus est Gordianus, semeris Gordiani ne-
 pos, puer in Cæsarem. Cæterum has adeo immen-
 sas atque pauendas cuique turbas, ipsam que atro-
 cissimum ac periculosissimum civile bellum, quo
 non Romæ solum, sed & in toto propemodum
 Romano imperio facta est mutatio magistratuum
 coluisse credimus Maximinum, à saeuissima il-
 la fidelium persecutione coactum nimirum sua
 curare negotia.

Porro nec multo post, Maximinus cum ex Ger-
 mania in Italiam, superatis Aquileiam
 urbem munitissimam expugnaturus venisset, & re-
 sistens, fortiter ciuibus, omnia frustra tentaret,
 à militibus seuitiam illius pertaxis, vna cum filio
 obtruncatur. Quorum capita à ceruicibus abscis-
 sa, & Romam transmissa, perterrefactam urbem,
 proximoque eius aduentu penitus fractam & con-
 sternatam, erexerunt. Extinctis igitur duobus
 Maximinis patre simul & filio augultis, Maximus
 Pypienus & Clodius Balbinus liberas imperij ca-
 pellenas habenas, summa animorum concordia.
 Sed & illis à militibus post varia ludibria & cru-
 ciatas, trucidatis, Gordianus Cæsar antea creatus
 animum tunc agens Sextumdecimum, ab iisdem
 militibus Augultus acclamatus est, Cuius sub im-
 perio extinctis penitus bellis civilibus, summum
 otium & pax in ecclesia tranquillissima nata est.

Qua in primis pace & occasione Ecclesiarum
 principes benè vsi, Christianam religionem propa-
 gatam

Bello Ciuili
 retrahitur
 Maximinus
 à Christi-
 ane persecutio-
 ne.

Summa pax
 in Christi
 ecclesia sub
 Gordiano
 Imp.

S. Fabianus
erigit eccle-
sias.

Hæreses pro-
figantur.

Concilium
Africanum
aduersus
Priuatum
hæreticum
qui damna-
tur & exco-
municatur.

Gordianus
Imp. trucidatur.

Duo Philip-
pi pater &
filius Imp.

gacantq; illustrare edificijs, pro virib. studuerunt
Hinc factū. vt Fabianus multa in cæmeterijs ædi-
cia fieri iusseris. Quæ enim subter terrâ latebat
in cryptis sanctorū martyrum sepulchra, erectis
super edificijs, reddita sunt clara atq; conspicua
Christianorūq; vsui opportuna, qui ex more eorū
cæmeteria, vt orarent, adire solerent. Hac eadē
ce, omnē nauarūt operā sanctissimi episcopi, vt
hæreticos à Dominico grege fugarent. Quæ de ca-
sa congregatum est in Africa Conciliū nonagen-
ta episcoporum aduersus priuatū hæreticū, Prian-
ticq; episcoporū omniū sentētia, dānatū, Fabianus
quoq; Rom. ecclesie Pontifex, & Donatus qui huius
temporib. præfecturam Carthaginensis ecclesie
administabat, paribus votis impiū hominē
litteris infamia sugillatum, Priuatū, ecclesiasti-
ca communione priuarunt.

Pōst hæc verò, cum vehementes in Gordianū
irē milicum famis causa, exortæ essent, iussu Phi-
lippi, cui præfectura prætorij, magistratus amplis-
simus, collata fuerat, crudeliter atq; turpiter occi-
ditur: Imperiumq; ab homine regnandi cupidus
occupatur. Cæterum cum vrbis Natalis militem
mus ageretur, anno imperij suo quarto, inani reli-
gionis superstitione confictans, deorum numina
sibi propitianda esse existimauit, gratelq; agendū
quod deorum, vt putabat beneficio, in annum illū
peruenisset. Pontius eo tempore insigni prudentia
& religione vir, præfecturam administrabat
duobusq; Philippis Impp. patre nimirū & filio
admodū vtebatur familiariter. A quibus ad eandē
impietatem cum inuitaretur, neque posset rogare
vt amicum, & cogentes vt subditum, subterfuge
Imperatores, credens sibi oblatam à dominis
occafionem. O pijssimi inquit, Imperatores, cum

à Deo vobis collatum sit augustum, in homines imperium, cur non eum potius adoratis, à quo tanto aucti estis beneficio? Cui Philippus, Ego vero ea causa, magno Deo Ioui sacrificare cupio, quod ab illo hæc mihi collata sit potestas. At Pontius subridens, Ne erres, inquit, ò Imperator, est Deus Omnipotens in cœlis, qui omnia condidit verbo suo, & spiritus sui gratia animavit. Quid plura Imperatores his & alijs eius sermonib. permoti crediderunt, & à S. Fabiano Papa baptizati sunt. Porro Fabianus & Pontius Fani iouis idola confregerunt, ipsoq; templo funditus everso magnam populi multitudinem salutaribus vndis Antistes epiauit.

Ceterum vir sanctissimus, cum tota mente viribusq; Christi ecclesiam propagaret, ornaretq; inter alia eximia pietatis officia, septem diaconis regiones diuisit, singulis binas assignans, ut pauperum in eis degentium curam gererent. Vnde est nomen ex munere inditum, nempe ut iidem Diaconi Regionarij dicerentur, qui etiam in Concilio Rom. sub Syluestro nominati reperiuntur Diaconi Cardinales, quod licet diuersis in locis agerent viuis tamen ecclesie, eiusdemque primarie, cardines continerentur; cum alioqui non deessent aliarum ecclesiarum in vrbe existentium Diaconi, in singulis saltem duo, ut eiusdem Syluestri Papæ in Romano Concilio institutio edita ostendit.

Igitur Philippis Imp. ad Christi castra hoc modo translatus pax multo adhuc maior ecclesie concessa est. Qua occasione vltroq; dâdis inter se litteris tutiori patefacta via, Origenes, Fabiano Rom. Pôfifici alijsq; permultis ecclesiarû præfatis, suâ rectâ & orthodoxâ de fide Christi, scripsit sententiâ. Dionysius nâq; licet eiusdê Origenis olim fuisse discipulus, attamen veritatis æstus ardore

Duo Philippus à Pontio præfecto ad Christi fidem conuertuntur & à S. Fabiano baptizantur, cum turba copiosa.

Concilium Rom. 2. c. 6.

Origenes scriptis causam agit, apud Fabianum Papam.

nullam eius rei ducens rationem, & Deo cuius posthabens, ipsum Originem, qui iam scripta multis erroribus asperla euulgarat, ceperat acriter impugnare, & in multis hæreseos accusare. Originem autem, cum tot tantaque à se scripta edita, haud facile corrigere aut emendare possit aut vellet, hac vna tantum via, suæ integritati consulere satis arbitratus, recte fidei professorem primo ad Fabianum Roman. Pontificem, tanquam ad totius Catholicæ ecclesiæ præfulem, mox ad alios Episcopos misit. Nec eo contentus forte, quod Fabianus scriptæ confessioni non acquiesceret, ipse Romam cõrendit, & causam suam persequi.

Origines Romæ apud Fabianum se purgat.

Vterque Philippus Imperator, necatus.

Atrocissima in Christi persecutio initio regni Decij Imp.

S. Fabianus Martyrio occumbit.

Ordinationes eius.

Locus sepulcræ eius.

Vtroque verò postea Philippo miserabiliter sublato, cum Decius Christianorum persecutor acerrimus, imperium inuasisset, Gentilium furor natiuus, inueteratumque in Christianos diu, Philipporum auctoritate diu repressum, ipsorum morte, mox veluti rupto aggere, magno sese impetu in Christianos effudit, omnes sub Romano Imperio sitas inundans ecclesias. Continuum enim summos ecclesiæ vertices, qui videbantur esse columnæ, violento quodam impulsu fecerit abripuit, inter cæteros quidem clarum huiusmodi omnium, multisque eximie sanctitatis ornamentis decoratum, Romanum antistitem Fabianum temporaria hac vita deposita diuinæ victoria premia reportauit. Pontificiam verò dignitatem cum summa laude administravit, Annos 17. & diebus 4. fecit ordinationes 5. per mensem Decembrem Presbyteros 22. Diaconos 7. Episcopus autem per diuersa loca 11. Sepultus est in Cæmeterio Callisti, via Appia. Vacauit sedes eius Anno 1. & amplius.

ILL. VI.

ILLVSTRE CERTAMEN B. SEBA-

stiani martyris, & aliorum plurimorum. &c. ex eo quod est apud F. Laurentium Surium, fide dignissimum. Decertavit in agone, Anno Saluatoris 286. Dioclet. & Maximin. Imp. sorte 3. nam quoniam Anno Imperij eorum certamina ad finem producta sint, incertum est.

Vide Czf. Baro. in Notat. marty. Rom. Item Tō. 2. Annal.

SEBASTIANVS ciuitate Narbonensi oriundus, vir Christianæ religionis præstantia ornatus, ut Mediolani animum omnibus maximarum artium disciplinis excoluit, spectata virtute sua Diocletiano & Maximiano Imperatoribus ita charus euasit, ut ab iisdem honorifice inter Prætorianos milites assumptus, principatu in super primæ cohortis decoratus fuerit. Erat iustitiæ ornamentis ita præclare excultus, ut milites haud secus ac parentē eum venerarentur: & diuinitatis studio complecterentur. Hæc autem virtutes, occulta in Deum pietas, tanquam facula quædam illustrabat: eumque indies magis magisque amabilem reddebat Christo enim Domino nocte dieque sedulo religionis deseruiebat officio, prudenter sacrilegos reges suâ calans, ut sub terreni Imperij chlamide, cælestē interim militiam excoleret: infestaque dæmonū signa à Christianis propulsaret. Multi enim, suppliciorum tempestate acrius ingruente, perfidi à Christi castris resiliiebant, multi timore prostrati congressum certaminis formidabant. Agonotheta Sebastianus, quamuis martyrij gloria vehementer flagraret, sese tamen continuit, illumque pietatis

20. Ianuarij.

Patria eius

Præcipuo in honore habetur ab Imp.

Celat fidem ac pietatem suam Imp.

tatis ac fidei suæ igniculum studiosè occultat
ut nutantes bellatores, suis sermonibus cool-
maret, stratos erigeret, denique quam plurimam
palma coronatos ad cœlestem gloriam transmi-
teret. Quod qua ratione acciderit, non erit ab-
paulò fufius explicare.

Erant eodem illo tempore gemini fratres
Marcellia. & Marcellianus & Marcus, qui claris admodum
Marci egre
gij martyx.

orti natalibus, Tranquillino patre, matre vero
Martia, generis dignitatem & splendorem Chri-
stianæ fidei lumine longè superabant. Pro Chri-
sto enim in vincula coniecti, carceris squalorem
Sebastiani maximè hortatibus confirmati, in-
uicta pietate sustinebant. Itaque præsertim
facilè spretati, damnationis excepere sententiam
ea tamen conditione, ut si vel in ultimo
termino constituti, Deos agnoscere vellent pro-
stinæ libertati, parentibus, vxoribus liberis &
omnibus facultatibus restituerentur. Tendebant
interim alacres ad agonem, patre, matre, con-
gibus, liberis, & ingenti cognatorum caterua
cum luctu ac lachrymis ad certamen prosequen-
tibus. Et quia natalium splendore præstabant
parentes haud difficulter ab Agrestio Chroma-
tio vrbis præfecto triginta dierum inducias im-
petrârunt: ut eo interim tempore ad sacrificia
dum illos iuuarent. Interea vero amici de-
monis insidijs certatim instructi nullis non ves-
torum lenocinijs ac lachrymis animos eo-
rum tentare, dulcem lucis vsuram antiqui ser-
pentis sibilo instillare, miserandam parem-
tum, coniugum, ac dulcium præcipue pi-
gnorum orbitatem proponere, denique nihil
non moliri, ut inuictum ad illam diem Christi-
anæ pietatis robur: in sacris frangeret pectoribus
Amici

Tentatio ve-
hementis in-
ijcitur SS.
Marco &
Marcellia-
no à cogna-
tis.

Amicis autem hoc modo eos impugnantibus, iu-
peruenit genitrix, flebili eiulatu miseram se cla-
mitas. In cōspectū verò filiorū adducta, solutis cri-
nibus, canos lux senectutis ostēdere, se ipsaq; qua pe-
ctus tegebatur, veste, cunctis lachrymantibus,
marcidis, laxis iam pellibus, quas tuxerant
nudare, mammas blandimenta, quæ illis adhuc
infantibus exhibuisset, multum eiulans comme-
morare.

Interim illa suas lamentationes prosequente
iam senio grauis, seruulorum manibus adducitur
pater, qui cygnæum caput puluere aspersus, la-
mentabiles admodum voces ædidit: cunctos ad
sua miseræ ac ploratus inuitans contortium.

Quæ dum fiunt amborum coniuges cum infantu-
lis, matrum amplexibus tenerè inhærentibus, ad-
uolant: muliebri eiulatu ac fletu etiam robu-
storum animos emollientes. Quid multis? Ea fu-
re earum lencinia, deplorationes ac lachrymæ,
ve Christianorum militum robur paulatim ener-
uarent, ac sacrilegum dolorem fractis animis in-
gererent. Huic spectaculo Sebastianus fortè inter-
erat, qui vt Christi athletas immenso certaminis

pondere pragrauatos animaduertit, ilicò in me-
dium profiliens, vultu inflammato talem ad eos
orationem instituit: Hactenus diuini prælij bel-
latores, inuicta animi virtute egregium de mun-
do carne, & Satane triumphum egistis, & nunc

sempernam cælestis gloriæ coronam fæmineis
victi eiulatus deponetis? Nolite victoriarum
vestrarum insignia per mulierum blandimen-
ta abijcere, & subiectas pedibus vestris hostis
deuicti ceruices, ad rediuiua iterum bella
latere. Erigite igitur à terrenis affectibus glorio-
rum vestri certaminis trophæum, & nolite illud
amitte.

A Matre.

A pater.

A Coniugi-
bus & libe-
ris.Mollefcunt
animi mag-
tyrum.S. Sebastia-
nus animos
eorū rursus
erigit.

amittere ob fletus paruulorum. Ipsi quos plorantes attenditis, gauderent hodie, si possent scire quæ nostis. Si enim scirent aliam esse vitam, in qua beatitudo sine fine regnat, profectò ad illam vobis festinarènt pertingere, & hanc vitam breuissimi temporis spatio circumscriptam, & mille doloribus circumuentam pro nihilo reputantes, illam appeterent, quæ incredibili gaudio circumfusam in omni seculorum æternitate permanet. Hæc autem præsens vita quid quæso habet quod tanto studio tantaque auuiditate retinenda vobis videretur, quid non est plena fallacijs & dolis. & vixit eò infida, vt neque sui amatoribus fidem tenuisse potuerit vnquam? Certe ab ipsa mundi origine se fidentes sefellit, omnes sui cupidos deludit, & Etos de se præsumentes irrisit, & plurimos animam sui amantes in pestem & perniciem sempiternam impulit.

S. Sebastia-
nus Conuer-
tit oratione
suam ad pa-
rentes & a-
micos mar-
tyrium

Hæc est vita, quæ vos fallit, o amici charissimi, vt amicos vestros ad veram sempiternam que- tam euntes, iniusto consilio reuocetis. Hæc vobis instigat o parentes sanctissimi, vt filios vestros in cœli comitatum proficiscentes, stultissimis lam- tationibus retrahatis. Hæc est, quæ vos o castis- simæ coniugès beatorum, sub pietatis prætextu impietatem mentes martyrum fecit impellere, & mortem pro libertate illis adferre. Si enim imp- is vestris perluasionibus consentum præbuerim, pauco quidem tempore vobiscum falsis huius mundi voluptatibus perfruerentur, at postea necesse erit vos mortis imperio separari, & ita se- parari, vt non nisi mutuo conpectu interpe- petua tormèta cruciabimini, vbi edax flammata credulorum animas deuorat, vbi dracones sa-

Proponit
eis futura
gehennæ
supplicia.

tatei blasphemorum labia comedunt, ubi ululatus & gemitus horrendus personat, confususque clamor dissonis vocibus excitatus dolorum acerbicem auget. Hæc autem calamitas, quæ pro minima sui parte explicari non potest, nullo unquam termino definitur, si nullo sine concluditur; sed miseris illi ita flammarum atrocium combustionem corroduntur, ut ad redibilia semper incendia, qui adusti fuerant, reparentur. Has igitur pœnas & hos finite euadere, & vosmetipsos ab illis eripere conamini; permittite interim hos scelici certamine ad præparatam gloriam pertingere. Nolite timere: neque enim, ut vos putatis, à vobis separabuntur, sed vadunt vobis fidereas in cælo præparare mansiones, in quibus vna cum illis, & cum filiis vestris sempiterna scelicitate perfruamini.

Sic ergo vos domus vestræ ex lapidibus constructæ delectant, quanto magis illarum vos debet pulchritudo inuitare domorum, ubi sunt triclinia auro radiantia, suoque splendore oculorum aciem perstringentia. Si diuitias diligitis, tantoque labore eas quærédas esse putatis, ut nulla propter eas pericula recusetis, ubi quæso tutius eas collocabitis, quam apud eum, qui eas amplificatas & auctas restituere vobis potest? quare si vere diuitias vestras amatis, ipsi custodiendas tradite, qui vobis eas largitus est; quas si illi credere nolitis, certe elaceras gulæ inuadet, aut luxuria, libidinum mater, vobis eripiet, aut sine dubio, quod nostis oportet, mors de improviso aggrediens, ita vobis exorquetur, ut neque illas deinceps habere, neque videre possitis.

Restat nunc, ut hoc modo diuitijs vestris in tutorepositis, ad delicias veniamus, quas qui vere amant, sibi hac ratione philosophantes audiant, verè

Z

verè

verè amatores nostri estis, illi nos commendamus qui nos vobis integras illibatasque in illa regione restituat, in qua nulla aduersitas, nulla agerudo nos vobis præripere potest. In hac enim vici caduca, si nos vobis obsequi volueritis, quasi in expensa & exhausta, ibi vobis omnino negabimur. Et quæ est vitæ huius longinquitas, in qua mille doloribus nobis obsequi vultis? Est, quod vita hæc per centum tendatur annorum spatium, non, vbi extremus aduenerit dies, tanquam flamma ad modicum apparens videbitur fuisse, & instantis hospitis, vno apud nos die manentis, vestigare quibus? Illa autem vita, quæ nunc consistit, peritenter est inquirenda, in omni æternitate perierat, annisque labentibus iuuenescit, & pullulat inde renouationis sumit initium, vnde finis accipitur. O verè illum degenerem & omnino boni expertem, qui huius tam formosæ vitæ amore accipitur, qui timet hanc perituram perdere, & illam accipere, quæ perire penitus non nouit.

Nolite ergo, o amici, o parentes, o coniuges, vnerandæ sanctorum, nolite à vita ad mortem, quod diligitis reuocare, à gaudio ad luctum deducere, & ab æterna requie ad pœnas sempiternas accipere. Hoc est enim cum Diabolo quasi piscium tum tendere, & ad exiguum hauriendam iuanitatem allicere, in qua intus dirus lateat viscerum cruciatus, & mors interiorum tormentis extorquetur. Sed fortassis opponitur nobis, quomobrem Christianus tormenta non metuat, & præsentis non terreatur pœna tortoris. Nimirum idcirco non frangitur metu, idè dolores non pertimescit, quia scit se per breues cruciatus & momentaneam tribulationem, ad perennem foelicitatem & sempiternam læticiam peruenturum.

Ratio constantiz Christianorum.

Sed si tamen dolor omnino timendus est, si carnis, si noua & exquisita pœna tortoris; quæ magis metuenda, quæ horrenda & fugienda magis? Illa quæ hodie exardescit, & cras refrigescit; quæ sub vna hora inducitur, & sub vna hora excluditur? an illius potius, quæ nullo sine concluditur, nullo tempore extinguitur, nulla prorsus veritate consumitur? Nam præsens dolor, aut leuis est, & potest tolerari: aut grauis est, & citò glorioso certamini adfert finem. Ille autem pœnarum dolor, & cruciatus incendij, qui huius vitæ amatores manet, cum sit quouis tormentorum genere vehementior, nunquam finiendus aggreditur, & acrius subindè quam inchoauerit, inquit. Ab hoc ergo interitu hortemur euadere quos amamus, & nos ipsos ad euadendum fortiter præparamus: nec timeamus vna hora ferre dolorem in corpore: qui optamus æternum gaudere cum Christo.

Hæc aliaque, quæ breuitatis gratia omittimus, Beatus Sebastianus cum peroraret, indutus chlamide, accinctus balteo, subitò tam eximio splendore coelitus, perfusus est, vt candidissimo ab Angelis pallio amictus dicatur. Hæc autem in domo Protoscriniarij nomine Nicofrati gerebantur, cuius coniux quam Zoen appellabant, ante annos sex vehementi morbi cuiusdam infestatione, linguæ beneficio priuata fuerat. Hæc attentissimas Sebastiani peroranti præbuerat aures, certam interim in spem adducta, se illius virtute amissum linguæ recuperaturam beneficium. Itaque vt peroratum est, illa genibus nixa supplices ad eum protendere manus, rancidam ædere

S. Sebastia-
nus ab ange-
lis candido
amicitur
pallio.

Z s vōcem

vocem, profusis lachrymis opem exposcit
 Cui vir diuinus cognita ex alijs miseriarum
 benignam porrexit manum; conuersusque
 ad certum: Ecce, inquit, equidem si verus seio
 si seruus sum, & vera sunt omnia, que ex
 meo hac mulier audiuit & credidit; redemat
 eam eiusdem Domini virtute officia laborum
 consignansque eam crucis trophæo, protinus
 ennes illę, linguę, dissolutę sunt fibra. Quo
 ęta beneficio mulier, grata utique voce, & De
 laudes prorupit, ac tota mentis virtute Chri
 dem amplexa in eiusdem misericordia ac bene
 te mirificę exultauit. Nicostratus autem, vni
 raculi magnitudine, ac Christi potentia con
 stim sanctis martyribus Marco & Marcel
 vincula detraxit: supplexque ad genua coram
 lachrymis prouolutus tanti criminis veniam
 stulauit. Quem martyres ad alacritatem & co
 stantiam fidei hortantes consolati sunt. Illo
 tem vrgente & instante, vt soluti in turum
 reciperent, ac imminentem suppliciorum atro
 tatem fuga redimerent, martyres intulerunt
 fidei gloriam, cuius hactenus expers fuisse, sig
 lari Dei dono accepisti, quomodo nos hoc cre
 ste donum quo ab infantia dotati sumus elese
 tes, tibi passionis nostrę calicem dabimus, que
 propinare quidem possumus, dare certe non po
 sumus? Diues autę in omnib. est Christus, qui la
 ga vbertatis suę affluętia omnib. ad se venient
 meliora pręstat, q̄ rogatur. Si ergo vobis incre
 lis lumę veritatis collatum est, quanto magis
 dentib. omnia, quęcunq; petieritis, largietur. I
 des vestra a magisterio sũpsit exordiũ, & omni
 annosa eruditio vix confert, vnus horę spatio
 pistis. Nulla vos parentum impedit memoria,

Nicostrati
 vxori loque
 lam, restituit

Nicostratus
 conuertitur
 ad Christũ
 post vxorę.

lus tenerè prolis reuocat affectus; contēnitis subi-
 to. q̄. infano amore haclenus possedistis, & queri-
 tis quod nunq̄ sciulistis. Perorantib. hac aliaque
 martyribus ingens omniū fletus, ac vera animorū
 p̄cūdo consecuta est; quos Marcus hac oratio-
 ne in Christi amorem magis magisq̄ cōfirmavit
 Discite parentes charissimi & cōiuges dulcissime
 aduersus pugnam Diaboli & cōtra omnes carna-
 liū desideriorum sagittas clypeum virtutis oppo-
 nere. Scate inuicti, & omnia tela nequitiae constā-
 ter repellite. Insurgant aq̄ sauiant quantum vo-
 lunt. demonum satellites, omni p̄narū genere o-
 lida hęc membra, & breui nihilominus interitu-
 ra concidant, dilanientq̄; certe animas, quò min⁹
 ad suum tendant Creatorē, prohibere nō poterūt.
 An ignoratis suscepra p̄ Imp. vulnera milites red-
 dere gloriosos? Et ideo animarū hostis, tyrannidis
 suæ furore percitus nunc sauit, q̄a perseuerantiae
 nostrae trophæo suū praeuidet tormentū: & ideo
 supplicia infert, ne spes eius pereat; mortē mina-
 tur vt cerreat; vitam promittit vt eripiat, securita-
 tem pollicetur; vt tollat; hęc vniuersi moles belli,
 hoc fraudis consilium, vt corpus à supplicijs eri-
 pias animam verò in vitiorum omnium sentinam
 deiciat. Et cur quæso fortissimi Ducis bellatores
 timidus & nulla virtute præditus, terga vertant, &
 in eo bello deficiant, in quo possunt esse victo-
 res? Cur mortem expauescant, qui sciunt hanc cū-
 ctis mortalib. à natura, non poena constitutam?
 Cur mortem subterfugiant, qui credunt præsentē
 viā fallacē & mille casib. obnoxia esse? nec verā
 apprehendi posse, nisi qui, sp̄retis temporaneę vi-
 tæ illecebris, tota mentis virtute eam concupiscit.
 Quid præsens vita, nisi scelerū omniū sentina? quę
 facinora suadet, crimina ingerit, menti tenebras

& obliuionē ęternitatis offudit, vt miseris in lę-
 piternū interitū ꝑcipiter; hanc ciuē igitur tā ꝑ-
 naciter adamabim⁹, cui⁹ amatores gravis frequen-
 ter ruina opprimit, fulmē ꝑcellit, naufragia ꝑ-
 vorax Charybdis absorbet, gladi⁹ iugulat⁹. Et quod
 de ꝑsenti hoc modo amissa timendū, q̄ miseris
 ad alterā rarō ꝑueniūt. Ad illā. n. non ꝑcena, sed
 causa ꝑducit. Vno. n. eodēq; ꝑcenaꝝ genere, & in-
 nocētib. saj⁹ ęterna cōfertur, & delinquentib. atroci
 suppliciū irrogatur. Hęc Marco ardētī spirito ꝑ-
 quente, oēs infusi lachrymis nouo dolore resolu-
 sūt, quāto Dei amore tenerētur; pudore in lę-
 lutari ꝑfusi q̄ martyres suis blanditijs à martyri-
 corona auocā. Et itaq; omnib. sua nomina cę-
 tim Christo cōferentib. Nicostrat⁹, vna cū cō-
 tāto fidei exarsit ardore, vt cibū potūq; se admi-
 surū negaret, nisi omnib. ꝑri⁹ Christianę fidei my-
 sterijs inuitat⁹ foret. Cui S. Sebastian. fac totius, vt
 mutata dignitate, iā deinceps non Urbis Prętor
 sed Christi Protoclericiarius inueniatis. Vnde
 oēs pariter adducito, vt cū ijs. q̄ sacra mysteria
 cipere volunt, vitalis aquę particeps fias. Ea. n. d.
 Dei nostri benignitas, vt quibusuis etiā sceleribus
 inquinatos recipiat, absterasq; peccatorū omniū
 fęditate, diuinis iustitię muneribus exornet. Nec
 mora. Nicostratus ad Claudiū Cōmentarięntem
 cōtendēs, victos oēs ab eo recepit, hoc videlicet
 ꝑtēxtu. q̄ Prętorio examine sistendi forent. Ad-
 ductos verō in cōspēctū sanctorū, Sebastianus ꝑ-
 in primis oratione ad scelerū ꝑcēnitudinē horra-
 est: deindē Christum ac fidei donum illorum in-
 gerens aurib. ita cōclufit. Si ea mētis infania in-
 stis. vt relicto Creatore vestro, damoni inferuere-
 tis. qui hac vos nunc mercede remunerat, vt le-
 thali exitu, ex hoc mundo ad ęterna supplicia
 trahat.

Magna Dei
 gratia & be-
 nignitas.

S. Sebastia-
 nus homi-
 nes scelerat-
 os & mor-
 tis reos ad
 Christum
 conuertit.

translatis, quanto magis ad eum redire conuenit, qui tam tenero nos amore dilexit, vt filium suum vniuentum daret, eiusque supplicio ac morte ab æternis nos supplicijs eriperet. Hæc Sebastiano dicente, victorum turba in lachrymas profusa, magno eiulatu admissorum criminū poenitudinē testata est: parata deinceps sub signis Christi militare. Quos vinculis exemptos B. Sebastianus ad fidei signacula percipienda adoptauit. Iamque animis eorū ritè præparatis, Polycarpum insigni sanctitate presbyterum adduxit, qui visa multitudinē incredibili gaudio exultabat.

Interea verò Urbis præfectus certior factus, de reorum omnium ad domum Nicostrati translatione, indignabundus eum ad se citauit, vt vel rationem facti sui redderet, vel poenas audaciæ confestim lueret. Nec expauit quidquam nouus Christi miles, qui pia hac fraude Præfecto imposuit; Quandoquidem, inquit, Christianorum custodia à T. Amplitud. mihi concredita fuit, decreui equidem eos omnes mortis supplicio damnatis sociare, vt si proprio motu iussioni vestræ nostræque persuasioni consentire nolint, saltem alieno admoniti periculo, acquiescant, ac metuant ne similis eos poena concludat.

Gratum ac ratum habuit hoc Præfectus, haud eniguo eum præmio afficiendum asserens, si Marcum & Marcellinum à Christi confessione auellere possent. Missus itaque factus à Præfecto Nicostratus recta domum abiit, Claudio Commentariensi comitatus; cui in itinere cuncta ex ordine narrauit: & Sebastiani pietatem ac fidem, & immensam claritatem, qua cælitus circumfusus fuerat, & miraculum quo vxori suæ linguæ beneficiū restituerat. Quæ Claudium ita permouerunt

runt, vt pronolatus ad genua Nicostrati supplicans pro sanitate filiorum suorum precaretur. Ex causa .n. coniuge filiorum alter hydropis morbo affligebatur, alter diuersis vulneribus foedatus extraxerat. parenti calamitati erat. Igitur concepta sanitate fiducia, Claudius verumque fideli ministerio in coetum sanctorum intulit, magna voce cœlestis se Christum verum Deum credere, eiusque beneficio filios suos sanitate consequi posse. Aderat posteriorum fidelis minister Polycarpus, qui ad sacramenti gratiam aspirantium nomina excepit. In primis Tranquillini, Marcelliani & Marci parentes; quem sex eorum amici, Ariston, Crescens, Lutchianus, Urbanus, Vitalis & Iustus secuti sunt. Hos Nicostratus cum fratre suo Castoreo, & Claudio Commentariensis, eiusque filij Felicissimus & Felix. Inde illustri pietate ac genere matronæ tre Martia genitrix Marci & Marcelliani, Symphorosa coniunx Claudij, & Zoë vxor Nicostrati, horum fidem ardoremque pietatis, familia deinde omnia pari virtute imitata est: promiscui sexus & ætatis numero triginta tres. Postremo vincti omnes in carceris squalore adducti sexdecim. Hi à Sebastiano lustralibus admoti aquis, à Polycarpo expiati sunt. Ante alios Claudij filij, vt saluari vnda perfusi sunt, ita sani & incolumes astiterunt, vt ne vestigium quidem morbi appareret. Tranquillinus vero eiusdem lauacri virtute à podagra & chiragra ita subito curatus est, vt præ gaudij, lachrymabundus in Christi confessionem erumperet. Quæ miracula omnium animos ad martyrij gloriam incredibili ardore accenderunt.

Inter hæc, diebus acceptæ dilationis expletis, Agrestius Chromatius, vrbis Præfectus Tranquillinum accersit cupidus audiendi, quem fructum apud filios

Nomina eorum qui à Sebastiano ad Christum conuersi sunt.

Claudij filij baptisinate etiam à corporeis morbis curantur. Item Tranquillinus.

illos fecisset. At pius & fidelis senex, diuino plenus spiritu, Christianæ fidei mysteria, pro ea, qua pollebat, facultate, ei proponere deorum vanitatem arguere, Christi potentiam ac benignitatem miris extollere, fidei suæ ardorem dictis pariter ac factis ostendere. Præfectus verò, etsi vim mysteriorum non perciperet, contemplatione tamen sanitatis, qua Tranquillinum cum ingenti admiratione integrè frui cernebat, vehementer mouebatur, tactus quadam fiducia idem beneficium consequendi. Igitur cum acerrimis podagræ doloribus exerceretur, nocte concubia Tranquillinum ad se vocauit, oblatoque immenso auro pondere, dicit, inquit, quo medicamine sanitatem comparasti, amplioribus à me afficiendus muneribus, si miserum à podagræ cruciatu pariter liberaueris. Cui Tranquillinus, reiecto auro, Christum inculcauit: constanter affirmans se ipsius gratia solius incolumitatem adeptum. Tunc Chromatius non tam fidei amore, quam spe sanitatis impulsus, Polycarpum vnà cum Sebastiano aduocauit, qui eum triduo ante omnia ieiunio præparatum, catechesi instruxerunt: instructumq; ad idolorum contritionem hortati sunt. Annuente Præfecto vna orationis virtute, ducenta illic protraxerunt, Chromatio nihilominus in morbi cruciatu permanente. Qua re Polycarpus & Sebastianus stupefacti, Chromati, inquit, nisi alio infidelitatis scelere alligatus fores, iam omnis vis morbi, quæ te exagitat, fugata esset. Dic igitur, si quæ alia in domo habes idola? Tum illis cubiculum vitreo opere ostendit, in quo omnis bellarum disciplina, distinctis cœlestium signorum figuris, visebatur: quæ ad insaniam vsq; præter futurorum cognitionem adamabat. Sebastia-

Tranquillinus agit cū Præfecto.

Præfectus sit catechumini-
nus.

nus verò dicebat: Si hæc integra manere volu-
ris, te ipsum integrum habere non poteris. In
que recuperandæ salutis impatiens, ea quæ
demolienda tradidit: repugnante acriter
filio Tiburtio, quod auus eius Tarquinius, plus
quam ducenta auri pondera illud in opus expo-
disset. Sed Sebastiano & Polycarpo prævalen-
bus, cum in ipso demolitionis sudore, Chroni-
tijantè oculos iuuenis flammeo aspectu appar-
ret, parentemque ab omni ægritudine liberaret,
Tiburtius Polycarpi aduolutus pedibus, I. E. S. V.
Christi nomen, sanctum, verum, omnipotens, &
in sæcula benedictum exclamauit. Tunc Sebas-
tianus pietate, de more, incallescens, iuculans
eos oratione ad Christi militiam hortatus de-
mundi ac vitæ huius vanitate ob oculos posuit.
Nec caruit operæ pretio illius orationem Chris-
matus Præfectus, paucis diebus in ardentissimam
pietatis studio constanter exactis, omnibus ma-
di bonis valere iussis, totum se vni Deo & Domi-
no nostro I. E. S. V. Christo consecrauit, famulans
& seruis promiscui sexûs ad 1400. fidem sui Do-
mini, præclaro virtutis testimonio, imitantibus
quos haud leuibus donis ac muneribus instractione
libertate donauit.

Præfectus
cum filio
suo Tibur-
tio credit
in Christū.

Præfectus
cum 1400.
seruis bap-
tizatur.

Caius Pon-
tifex,

Ea tempestate summam Pontificij dignita-
tem Romæ administrabat Caius, vir singulari
prudentiæ opinione & religionis laude præstans.
Porro imperium Carinus & Diocletianus, quia
quia Carinus affines quosdam titulo Christiani
confessionis decoratos habebat, persecutio per
magna sui parte quiescebat. At postquam Car-
nus ad Margum occisus fuit, tam immanis in oc-
nes sinceræ fidei cultores, Maximo & Aquilino
consulibus, tempestas exarsit, vt nemini vel eni-
di ve-

di vel vendendi potestas fieret, nisi prius paruis quibusdam statuis, in omni platearū angulo eam in rem constitutis thura offerret. Itaque Caius, qui teneris, in studio pietatis, fidelium mentibus consultum volebat, statuit ut Chromatius vir illusterrimus Christianos omnes in domo sua ab hac sacrificandi necessitate subtraheret, & benignè eidem fraterno amore haberet. Quod ille tanto cū animi sui gaudio executus est, ut cum domus aliquo amplissima & regio sumptu exstructa angustior esset, quàm ut infinitam illam multitudinem capere posset, cum omnibus illis in Campanum litus, ubi lati cespitis Dominus erat, profectus sit. Remāserunt autem cum venerabili Papa, Marcellianus & Marcus, & pater eorū Tranquillinus, item Beatus Sebastianus & Tiburtius, iuuenis cum corpore, tūm mente pulcherrimus. Nicotratius quoque cum fratre suo Castorio & conjugē Zoē. Claudius etiam cum fratre suo Victorino & filio Symphoriano eximia pietate adolecente. Porro Caius Marcum & Marcellianum Diaconi honore sanctificavit; Patrem verò eorum Tranquillinum presbyterum consecravit & Sebastianum, qui ad multorum profectum sub specie militiæ latebat, Ecclesiæ defensorem constituit; ceteros verò Subdiaconos fecit. Hi omnes apud Castulum, palatij Zetarium, virum Christianæ religionis amantissimum, morabantur, & diu noctuque ieiunijs, orationibus, & cælestium rerum commentatione ad martyrij palatium aspirabant; atque interea admirandis virtutibus omnes ad se venientes Dei amore inflammabant, varijs calamitatibus & languoribus oppressos sanitati reddebant; cæcos suis precibus illuminabant; & impotentem dæmonum

Sua persecutio.

Exercitia futurorum martyrum & miracula.

vim

vim confringebant: eosq; de obfessis corporibus fugabant.

Tiburtij in-
signe mira-
culum.

His studijs dum quisque, pro gratia sibi diuinitus concessa, intenderet; Tiburtius in hominem quendam de alto lapsum, & morti plane vicinè incidit. Cumque parentes cum circumfusa multitidine eum deplorantes cerneret, ipse concepta de Christi benignitate & virtute fiducia, orationem Dominicam cum simbolo super membra quassata legit, & protinus integram corpori sanitatem impetrauit. Quo miraculo parentes cum filio excitati, ad Christi seruitutem læti alacriter accesserunt. Alia in super multa admiranda virtutis opera sancti isti ædiderunt, sed quia nimis prolixitate lectorem onerare non volumus, reliquum est, vt, quo modo singuli ad palmam martyrij peruenerint, explicemus.

Zoë orat ad
confessionē
S. Petri.

Itaque B. Zoë, cum in Apostolorum natali ad confessionem S. Petri oraret, paganorum repente arctata insidijs, ad patronum regionis Naumachiz adducta est, qui eam paruz Martis statuarum thura offerre compulit. Quod cum illa, Christi virtute freta, constantissimè recusaret, primò sex diebus tetro carcere sine omni cibi potusque solatio conclusa est, deindè de capillis in arbore suspensa, in confessione Domini emisit spiritum. Corpus eius grandi alligatum saxo, in Tiberim demerserunt. Hanc Tranquillinus, octaua Apostolorum die, à populo lapidibus obrutus, felici agone secutus est.

In arbore
suspecta mo-
ritur.

Tranquilli-
nus lapida-
tur.

Horum corpora dum Nicostratus & Caltorinus vnà cum Claudio, Victorino & Symphorianis per ripas Tyberis quærun, à paganis teniti, & ad Urbis præfectam Fabianum perducti sunt, qui eos eos neque minis, neq; blanditijs, à constantia fidei

Alij quinq;
merguntur.

dimouere posset, immensis constrictos ponderibus in mare præcipites dedit.

Interea Torquatus quidam, homo totus ex fraude & mendacio compositus, cum se simulata pietatis specie Caio sociasset, & interim moribus & vitæ ratione, à Christiana pietate vehementer abhoreret, Tiburtius vir nobilis & sacrarum literarum cognitione præclare instructus, acriter in eum inuectus est. Quod cum Torquatus animo periniquo ferret, fraudem molitus, Fabiano eum prodidit, qui postquam varijs eius constantiam sermonibus tentasset, & Tiburtius multiplicem impietatis rationem diuinis planè sermonibus confutasset, tandem ait; Vnum tibi è duobus elige ò Tiburti; Aut thura his carbonibus impone, aut iudis pedibus super eos incede. Cui Tiburtius, vt (inquit) Christum I È S V M verum Deum esse cognoscas, cui omnis creatura famulatùr; ecce faciã quod iubes, & mox facto crucis signò, illæsis plantis eos inambulauit. At Fabianus hoc miraculo non modò infidelitatis rationem non deposuit, sed sanctum Christi martyrem gladio feriri iussit. Ductus igitur in viam Lauicãnam, tertio ab Vrbe milliario, vno gladij ictu cæsus; migravit ad Dominum.

Torquatus homo fraudulentus.

Tiburtius illæsus calcat pedibus prunas. Capite truncatur.

Post hæc Torquatus acerbiorè in sanctos odio inflammatus, vt Castulus sanctorum hospes apprehenderetur, egit; qui tertio appensus & tertio autus, cum in confessione Domini perseveraret, in fouea quadam, arena obrutus, martyrij palmam adeptus est. Tenentur deindè Marcellianus & Marcus, qui duris ad stipitem constricti vinculis, & in pedibus, acutis transfixi clavis, die vna & nocte in psalmis & hymnis læti perseverarunt. Cumque admirabili virtute impios confunderent,

Castuli martyrium.

Item Marci & Marcelliani.

Alij habet
Ardeatina.

Sebastiani
insigne mar-
tyrium.

Sagittis con-
fectus sana-
tur diuini-
tus.

* Elagabal

derent ambo lanceis per latera verberati, beati
Christo spiritum reddiderunt. Sepulti vero sunt
via † Appia secundo ab vrbe milliario, in loco
vocat ad arenas, quia cryptæ arenarum illuc
erant, ex quibus Urbis mœnia struebantur.

His expletis, vnus adhuc Sebastianus, virtute
pietate præstantissimus restabat, cuius nomen
primum ad Diocletianum Imper. delatum est, in-
gentem ipsi admirationem commouit. Nec mo-
ra: vocatum ad se Diocletianus tali fertur or-
tione allocutus, Ego te, ô militum fortissime, pro-
pter insignem virtutem & singularem prudentie
opinionem, primo semper honore in palatio meo
dignatus fui, & tu contra salutem meam, in deo-
rum iniuriam, hæctenus per summam simulatio-
nem latere voluisti? Cui breuiter Sebastianus: Ego
cum prudenter considerarem in sanæ mentis esse,
à lapidibus auxiliū petere, Christum pro salu-
te tua, & pro orbis Romani statu semper colui.
Hoc responso Diocletianus vehementer exagitatus,
iussit eum extemplo amoueri, & in campo ad
stipitem ligatum sagittis transfigi. Factum est hoc
tanta crudelitate ab ijs, vt instar hericij ex sagi-
tarum densitate hirsutus videretur. Cumque eum
iam certo certius extinctum putarent, eo relicto
abierunt. tunc verò, Castuli Zetarij martyris reli-
cta, noctu abiit, vt sacrū corpus debito sepultura
officio prosequeretur. Cumque præter opinionem
viuentē eū inueniret, immodico per fusa gaudio,
secū eum in palatiū clam adduxit, vbi paucis post
diebus integerrimam membrorum omnium sani-
tatem recuperauit. Interea Christiani cum præ-
clarum Christi martyrem rogare non desisterent,
vt se in tutum reciperet, ille facta oratione descen-
dit, & stans super gradus † Elagabali venientibus
Imper.

Imperatoribus dixit: Vos quidem peruersis Pontificum vestrorum persuasionibus inducti, prauam de Christianis omnibus opinionem fouetis, quasi illi eadem ingentem huic vestro imperio inferant, & scelere suo tranquillum Reipubl. statum perturbent, ac illi sunt, qui sanctissimas die nocte que pro vestra & totius imperij salute preces offerunt, & imminentem sæpè pestem auertunt. Hac aliaq; multa martyr cum prosequi vellet, Diocletianus attonito similis: Tune es, inquit, ille Sebastianus, quem nos dudum sagittis interfici iusseramus? Imò, inquit Sebastianus, ille ego ipse sum, quem Christus Iesus à mortuis excitauit, vt vos ab imo mentis furore ad sanitatem & clarissimam veritatis lucem reuocem. Tunc Imperator confestim eum in palatij Hippodromum duci, & tam diu fustibus mactari iussit, donec in Christi confessione spiritum exhalaret. Tum verò, vt oblivione sempiterna memoriã eius sepelirent, in medijs noctis tenebris corpus eius in maximam cloacam proiecerunt.

Idolum fuit in Palatino monte, iuxta ædes Imperatorias, quod colebat Antoninus Cui & ibidem fanum construxit.

Fustibus eg-
sus reddit
spiritum.

Porro Christi martyr in somnis Lucinæ, insignis admodum pietatis matronæ, apparuit, atque mandauit, vt sacrum corpus cloacæ, quæ iuxta Circum est, extractum ad Catacumbas perduceret, ibidemque iuxta vestigia Apostolorum in initio cryptæ sepeliret. Itaque beata Lucina cum seruis suis media nocte sacras reliquias in præfatum locum debito cum honore intulit, & triginta continuos dies in precibus & votis ibidem exegit, & aliquot post annos pace Ecclesiæ reddita, domum suam in ecclesiam mutauit, & omnes facultates suas pro Christianorum consolatione illi consecrauit.

Apparec
Lucinæ.

VITA

VITA S. MAURI CAESENATIS
 Episcopi, ex ea qua est per D. Petrum Damianum
 Episcopum Ostiensem. Missus est in Legatum, ab
 Archiepiscopo Rademate, Mauro itidem nominato,
 Synodum Romanam à S. Martino Papa & Mar-
 tyre celebratam, Anno Domini 649. Mar-
 tini Pontificis praefati i. Constan-
 tis Imperatoris 8.

Vide C. Ba-
 ron. Tom 5.
 Anna. Eccl.

10. Ianuarij.

S. Maurus,
 Caesennae
 praeficitur
 Episcopus.

Construit
 sibi cellam.

BEATVS Maurus quanquam cum priore
 adhuc personam ageret omnibus esse
 virtutis & prudentiae laudib. ornatissim.
 postquam tamen ad Caesennatis Ecclesiae cat-
 dram divina providentia proiectus fuit, tam
 mirabili virtutum omnium splendore sibi suis
 praefulsit, ut cum eo lux ecclesiae illius pariter es-
 tincta putaretur. Ita namq. commissam sibi eccle-
 siam gubernabat, ut nunquam vel ad momentum
 mentis suae oculos, à rerum diuinarum contem-
 platione auerteret. Construxerat sibi vir sanctus
 cellulam quandam, in monte quatuor fere stadia
 ab urbe semoto, vnde per totam diocesim con-
 modus admodum prospectus patebat, in qua factis
 quadragesimali tempore ieiunijs & orationibus
 strenue operam dabat, & si quando de Ecclesiae
 negocijs furari poterat, ad eandem cellulam
 velut ad dulcium epularum conuiuium recu-
 rebat. Illic denique fluentum diuinae contem-
 plationis avidis mentis suae faucibus haurie-
 bat: vnde postmodum amentia proximorum po-
 ctora, sanctae praedicationis poculo recreabat.
 Illo plane loco quasi pro balneo utebatur; ibi
 enim curabat abluere, si quam ex secularium ho-
 minum collocutione aut verbi aut cogitationis
 macula

maculam contraxisset, & pulverem mundanę conversationis, sine quo hæc humanę mortalitatis via non carpitur, crebris illie lachrymarum fontibus abstergebat. Ille igitur locus, qui sancto viro in vitam tam dilectus & familiaris extitit, post mortem quoque eius sepultura meruit insigniri.

Nam corpus eius in saxea arca reconditum, iuxta parvam basilicam, quam ipse cõstruxerat est collocatum. Est autem nunc celebre monasterium in prædicto monte, in quo vir Dei orare consueverat, ad honorem beatę virginis cõstruētum, quod mons Mauri ex antiqua populi consuetudine dicitur: & quidem locus ille non immeritò sancti viri vocabulo decoratur.

Cum igitur arca illa, vbi beati viri corpusculum clauderetur, iuxta præfatam ecclesiam, terra vniq̃ue crescente congerie, delitesceret, & in saxi ipsius summitas solo tenus emineret, cõtigit vt homo quidam cum litanijs adueniens, solida caligã ligulã, repenti illic pedem poneret & ni tale existimans, securè ligaret. Vincit igitur talis, cum iam vellet abscedere, pedem nullo modo potuit amouere. Cumq̃ue diu conaretur, & omnia tentans, huc illucq̃ue se verteret, pes nihilominus stabat immotus, & velut quibusdã clavis saxo tenebatur affixus. Stabat miser ignoti criminis reus, donec repentino populi aduentante cõcurſu, alij malleis, alij securib. gestientes, partem lapidis præciderunt, & post multa, vix hominem de saxo exculpere potuerunt. Mox lætantis turbę clamor exoritur, mira Dei virtus extollitur, & beati Mauri tumulus dignus reuerentia indicatur.

In ea conditū est corpus eius.

Mons Mauri.

Miraculum.

Tumulus sancti viri innotescit.

Erat prædicti cœnobij monachus quidam Tenno nomine, qui grandæus iam & ipsa canitie venera-

Aa nera-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nerabundus, acerrima vi febrü vrgebat. Cuius
 que nulla medicinali cura, nullo prorſus humo-
 no ſtudio ad incolunitatis ſtatum redire poſſe-
 ſet, cuidam ſux materteræ, religioſæ videlicet
 ſanctimoniæ, nocturno ſilentio Beatus Ma-
 rus apparuit, eiſque dixit. Si vis, inquit, ne po-
 tuum ex ea, quam patitur ægritudine conualeſce-
 re, denuncia ei, vt ſepulchrum meum ſacroſan-
 cto crucis ſigno honoret, omniſque anno ſolemnem
 tatem mihi celebrare deuoneat. Cumq; ille ge-
 tanter, beati viri oraculum impletet, commo-
 viſceribus precipitanter omnem ignei languor-
 vim euomuit, & mox priſtinæ ſanitati reſtituit.
 dignas Saluatori Deo gratias egit, & B. Mauri ora-
 raculum, quod in ſe expertus fuerat, ad glori-
 nominis Dei, multis indicare curauit. Iam ignis
 celebri vtriuſque ſigni fama volitante per popu-
 lum, cœperunt multi ad ſacras beati viri reliquias
 deuotè concurrere, piſſque eius meritis ſuas an-
 mas attentius commendare. Nonnulli etiam mor-
 uerſis morbis laborantes, dum vel detritam
 pulchralis marmoris limaturam biberent, vt
 beati confessoris miſericordiã ſuſſis tantummodo
 precibus implorarent, ſani & incolumes ad pro-
 pria ſunt reuerſi, quocunq; fuiſſent vinculo æ-
 gritudinis obligati; Videres miſerabilium languor-
 dorum ſoluta cadauera, alieno prius adminiculato
 ſuſtentante deferri, qui mox cum magna exulta-
 tione atque tripudio remeabant, ſaluti priſtinæ
 reparati.

Liberatur febricitans miro modo.

Multi conſtrahuntur morbi- di.

Sanctus contractus idem que cæcus.

Tempore quodam ad B. Mauri tumultum delib-
 tus eſt ruſticus, gemina morborum paſſione de-
 preſſus, contractus videlicet ac cæcus; ſed poſtea
 quam eſſet oratum, & lux amiſſa ad oculos re-
 diit, & rigida membra fugatus languor abſol-
 uit.

dit. Procinus videns se homo sanitati tam mirabiliter redditum, quas valebat gratias agens, beato se in eius feruum perpetuo iure contradidit, man surumque se in eius obsequio donec adiuveret, deuout. Qui perceptz salutis munere, penè per decennium fruens, postmodum fragilitati carnis enormiter cessit, vxoremque sibi non fausto coniugio copulauit. Mox enim vt luxuriandi voluptate potitus est, oculorum lumen funditus perdidit, & quamdiu vixit in eadem cœcitate permanfit.

Alio quoq; tempore dœmoniaca quædã ad altare beati viri deducta est, quã tanto pestifer spiritus furore repleuerat, vt eam sibi quasi organũ faciens, multa per os eius, sacrilega insania proferebat, diras voces emitteret, & velut canis rabidus crebris naubatibus elatraret. Triduo autem postquam illuc perducta est, vehementi quodam impetu sanguinem vomuit, & ita malignum spiritum a quo tenebatur, eiecit. Aliã quãdam mulier necessitati rei familiaris plusquam deberet intãta, in festiuitate S. Zaphili triticum purgare non timuit, que ilicò diuino percussa iudicio brachijs amictis obriguit, & eodem modo ac si capistrum ad hoc ventilare videretur, tremere infeliciter cepit. Hac itaque cum ante B. Mauri altare deducta fuisset, & nunquam se vterius quippiam tale futurum polliceretur, mox omnipotentis Dei misericordia, stupida mulieris brachia ad libertatẽ proprij vigoris reformauit. Rursus alia mulier que profluuio sanguinis insanabili plaga vexabatur, tandem in extremis angustijs constituta, mudo linteo B. Mauri mausolum cooperuit, & ita diuinitus liberata, omnem prorsus molestiam laciidi languoris euasit.

Liberatur dœmoniacã.

Punitur festum diem Violans.

Sanatur.

Item aliã.



Rurſus alia

Item alia mulier ita erat violentiffimi laegoris immanitate contorta, vt ſoluto naturæ ordine ora teneret poſt ſe, ceruicem faceret ante ſe. Quæ ſimiliter ſuper B. Mauri memoria linæum potius & protinùs ſanitate recepta, quibusq; mèbris ſuum naturæ reſtituit. Alia quoq; mulier, amiffi lumine, de Aquitaniz finibus deducta, obſtinatiſſimè teſtabatur, quòd nunquam inde recederet niſi per B. Mauri mèrita lumen, quod amiſerat, recepiſſet. Sic magno fidei feruore ſuccenſa, in tuguriolum iuxta eccleſiæ parietem compilaui, vt quodammodo potius habitaculum, quam reparare videretur hoſpitiũ. Cumq; per oculo inſtantiſſimè fuiſſet oratum, lumen quod quaſibat, diuina gratia largiente recepit: & digno luminatori ſuo Deo & Mauro eius famulo gratia retulit. Hæc de virtutibus, quæ omnipotens Dominus per beatũ confeſſorem ſuum Maurum operari dignatus eſt, pauca perſcripſimus: vt ad glorificandam diuinæ maięſtatis potentiam vſtræ charitatis ſtudioſum incitemus.

Cæz reſtituitur lumen.

VITA ET RES GESTAE S. EUTHYMII ABBATIS, ex ijs quas Cyrillus Monachus, eius diſcipulus, accuratè admodum conſcripſit, omni fideiſſimas. Migrauit è corpore anno Domini 472. Simplicij Papæ, S. Leonis Imperat. 16. Aetatis verò ſuae nonageſimo nono. Fuit & alius eiusdem nominis Aethiopus, qui clarus habitus eſt in Aegypto, temporibus Arcadij Imperat. laepſus poſtea in Origeniſmum.

Vide Caf. Baron. Tomo 6. Anna. & Notat. in Mart. Rom.

30. Ianuarij.

VT Valens gubernacula attingit Imperij, liano è vita miſerè ſublato, Gentiliũ reſta-

persecutione sopita, Ariana perfidia ab inferis ex-
 citata, magno furore Ecclesiam inuasit. Quo tem-
 pore Satanas cum contra fidelium cœtum nouam
 hinc obarmaret furiam: tùm clemens ac mise-
 ricors Deus præter alia militantis Ecclesiæ robo-
 ra, nouum quoque Ducem excitauit, qui se furori
 ac libidini Arianz perfidiz opponeret. Erat Meli-
 tenz (quæ est vrbs Armeniz ad Euphratem) spe-
 ciosa probitate vir quidam, Paulus nomine, cui
 vitæ consors Dionysia erat, claro vterque genere
 ac virtute. Fortuna splendida & opulenta, mo-
 rumque probitas, oriosam & tranquillam impri-
 mis concedebant vitam, nî vnica sterilitatis mo-
 lestia, piam matronâ afflisset. Cùm verò studio
 pietatis apprimè dedita esset, non desinit in pro-
 pinquo D. Polyucti martyris, vnâ cum marito
 diuinam implorare misericordiam, vt soluto ste-
 rilittatis vinculo, fructum Deo dignum concipe-
 re mereretur. Exauditz amborum preces: & pro-
 missio filij admirabili visione confirmata. Vox
 namq; cœlitus ad eos delata prolem spondit,
 quæ ab Euthymia nomen acceptura, dignis Deo
 moribus prædita foret. Illi, visionis nouitate
 latitabundi, fructum Deo ilicò deuouerunt; qui
 quarto Gratiani consulatu in lucem æditus, Eu-
 thymij nomen accepit. Eo nato Ecclesia à difficili
 tempestate respirare, pacemque amissam recupe-
 rare cœpit.

Arianismus
 grassatur.

Patria & Pa-
 rentes S.
 Euthymij

Mater eius
 sterilis.

Exauditur
 pro prole.

Euthymius
 nascitur.

Offertur E-
 piscopo Me-
 litenensî in
 situndas.

Tertiò autem pòst anno, Paulo eius parente ad
 beatam immortalitatem assumpto, pia genitrix
 dulce pignus suû Orreio Melitenensî antititi ob-
 tulit, qui pueri ingenio delectatus, tenerè eum
 habuit, expiatumque sacro fonte, matura ætate in
 ordinem Lectorum cooptauit: matrem verò,
 Aa 3 vtpotè

Fit Lector,
& mater ei
Diaconissa.

Magistri
eius.

Factus Sa-
cerdos.
Præficitur
monasterijs

Fugit clam
Hierosoly-
mam.

Fit Solita-
rius.

Cum Theo-
clisto petit
intima so-
litudinem.

utpotè rebus diuinis perpetuò intentam, Diaco-
nissam ordinauit. Ve verò ex ephēbis excellē-
litterarum magistris, Acacio & Synodio, egregi-
nobilitate & prudentia viris, traditus, eorum vi-
tutes sanè eximias sedulò æmulatus est. Erat
enim in Ecclesia Melitenensi multis & admiran-
dis fidei ac pietatis documentis illustres; quo-
rum imaginem in se viuam exprimere nitēbatur.
Euthymius. Cibi potusque antè omnia mirè par-
cus, mentem diuinis eloquijs studiòse accuratè
que saginabat.

Hinc quotidiana virtutum incrementa
nium oculis ita grata ac iucunda accidere, vni-
gna omnium voluntate sacerdotio initiatus, con-
ctis in ciuitate Monasterijs præficere. In
functio quantumlibet pia, tamen quia ad per-
fectionis culmen impedimento videbatur, mi-
nus grata ei exiit. Itaque vitæ solitarie cupi-
dissimus, clandestina fuga sibi consuluit: anno
ætatis suæ vigesimo nono ad loca sacra Christi-
passione veneranda profectus. Eo autem in-
nere, tantam ex contemplatione patrum, in eo-
mo degentium, hausit voluptatem, vt eiusdem
instituti avidus, ad Pharam Lauram, sex millia-
ribus Hierosolymis distantem confugeret, cellu-
lamque quietis ac silentij amicam eligeret, in
qua Deo deuotus palmarum ramos texens sibi ac-
egentibus labores suos communes faciebat & o-
gentibus. Erat ei vicinus Theoclitus quidam,
monasticis disciplinis præclarè excultus, Euthy-
mioque egregiè charus; qui maiori pariter de-
grans solitudinis desiderio, in vastam cum ei-
eremum concessit. Ibi ab omni penitus homi-
num consuetudine remoti, in spelunca, soli-
her-

herbar
region
tum pr
videba
perpet
ous su
micol
consp
fugaz
uocati
ctitate
tur vir
Martin
gens
tus et
chim
disis
tinas
maru
Es
Christ
gus, p
cubab
lis co
negot
fidere
gere;
Po
te pr
rum
tem
man
ias re

herbarum radicibus vitam sustentabant. Erat ò regione spelunxæ torrens, qui dulcem eis potum præbebat. Nihil ad vitæ iucunditatem deesse videbatur, si modo ista solitudinis dulcedine perpetuò frui licuisset. Sed pastores Lazarij, oves suas ad torrentem ducturi, vt sanctos eremicolas in spelunca præter opinionem latentes conspexere, primò territi spectaculo in effusam fugam versi sunt; sed leni mox ac blanda voce reuocati, cum admiratione spectatam eorum sanctitatem longè lateque diuulgarunt. Fama igitur virtutum, vt ad Pharæ habitatores peruenit, Marinum quoque & Lucam eò pertraxit; quos ingens discipulorum numerus paulatim subsequutus est, Euehymij maximè suauitate ac vitæ sanctimonia captus. Et quia iam spelunca multitudinis capax non erat, coenobium condidit vir diuitius cuius cura Theoctisto commissa, sibi animarum curam reseruabat.

Adiungunt
se alij.

Construit
coenobium
S. Euchimi.

Ex tempestate, Magi funesta persecutione, Christianos circa fines Isidigerdis Persarum regis, premere cœperunt. Vnica & sola cura excubabant, vt Christiani ad vnum omnes vinculis constringerentur. Hinc præfectis tribuum id negotij datum, vt exacta custodia vias omnes obfederent, ne quis ad Romanum Imperium confugeret, suppliciumque euaderet.

Magi excitant
persecutionem in
Christianos

Porro inter præfectos haud exigua auctoritate præstabat Aspebetus, dux quondam Saracenorum tribus; qui tam iniquam Christianorum sortem miseratus, vias omnes elabendi eis aperuit, manusq; adiutrices benignè in super præbuit. Cuius rei apud regem accusatus, matura fuga & ipse

Aspebeti
humanitas.

Aa 4. sibi

Aspēbetus
fugit ad
Christianos
cum filio
Terebone,

sibi consulere coactus, assumptis facultatibus, cognatis, & filiolo Terebone, ad Romanos venit gratius utique & mirifice acceptus Anatolio Orientis præfecto, qui eum noua pariter honorum dignitate. Facile itaque honos præfecturæ illum eius solabatur: nō impubes filius quotidianas calamitates, præmortua corporis dextera parte, ingestisset. Medicorum ars, opum ac sculpturarum omnium sanguifuga, frustra diu multumque desudauerat. Igitur fluctibus cogitationum suarum æstuabundus Terebon, desperatam iam salutem noctu ad Deum supplex contigit. Christiana se sacra suscepturum uouens, & per Saluatoris beneficio sanitatem consequeretur.

Visio Terebonis.

Votum somnus, somnum visio quædam mirifica consecuta est. Assistebat ei veneranda grauitate monachus, qui promissi fidem postulans, eum ad se in Orientali solitudine venire iussit, deideratam salutem confestim accepturum. Excitatus è somno Terebon, parenti suo visionis seriem enarravit, effecitque ut posthabitis omnibus, magna barbarorum stipatus caterua, eò contenderet. Nec mora: superata itineris difficultate, Euthymium inuenerunt, qui venientes summa humanitatis & beneuolentiæ significatione excepti, puerumque Crucis signo ab omni languore protinus curauit: barbaris ad tantæ rei miraculum stupentibus, & expiationem peccatorum sincera fide efflagitantibus.

Sans Terebonē S. Euthymius & barbari credunt in Christum.

Celebris fuit continuò miraculi rumor, ita ut ingens iam turba varijs morbis & languoribus misera, eò conflueret; quam ille prompta ac facili manu curabat. Sed cum hic rursus amicum diuinis rebus silentium inuerturbari cerneret.

Multi curantur & graui.

neret, clanculum fugam inje. & de solitudine
 in solitudinem commigrans. tandem ad spelun-
 cas illas, in quibus David Saulis persecutiones o-
 lim declinasse perhibetur, pervenit. Erat ijs in lo-
 cis homo quidam maligno obsessus spiritu, qui
 cum grauius torqueretur, Euthimij nomen sem-
 per in ore habebat & aduentum illius vehemen-
 ter formidabat; cuius etiam virtute fugatus est.
 Miraculum hoc, cum sua celebritate solitudinem
 illam peruasisset, vicini ad eum frequentes con-
 curerunt, & monasterium ei construxerunt, quod
 ille, postquam viris religione & pietate præstan-
 tibus repleuerat, protinus reliquit, & in intimos
 solitudinis recessus se recepit. vbi tam excellenti
 vitæ & mentis puritate Deo famulabatur, vt feræ
 bestiz quibuscum agebat, nihil illi nocerēt. Post-
 quam autem hic quoque multos vidit confluētes,
 rursus reuersus est ad fratres, & beatum Theocti-
 simum. & quia in spiritu præuidebat, solitudinem
 illam monachorum incolis celebrem futuram,
 omnes ad se venientes benignè excepit; & assidua
 rerum diuinarum commentatione ad mundi con-
 temptum & celestis patriæ amorem inflammauit.
 Inter reliquos autem tres suos germanos Cos-
 mam, Chrysoptum, & Gabrielem, illum visitan-
 tes, tanta sermonum suauitate demulsit, vt protin-
 us relictis mundi honoribus, spretis opibus, con-
 temptis denique ijs omnibus, quæ magno antea
 studio conquisierant, eius se disciplinis imbu-
 endos traderent. Hos autem alij atque alij, & ge-
 neris & diuitiarum gloria præstantes secuti sunt,
 adeo vt vir sanctus ijs omnibus cellulas, pulchro
 inter se ordine distinctas ædificarit, Lauramque
 ea quæ est in I'haran, nihilo inferiorem, excitarit.
 Contigit autem hoc in loco miraculum, inter

Fugit de so-
 litudine in
 solitudinem

Construitur
 illi monaste-
 rium.

Tres fratres
 eius veniunt
 ad Euthymi-
 um & sunt
 monachi.

Item complures alij.



cætera, sanè celeberrimum, credo, vt magni illius & admirabilis Euthymij, virtus omnibus ad Deum gloriam clarius innotesceret. Accidit enim vt à gens Armeniorum multitudo (quæ quadringentorum numero fuisse fertur) à sancta civitate descendens, ad Lauram illam, vt à labore itineris aliquantisper se reficeret, diuerneret. Quos cum sanctus vidisset, euocato protinùs Domitiano, cui Lauræ dispensatio credita erat, mandauit, vt eum benignè exciperet, & cibo potuque recrearet. Domitianus autem cum causaret inopiam & rerum omnium egestatem, vt ne fratribus quidem alimentum ad diem vnum sufficerent, difficillimè præbuit. Tum Euthymius: Vade inquit, ad arcem panariam, & discè non humanis cogitationibus, sed diuinæ prouidentie acquiescere. Domitianus igitur alijs aduocatis fratribus panarium ingreditur, & ecce tantam ibi non modo frumenti, sed & vini, & olei inuenit copiam, vt planè in stuporem versus, supplex se ad pedes viri sanctissimi demitteret, & tenacitatis suæ veniam flagigaret.

Insignis eius benignitas erga hospites.

Præclarum sanè miraculum.

3. Euthymij vita quotidiana.

Victus seminiq; parcitas.

Arsenij virtutes imitatur.

Lenitas animi.

Cyriacus, Euthymij vitæ, ab ineunte ætate, inspectior, referre solitus erat, optimum & sanctissimum patrem cibi potusque perpetuo expertem manifeste, Sabbathis tantum ac Dominicis exceptis. Verborum adedò parcum, vt nisi necessitas postulareret, vsum linguæ ignoraret. Somni verò ita fugacem, vt cubans nunquam, sed vel sedens vel stans huiusmodi necessitati pareret. Præclaras enim magni Arsenij virtutes sibi imitandas proposuerat, quas assidue mente ita æmulabatur, vt pertinaci labore eas in naturam moresque transferret.

Porro quanquam esset mira animi lenitate præditus, & sermonis dulcedine animos omnium

um auresque demulceret, tanto tamen tamque
ardenti zelo aduersus omnes, qui prauis opinio-
nibus à Catholicæ fidei unitate descuerant, flagra-
bat, ut cum aliquando sub magno pietatis præ-
textu Manichæi ad eum venissent, tanquam leo
aduersus vulpes sermone inexpugnabili defæuie-
rit. Quin etiam aduersus eos, qui Arii & Sabellij
laborabant insania, ingentis erat spiritus, perfe-
ctioque eos, ut Propheta ait, odio persequeretur.
Anno ætatis eius septuagesimo & quinto, congre-
gata fuit Synodus Chalcedone, in quam omnes fe-
re totius orbis terrarum undique conuenerant
Pontifices. Inter cæteros autem aderant etiam Eu-
thymij discipuli duo: Stephanus Iamnez, & Ioan-
nes Saracenorum antistes. Qui editam fidei for-
mulam, celeberrimo illo in Conuentu, non pri-
us sua sententia comprobare voluerunt, quam e-
orum magister Euthymius ei accederet. Nec mo-
ra. Oblata & ad Lydium lapidem excussa decreta
approbavit Euthymius, nutantesque multorum,
per eremum, animos in Catholicæ fidei sincerita-
te confirmauit.

Zelus pro fi-
de Catholi-
ca.

Psalm 138,
Chalcedo-
nenis Syno-
dus.

Euthymius
subscribit
Synodo.

Vnus erat Theodosius, habitu quidem mo-
nachus, sed moribus præstigiator, importunissi-
mus, qui improbo conatu se ei opponebat, & ar-
gumentis mira diaboli versutia conclusis im-
pia Nestorij dogmata suscitabat, ac ipsam tan-
dem Eudociam, quæ tunc in Palæstina versaba-
tur, in errorem pertraxit; & deinde etiam Se-
dem Hierosolymitanam inuerecundè & impu-
denter inuasit, & cum ex potestate accepisset fa-
cultatem bellum gessit aduersus diuinos cano-
nes & leges, eoq; re deduxit, ut homines probi &
veræ pietatis cultores sedibus suis pellerentur,
locis-

Eudociam
imperatrice
& omnes
ferē eremi
cultores se-
cum in erro-
re trahit.

locis que sacris sanctorum Pontificum sang-
(prò nefas) pollutis soli malefici, & homines
lerati, huius exitiosi potentia, auctoritatem et
nerent. Quid tandem omnes penè eremi
la, ver surijs illius in fraudem pulsit, eum sequen-
tur, eum colebāt soli magni illius Euthymij se-
tores, fidei puritatem constanter retinebant. Ne-
veritus, impostor ille Theodosius Euthymium
gredi, ut eum in sceleratam suam sententiam per-
traheret, missis enim legatis Elpidio & Gero-
ad colloquium eum euocauit. Sed Euthymius
cum nefas esse exclamaret, cum homine nequam
& sacro sacerdotum sanguine polluto, sermone
miscere, in vastam se solitudinem cum multis
is recepit: vbi latitando plures quam acri ven-
rum contentione pugnando, à pestifero errore
veritatis agnitionem reduxit.

Theodosius
pseudomo-
nachus mo-
ritur.

Ceterum quia inuisa Deo impietas, firmis di-
viribus stare non potest, Theodosius secundo a-
cessu Euthymij anno, ex hac vita subtractus est.
Euthymius ad Lauram reuersus, collapsa religio-
nis pietatisque fundamenta restaurauit. Eudocia
autem, quam improbi Theodosij laqueis captam
fuisse diximus, postquam intellexisset generum
suum in Thracia interemptum, filiamque cum
liberis captiuam abduci Carthaginem, statim de-
uiniis uiris aures prebere, seque rotam eius regem
dam tradere atque committere. Hac de causa sta-
tim nuncios, ad magnum illum Simeonem in co-
lumna habitantem, direxit, ut ab eo, quæ ad fide-
ram fidem facerent, disceret. Simeon autem dum
ad eam litteris breuiter respondit; quod malum
gnus, videns opus virtutum eius, expetiuisse ei
cribrare sicut triticum, & per pestiferum illum
Theodosium, piam ac religiosam eius corruptis-
animam

Genfericus
capta Roma
id fecit.

Simeon mo-
nachus scri-
bit impera-
trici.

aniam. Se valde mirari quod cum propinquus illi fons esset, eo despecto, eandem procul expecteret aquam. Habere enim eam diuinum Euthymium, cuius si sequeretur doctrinam a salute haud aberraret.

Hic acceptis, Eudocia salutis suae minimè negligens, Euthymium indagauit: & quia publicè locis insolentem audiebat, turrim in Orientali parte solitudinis extruxit, in qua eum rara quadam humilitate excepit. Prouoluta enim sancti viri genibus Imperatrix, adeo in Dèi benignitate exultauit, vt nihil iam de certa aeternae salutis via dubitaret. Porro Euthymius salutaribus documentis instructam, ac solita benedictione munitam dimisit, quae fidei accensa ardore Hierosolymis ante omnia disruptam Ecclesiae pacem restituit: frequentemque monachorum & laicorum turbam suo exemplo ab errore reuocauit. Quin insuper templa, monasteriaq; noua excitauit: multaque egregiae pietatis indicijs fidem suam orthodoxam testata est. Cumque maximam pecuniarum vim Euthymianae Laurae offerret, vir diuinus accepta voluntate pecunias reiecit pijs eam motis excitans, vt imminentem mortis horam paratè, animoque resignato exciperet; quae paucis deinde post diebus sequuta, ad beatam eam immortalitatem praemisit.

Secundum ab octogesimo agebat annum vir diuinus, cum Sabas adhuc imberbis, eius in disciplina concessit. Nonagesimo verò Theoctistus beatum patrem relinquens, ad caelestem patriam migravit, què nono deinde anno Sanctus Euthymius sequutus est. Fanus multis omnium lachrymis procuratum fuit. Corpus in tanta vitae asperitate, viuido colore, gratum & iucundum aspectum

Eudocia excipit S. Euthymium in turri.

Pietas Eudociae Imperatricis.

Euthymius ei obitum praedicat.

S. Sabas discipulus S. Euthymij.

Obitus S. Euthymij.

Patriarcha
Hierosoly-
mitanus S.
Euthymio
templum
dificat, eius-
que reliqui-
as ibidem
transfert.

Vide C. Ba-
ron. Tom. 2.
Ann.

Etum cunctis præbebat. Ut verò fama obitus eius
regionem peruasit tanta omnis generis atque
dinis multitudo ad funus cohonestandum co-
fluxit, ut militum gladijs submoueri debuere,
impressione mutua sese conculcarent. Vicini pa-
tres præclarum Agonothetam & orthodoxæ fidei
defensorem eximium, singulari monumento ho-
norarunt. Patriarcha verò Hierosolymitanus no-
ua deinde eade sacra eius excepit reliquias, quæ
hodiernum vsque diem signis ac virtutibus eius
rescere dicuntur.

MARTIRIVM S. AGNETIS VIR-
ginis à Diuo Ambrosio luculenter conscriptum. Paj
est circa Annum Saluatoris 304. qui fuit Con-
stantij & Galerij Imp. primus. Marcel-
li Papa quoque pri-
mus.

21. Ianuarij.

Agnes virgo
admiratur à
Præfecto.

EXIMIA specie & pulchritudine virgine
la Agnes à teneris pietatis studio & optima-
rum artium disciplinis dedita, cum die quo-
dã è ludo litterarum domum properaret. Vrbis
Præfecti filius formæ illius pulchritudine tam in-
fano amore captus est, ut conspectu eius insatia-
bilis, nulla requie frueretur, nisi profapiam virgini-
nis ædesque requisisset. Cognitio autem familiaris
splendore ac nobilitate, miser ille tam læua amo-
ris flamma correptus fuit, ut cupidinis impatientis
connubialē thorū nunc blandicijs, nunc maximam
opum promissis expeteret. Totum sibi hominem
crudelis amor tam pertinaciter vendicauerat, ut
nihil non tentaret, quo furiosæ libidinis flammam
extingueret. Ingererat virginis cōspectui rutilan-
tis auri gemmarumque splendorem, amatoriam le-
uitate

itate sine fine blandiens, & stulto verborum le-
nocinio animum eius demulcens. Quæ omnia
cum virgo, pro sua in Deum pietate, despiceret,
iuuenis quotidiano Amoris fomento exæstians,
immodicis totus ardoribus adurebatur. Cuius in-
faciam furiasque miserata virgo, tali eum orati-
one cõpellasse fertur; Discede à me fomes pecca-
ti pabulum mortis. Quid stulto & inani labore
fatigaris? quid opes tuas nullo cum fructu in me
profundis? Neque enim fieri vlla ratione potest, vt
nostris quãdoque amplexibus fruaris. Iam nã alij spõ-
sõ, qui te & nobilitate & diuitijs longè superat,
consecratus sum. Is plurimis inæstimabilis pretij
gemmis me decorauit, & iam nostrum ad se amo-
rem totum rapuit. Accedit quod amplioribus in-
super me onerata promissis fouet; admirandis
facilio donis muneribusque decorandam, si illi
amore fida adhæsero, quem ego & amans casta, &
tangens munda, & accipiens virgo sum. Cuius ma-
ter virgo, est cuius pater fœminam nescit. Postre-
mo ea est pulchritudine ac decore, vt cæli etiam
sidera illud stupefiant

Oratio Ag-
netis ad fili-
um Præfecti

His auditis, iuuenis venenatis Cupidinis telis
vndique faucibus sternitur, medicorum opem per
alta suspiria frustra implorans. Cognita verò æ-
gitudinis causa pater, virginem adit auctoritate
sua, vt putabat, animum eius ad filij consensum
impulsurus. At illa constans animi, negabat abs-
que nefario scelere fieri posse, vt sacra prioris
sponsi fœdera violaret. Contra Præfectus, nemi-
nem sibi præferri debere, contendebat, quod
in sacris Præfecturæ ageret. Virgo verò propo-
sita tenax, surdas Præfecto præbebat aures; qui
vt blandicias promissaque irrita sensit, prioris
sponsi

Decentibus
ex impuro
amore.

Sponsi nomen familiamque scire voluit. Ad
 fortè tunc quidam parasitus, qui Christianis
 sacris ab infantia imbutam dixit, eoque amentem
 redactam, ut Christum sponsum suum esse crederet.
 Tunc Praefectus, imatura animi laetitia
 exulans, quasi re confecta filio suo gratulatus est.
 Sperabat enim minimo se negotio eam à Christi-
 ana fidei constantia abducturam. Novis igitur
 promissis, novis blanditijs ad nauseam usque cor-
 ratum est; quin etiam minae terribiles adhibuit,
 quae pari virtute à virgine irritae sunt. Quid multa
 Symphronius (hoc namque Praefecto nomen
 erat) viri lem in tenera aetate constantiam adman-
 parentes eius aggressus est, quibus quia nobilitatem
 praestantibus vim inferre nequebat, Christianam
 fidei professionem obiecit.

Agnes iudicio
 sinitur.

Igitur insequenti luce citata iudicio Agnes
 comparuit vultu animoque intrepida. Quae ver-
 borum lenocinijs ad reciprocum iuvenis amorem
 ta amorem, non modo abiecit, sed etiam suae con-
 stantiae maiora argumenta dedit. Ibi tum decre-
 tum, ut casta virgo nefarie Deae Vestae in virginitatis
 proposito deterueret, Tunc Agnes ad Praefectum
 Si filium tuum impurae libidinis cupiditate in-
 censum, rationis tamen capacem, & ad immortali-
 lis Dei imaginem fictum formatumque Christi
 amore recusavi, quaeso te, qua ratione falsa Deo-
 rum numina, nullo sensu praedita, colere, eisque
 ad gravem summi Dei iniuriam, divinos honores
 deferre poterò? Cui symphronius; Certe Agnes
 nisi tuae infantiae consultum cuperem, iam iam a-
 cerbas temeritatis istius poenas expeterem. Agnes
 autem: Noli inquit infantiam meam despiciere.
 Nec enim fides in annis, sed sensibus consistit, &
 Deus omnipotens mentes magis comprobatur
 quam

Sapienter
 admodum
 praefecto
 respondit.

quam ztates. Verum quoniam ad hoc video tetē-
dere, quod impetrare non poteris, quid quid tibi
videtur exerce. Symphronius non ferens hanc in-
centē fortitudinis magnanimitatem. Alterum
inquit, oculus elige; Aut deæ Vestē sacrifica: aut im-
purum meretricum ingredi contubernium; ut
frede libidinis contagione polluta discas posthac
submissus loqui.

Ad hæc Agnes, ô os impudens; tu si Dei mei vir-
tutem probè cognitam exploratamque haberes,
verba ista nefaria, tanta impudentia, non profer-
res. Est enim ei curæ, corporis mei castitas: nec pa-
tietur me alienis sordibus pollui. Adest mihi cu-
stos corporis mei angelus bonus, qui nefarijs co-
natiibus vestris resistet, quare de Christi potentia
& bonitate cōsilius inanes minas vestras contēno:

Tum verò Iudex ab impotenti fruore victus, ve-
stibus eam spoliari, spoliatamque ad ifornicem
petrabi iussit. Sed fuit ipsius nuditas repente tan-
ta capillorum densitate vestita, aureo splendore
micantium, ut omnium oculi stupore in eam de-
fixi hærent. Prævaluit nihilominus Præfecti fu-
ror, qui eam in lupanar nefario, prò scelus, conta-
minandam detruxit. Sed primo ingressu ab angelo
excepta, tam immēso est lumine circumfusa, tan-
toque decore ornata, ut nemo oculorum, aciem in
eam intendere posset. Cumq; fixis in terram ge-
nibus incredibili mentis gaudio in tanta Dei be-
nignitate exultaret, vidit stolam miro cādore ful-
gentem ante oculos positam, quam manu appre-
hēdens corpusculo suo aptam inuenit, eaq; indu-
ta suis precibus & assiduo diuinarum laudū stu-
dio, ex impuro nefandorum scelerum domicilio,
castissimum Dei habitaculum effecit. Nam qui ne-
fandi sceleris perpetrandi cupiditate eò conflu-

Bb

xerant

Nudata ducl
tur: ad lupa-
nar.

Accipit ca-
litis vestem

Præfeti fili
us à diabolo
præfocatur.

xerant, summa mentis puritate egrediebantur. *in*
terea Præfeti filius, qui sceleris auctor extiterat *ban*
ingenti sodalium suorum stipatus caterua, ad *illu*
uit, vidensq; alios atq; alios summa admiratione *cepto*
perculosos, compositis ad omnem modestiam *virg*
bus egredi, cœpit eis summa verborum petulanti *obita*
impotentiam exprobare: sublatoque cachinnu *metu*
in lupanar, nihil caeleste lumen veritus, irritu *relic*
ius audaciæ & temeritatis, repentina morte *ferit*
nas luit. Interim sodales præforibus præsolat *cit. S*
voti compotem factum, moras neclere exillim *verit*
bant; sed ut eorum vnus, moræ impatiens, gradum *con*
intulit, lugubri mox eiulatu infaustum malum *illu*
adolefcentis casum indicauit.

Ilicò fama vagantè omnis in populum effusa *nib*
tur ciuitas: dissonisque in coelum vocibus alij *adm*
gam, alij innocentem, alij rursus sacrilegam *tur*
clamabant. Præfetus verò haud sui compos, hor *gio*
rendis sanctis, virginem maledictis incelleret *Par*
mortisque causam indignabundus inquirere. *crum*
Agnes; Cæteri diuinum lumen reueriti incol *men*
mes egressi sunt; tuus vero filius furibunda *C*
angelo corporis mei custodi insultans, p *glor*
quas vides, temeritatis luit. Rursus Præfetus *toll*
terit verbis tuis fides abhiberi, si angeli virtute *gam*
quem prædicas filiū mihi excitaueris. Quam *na V*
spondit Agnes, multiplex tua impietas hoc *fuer*
mereatur, tamè ut diuina Domini mei Iesu *Page*
sti potentia omnib. innotescat, voluntati tuæ *foli*
bo. Nec mora. In oratione prostrata vim lacry *stant*
marū profudit, statimq; angelus domini consola *qua*
tor assistens, iuuenem ad vitæ officia reuocauit. *quæ*
voce magna in Christi Iesu confessione laudat *quæ*
prorupit. Quæ res varios in populo motus excita *gior*
uit, Deorū Pontifices, & qui augurijs rē faciēbant *mu*
iustan

Redit ad vi
tā precib. S
virginis.

inflat malitiæ necem accelerandam conclama-
bant. Populus sententijs fluctuâs, nunc hoc, nunc
illud, discernendum voci ferabatur Præfectus ac-
cepto beneficio, & miraculi stupore mollicus,
virginē à mortis periculo liberatâ cupiebat; sed
obstabat Pontificum furor, & fluctuantis populi
metus. Vndè vicario ad seditionē populi iudice
relictō, plenus tristitiæ ac mœrore aq̄celsit.

Porro vicarius, Aspasius nomine, copioso con-
fessim igne excitato, voracibus eam flammis obie-
cit. Sed flammæ angelicam in virgine puritatem
veritæ, magna in circumfusam plebem læuitia
conversæ sunt. Victrix verò Agnes in medio rogo
illæsa consistens, dum expansis ad orationem ma-
nibus, ingenitæ pietatis virtutisq̄ue, cum omniū
admiratione, significationem dat, gladio in gut-
tur transixit, martyrij palmam consecuta est: egre-
gio placē de cunctis hostibus inclita triumpho.
Parentes peracti certaminis gloria lætabundi, sa-
crum eius corpusculum in prædiolo suo, via Nu-
mentana, condiderunt.

Quo cum ingens fidelium turba conflueret, &
gloriam virginis præclaris in cœlum laudibus ex-
tollerent, per insidias à Paganis in effusam fu-
gam compulsi sunt. Accidit autem, vt Emerentia-
na Virgo, quæ cum ea pariter disciplinis imbuta
fuerat, eius tunc tumulo adstaret, cumq̄ue omnes
Paganorum furore in fugam conuersi fuissent,
sola mansit intrepida, & magna animi con-
stantia facinus eorum reprehendit. Illi verò,
quæ erant impietate, Virginem in Christi con-
fessione perseverantem lapidibus obruerunt,
quæ sanguinis sui effusione Christi gratiam &
gloriam sempiternam adepta est. Vix illa obdor-
muerat, cū subito terra ingenti motu concutitur

S. Agnes
mittitur in
ignem.

Gladio per-
cutitur.

Emerentia-
na lapidatur
ad sepulch-
rū S. Agnetis

Bb 2 cœlum-

cælumque maximo fragore emissis ignibus, consistenebris, multisque valde metuendis rebus omnes in fugam vertit, & alios quidem mortem exanimat, alios vero horrendo mortis supplicio interimit.

Parentes autem Agnetis, Emerentianam matrem, & patrem, omni funeris honore prosecuti sunt: eoque haud procul à filia piè condiderunt.

Vigilia ad
tumulum S.
Agnetis.

Interim cum nullo unquam tempore sacras vigilas sepulchrum eius vigilas intermitterent, sed precibus & hymnis excubarent, contigit ut medio noctis silentio innumerabilem virginum exercitum, eximio decore fulgentem, compositis et ordine gradibus transeuntem viderent: inter quas beata Agnes specie & pulchritudine excellens mentes eorum in stuporem vertit, & à cæteris virginibus facultate subsistendi non nihil impetrans conuersa ad parentes ait, Videte ne me quasi mortuam, & sempiternis inuoluta tenebris legeam, quin potius festos dies agite, & infinitam omnipotentis Dei bonitatem hymnis & canticis celebrate: cuius gratia & clarissimam de cunctis inimicis victoriam, & sempiternam cælestis gloriæ coronam consequuta sum. His dictis ceptum iter carpentes, transierunt.

Continuo autem rumore dissipatum fuit, Agnetem virginem, manifesta visione gloriam suam reuelasse; cumque indies magis magisque omnium præconio celebraretur, factum est ut ad Constantiam Constantini filiam, fama præclari certaminis & gloriæ perueniret. Constantia autem in tollerabili quodam cruciatu ita vexabatur, ut nulla corporis pars à vulneribus immunis esset. Et quanquam à Christi sacris aliena ex eis ignorata tenebris inuoluta esset: humanæ tamen præ-

dentis opinione præstans, animum ad quandam
fallis spem excitabat. Nec mora. habito consilio
iter cepit, & ad sacrum B. Agnetis tumulum ex-
cubans, opem eius assiduis precibus imploravit,
donec repente correpta sopore, virginem sibi
adesse & hiscè ferè verbis alloquentem audiuit;

Constantia
ad tumulū
eius orans,
sanatur.

Constante age, Constantia. Crede Iesum Chr-
stum Salvatore tuum, cuius bonitate modò in-
tegram corporis tui sanitatem consequeris. Ad
hanc protinus vocem euigilans, sensit se ab omni
membrorum ægritudine liberatam. Non potuit
continere se, quin ingentem lachrymarum vim
prægaudij magnitudine funderet, & Christum in
Agnete ardenti fide amplecteretur & prædicaret.

Constantia
D. Agneti
A. dem sacræ
edificat.

Domum autem reuersa, parentibus & fratrib.
incredibilem lætitiā attulit, & ut accepti bene-
ficij magnitudinem cunctis declararet, sempiter-
næ memoria consecraret, templum D. Agneti sa-
crum construi, & mausæolum sibi in eo collocari
præcepit.

Fama interim, præclari miraculi divulgato ho-
minum sermone, longè lateq; vagabatur, omnes
que varijs languoribus oppressos, ad similem sa-
lutis spem excitabat. Nec quisquam sanè sua spe
fraudatus abscessit.

Miracula ad
sepulchrum
S. Agnetis.

Constantia autem sempiternæ dignitatis amo-
re vehementer incensa, Christo se perpetuo casti-
tatis vinculo sociavit, cuius spiritu omnes incon-
tinentiæ motus non tantum in se oppressit, sed a-
lias plurimas insigni nobilitate virgines præ-
claro virtutis exemplo ad suum insti-
tutum aggrega-
uit.

Constantia
virgo, mul-
tas ad virgi-
nitatis votū
perducit.

Vide Caf. Baron. Tomo 1. Anna. & Notat. in Mart. Rom. quod optima fide extat apud F.L. Surium. Decretum autem pro fide in Gallijs Anno Redemptoris 271. Eutyech. Rom. Pontif. 1. Aureliani verò Impera. 5. Cladius etiam in Gallijs est habitus Patroclus alius, qui tempore Childeberti Regis Francorum, emicuit sanctitate.

21. Ianuarij. Patroclus nobilibus ortus parentibus opes contemnit.

Miracula eius.

S. Patroclus fititur Aureliano.

Traditur in custodiam.

Patroclus nobilibus & diuitiarum gloria valdè celebribus ortus parentibus. facile ex animæ dignitate. quam nocte dieque contemplantur. huius mundi honores, & opes despiciebatur. Adeò namque diuinorum eloquiorum amorem capiebatur, vt hora tantum diei vltima, cibum porumque lumeret; & quidquid à reliquis pietatis charitatisq; operib; quæ assiduo in proximis meditationi dabat. Signis & admirandis rerum factis clarebat. ita vt dæmonia ab obsessis corporibus fugaret. & in firmis quibuslibet optatæ sanitatis remedium conferret. Orta aut sub Aureliano principe sæua psecutione, Patroclus. cum fama virtutis eius per Trecastrum Galliarum oppidum cum admiratione vagaretur, & Aurelianus immanissimus Christiani nominis psecutor de vita eius, fide & rerum humanarum contemptu multa audiret, acerrimis inuidiæ stimulis cõcitus suo eum tribunali iussit. Cui oblatus Patroclus & de nomine & religionis instituto quæsitus, responsu plane inuictum martyre dignum dedit: dixitq; tanquam nullas esse penas vel supplicia, quæ eum à Christi confessione auellere possent. Hac constantia incredibiliter irritatus Aurelianus, iussit eum vincis post tergum manibus in-

bus in custodiam dari, in qua triduo, cælesti perfusus gaudio permansit, & insuperabili animi fortitudine varias ministrorum iniurias pertulit. Postertium autem diem in publicum deductus, iussus est ab Aureliano dijs sacrificare, & se ab imminenti suppliciorum atrocitate liberare. Beatus vero Patroclus, vultu ad grauitatem hilaritatemque composito: O miser, inquit, & infoelix, quare demetia capis quæ stultitia exagitat, vt minima supplicia ad horam duratura miniteris, & ea interim, quæ tibi in omni sæculorum æternitate parata sunt, non videas? Quæ est hæc tanta cæcitas, vt falsa numina, & sceleratorum hominum simulachra pro dijs colas? Tu Iouem adoras, quem omnes, hominum omnium, quos sol vidit vnoquam nequissimum, raptorem & adulterum fuisse sciunt. Apollinem accepimus à maioribus nostris, Admeti Regis pecora pauisse, & non solum gregis detrimentum perpessum fuisse, sed etiam ipsa tela perdidisse. Dianam, quam dicis esse matrem Deorum, quis nesciat esse dæmonium? O miseranda hominum dementia, qui stultissima mentis opinione vanitates has colunt, quæ nec sibi nec alijs, prodesse possunt.

Aurelianus hac dicente libertate vehementius eccandescens, nisi, inquit, tu ô Patrocle, Apollinem, & Iouem, & Dianam, matrem Deorum adoraueris, diuersis hodie poenis affectus, vitâ hanc cum morte crudeli commutabis. Cui Patroclus; Ore miserû ò cæcû, corpus quidem hoc varijs affectum supplicij morti tradere potes, animam autem lædere omnino non vales. His auditis Aurelianus furore repletus, capitis eum sententia condemnauit. Excepit eam vir sanctus cum incredibili animi sui gaudio, & lætus cum ministris

Bb 4 crude-

Iceram Aureliano fidi tur.

Simulacrorum vanitatem demonstrat.

Constantia eius extimiat.

Damnatus capitis.

crudelitatis ad ripam Sequanæ contendit. Quæ cum peruentum esset, Domine, inquit, Iesu ne patiaris corpusculum meum in hoc aquoso loco demergi, sed da gloriam nomini tuo, vt magnificetur in conspectu inimicorum tuorum; ne ynquã dicat in gētibz, vbi est Deus eorū? Exaudi me Domine, & eripe me de luto vt non infigar, & præbe mihi liberum in nomine tuo per hoc flumen trañtum. Hæc cum orasset, flumen siccis pedibus pertransiit, & impios ministrorum conatus Dei virtute illuſit. Illi interim metu & stupore simul oppressi, inter se altercabantur. Alij Dei virtutem celebrabant. Alij non hominem verum, sed phantasma fuisse dicebant. Illis sic contendētibz, mulier quædam seditiosa superueniens dixit: Quid agitis? Hominem istum Christianum, de quo inter vos contentio est, ego vltra flumen in morte prostrato humi corpore, Deum suum adorantem vidi.

His auditis ministri furore perciti, eo aduoluerunt, & vnus ex illis; iam inquit, duplici nomine reus es, & quod Deos contempseris, & quod manus nostras effugere volueris. Quare scito te iam iam mortis supplicium subiturum. Cui Patroclus: Quid tu mihi, inquit, mortem minitaris? Christus Iesus suo nos sanguine de interitū & morte æterna liberauit. Siue igitur viuimus, siue morimur, Domini sumus; & dignum est vt pro eius nomine patiamur. Quicumque autem sacrificauerit demōnibus, cum ijsdem, sempiternis gehennæ supplicis, cruciabitur. Hæc cū magna animi cōstantia diceret, Elegius furore commotus, iussit eū vinculis constringi, & gladio feriri; Patroclus autem genua flectens, dum à carnifice percuteretur, Domine (inquit) in manus tuas commendo spiritum meum

Psal. 68.

Flumen trañ-
sit illæsus.

Rom. 14.

meum. Tu enim scis quod propter tui nominis gloriam has penas subeo. Hæc dicens, gladio percussus, beatum Deo spiritum tradidit. Caput fuit à corpore longo fati intervallo proiectum, & sine custodia relictum; quod duo viri pietate & ætate venerandi (qui frequenter in vita sancti martyris beneficiorum eius participes fuerant) non sine magno metu ad vesperam usque custodierunt. Nocte vero sequenti Eusebius Archipresbyter cum Liberio diacono paucis luminaribus accensis in sarcophagum intulit; exstructo desuper sacello, sibi iuxta sacrum corpus sepulturam proposuit, ut confessor Domini, sanctissimæ martyri vicinus esse mereretur.

En venerandæ antiquitatis vestigia, de cultu martyrum.

Porro Imperator qui paulò antè putabat se divini nominis gloriam inter homines extinguere posse nomen, familiam, vitam, ipsamque salutis spem perdidit; quæ credentes in Christum nec in morte reliquit. Nam ipse qui immanibus crudelibusque ecclesiam supplicijs vexaverat, dùm denso stipatus agmine iter faceret, fulminis ante se vehementissimi terrorem sentiens, obstupuit. Deinde, præmisso hoc infausto omine, in eodem itinere à suis interemptus est. Quo mortuo, persecutio conquinavit: *qua quàm immanis & horrenda fuerit, ex eius in proprios milites tyrannide, coniecta videtur.* Nam militem quendam (inter alia crudelitatis insignia) ob violatam hospitij iuram, duobus duris arborum ramis deorsum inflexis, manibus, pedibusque ligatū, relaxato mox illorū naturalis roboris impetu, scidit medium. Si hac in suos de Republ. aliàs optimè meminerit penarum genera commentus est, quid in Christianis, quos deorum hostes, & Imperij perduelles existimabat, fecisse putandum?

Ex s. Tom. Anna. Baro. anno Domini 278.

Imperator diuinitus punitur.

Ex Notat. Caf. Baro. in Martyr. Rom.

Bb s MARTY

Vide Caf.
Baron, To-
mo 1. An-
nal. Ecclief.

MARTYRIVM SS. FRVCTVOSI TA-
raconensis Episcopi, Augurij & Eulogij Diaconorum
quod in Hispania præclare consummarunt, ann
Christi 262. Dionysij Papa 2. Valerian. & Gal-
lie Imperat. 8.

st. Januarij.

Martyres in
carcerem
traduntur.

sistuntur iu-
dici.

Fructuosus
Episcopus
etiam ethni-
cis charus.

DIE Dominico Fructuosus Episcopus cum
Augurio & Eulogio Diaconibus compre-
hensus, missus est in carcerem, in quo alia
ra die Rogatianum baptizavit. Cumque dies sex
in continuis precibus ibidem exegissent, & ad
futuri certaminis brauium egregie sese præpa-
rassent, oblati sunt iudici Aemiliano. Qui pro-
quam eis Imperatorum præcepta proposuissent
dijs sacrificarent; & illi unanimi consensu re-
spuerent, falsaque Deorum numina contempne-
rent: iussit eos viuos flammis exuri. Cumque Fru-
ctuosus Episcopus cum Diaconibus suis ad am-
phiteatrum duceretur, populus tam ethnicus
quàm Christianus, qui magno eum amore prole-
quebatur, lachrymas tenere non potuit. Talite-
nim erat, qualem Spiritus sanctus beatum Pau-
lum Apostolum, vas electionis, & doctorem gen-
tium debere esse, declaravit: propter quod fra-
tres qui sciebant eum ad tantam gloriam pergere,
gaudebant potius, quàm dolebant.

Igitur in porta amphiteatri constitutus, cùm iam
propè esset, vt ingrederetur ad coronam immar-
cescibilem potius, quàm ad poenam, Fructuosus
conuersus ad eos, qui circumstitebant fratres: Be-
no, inquit, animo estote; Non deerit vobis pastor,
nec deficere poterit charitas & repromissio Do-
mini, tam hic, quàm in futurum. Hoc enim quod
videtis, vnius horæ est infirmitas. His verbis
breui

breuiter fraternitatem consolatus, ingressi ad salutem similes Ananix, Azarix, & Misaeli steterunt in medijs flammis illæsi; vt etiam in illis tribus diuina miracula cernerentur. Exustis autem fasciis, quibus manus eorum fuerant constrictæ. Fructuosus consuetudinis memor, fixis humi genibus, orationem fudit, de corporis & animæ resurrectione securus. Illo autem orationi toto spiritu ardentem intento, solita Domini adfuerunt magna. Aperto enim cælo, animæ illorum spectantibus Babylone & Mygdonio, ab Angelis receperunt. Quod & Aemiliani Præfidi filia, suis ipsa oculis tunc pariter contemplari meruit. Aemiliano indignante, & scelerum tenebris excæcato, miraculi fidem non capiente.

Ingradiuntur rogum sancti, martyres, permanent vto illæsi, quoad vsq; expirassent, Daniel. 3.

Aperto cælo recipiuntur in gloriam.

Porro fratres tam præclari agonis ac fidei memores, noctis vsi beneficio, in amphiteatrum irpleuerunt, vt semiusta corpora vino refrigerarent. Cumque certatim cinerum reliquias quisque ad se raperet, nocturna visione apparens Fructuosus, monuit vnumquemque, vt quæ per charitatem abstulerant, sine mora restituerent, vnoque in loco simul conderent. Quin & Aemiliano Præfidi visione terribili candidis amicti stolis apparuisse feruntur, hominis mentem seuerè redarguentes: quod immortales animas cum brutis corporibus extinguere putaret.

Colligatus eorum cineres.

Apparet Aemiliano Præfidi, eiq; insultant.

VITA ET MARTYRIVM S. MEINRADI

Eremitæ, quæ exstat apud Surium fide integra.
Occubuit temporibus Ludouici 4. Imp.
anno Domini 860.

Vide C. Baron in Not. Mart. Rom.

M E I N R A D V S in Alemannia, pago Sulichgeuue oriundus, parentes habuit morum

21. Ianuarij, Patria & Parentea ciuis.

Traditur Erlebaldo monacho litteris imbuendus.

Fit Sacerdos.

Fit monachus Meinradus.

morum nobilitate magis, quam perituris diuinis conspicuos. Pater qua erat in Deum pietate, idoneum litterarum disciplinis filium, mox in insulam quandam, Sindles Augia nomine, monachum S. Pirminij celebrem deduxit; Erlebaldo monacho cum litteris, tum pietate imbuendum tradens. Cuius disciplinis tam excellenter informatus fuit, ut scripturarum diuinarum haud ignorans anno ætatis sue vigesimo quinto ad Diaconatum nec multò post, ad sacerdotij dignitatem assumere retur.

Accidit interea ut Erlebaldo ad Abbatis officium dignitatemque à Ludouico Imperatore recaretur; qui Meinrado mox auctor exstitit, ut fallacis mundi dulcedine ad religiosæ vitæ institutum confugeret. Vir sanctus cum insita pietati iam eò ferretur, salubri consilio paruit: emissaque professionis voto, iuuentutem litterarum disciplinis, Abbatis voluntate, instituendâ, suscepit. Caterùm ea functione cum laude aliquandiu orbita, die quodam candidatos quosdam, ad laxandos animos in eremum deduxit; cuius amore atque dulcedine ita inflammatus est, ut viam omnem modumque, eam deinceps habitandi, apud cogitationes suas volueret. Accidit autem ut in reditu, ad matronam quandam egregiè piam diuenterent, fessa exercitatione membra refocillaturi. Ex verbis autem vterò citroque habitis, occurrunt in ea raras quasdam virtutes Meinradus: protinus ut in spem veniret, se eius beneficijs adiutum iri, ut desideratum pietatis curriculum in eremo perageret. Nec mora: Nactus in partem colloqui clandestinam tatemque matronam, fit voti compos: illa, alacritate & gaudio admirabili, vniuersa necessaria spondente. Lætus tanta promissione

lecto interim adhuc animi sui consilio, ad cellulam pristinam reuersus est, continuis precibus & ieiunijs propositi sui constantiam à Deo postulans.

Tum verò obfirmato ad omnes labores & pia certamina animo, ad stadium perrexit, constructoque tuguriolo, in extrema vitæ inedia, sanctâ atque operosissimam mentis exercitationem auspicatus est. Cumque per annos septem vitam in omni sanctitate exegisset, ingens populi multitudo, fama virtutum eius excitata, eò confluere cœpit, quod ille minimè ferens, habitationem suam ad planitiem quandam inter montes, quatuor inde passuum millibus distantem, transtulit: atque ibi, quod reliquum erat vitæ, in admiranda sanctitatis opinione, peregit. Inter hæc quadam die, eo orante, tanta multitudo dæmonum circa illum undique diffusa est, vt nec ipsam lucem diei, illis tenebrarum ministris tetram caliginem offundentibus, cernere posset. Qui cum minis horribilibus & horrore nimio eum fatigarent, in orationem prostratus pugnam viriliter sustinuit. Constantiam eius Orientalis lux subito effulgens consolata est; & angelus Domini, pulso in effusam fugam tererrimo agmine, in spe cœlestis gloriæ mirificè eum confirmauit.

Cum autem vicesimum sextum in illa eremo egisset annum, duo scelerati homines furijs mentis agitati, mortem illi machinati sunt. Vnus eorum, genere Alemannus, Richardus dicebatur: alter vero Petrus, Rhetianorum genere procreatus. Hi facta conspiratione, venientes ad cellulam solitis precibus incumbentem, & sacra mysteria Deo litantem inuenerunt. Ille verò, quamuis scelerata eorum mens minimè eum lateret, tanta sermo-

*Incipit epi-
mum inco-
lere.*

*Dæmones
ei infesti
sunt, sed ab
Angelis re-
pelluntur.*

*Latrones ei
mortē ma-
chinantur.*

*Præsciuit
eos venisse
ad mortem
ipsi inferen-
dam.*

sermonis suauitate eos accepit, vt vel fetens
pectus mollire potuisset. In super cibo eos & po-
tu benignè recreauit & cucullam etiam cum sa-
nica tradidit. Hæc omnia cum eis summa chari-
tatis significatione præstitisset. Hæc, inquit, de mi-
nibus meis percipite; Meditato autem opere im-
pleto, potestis, quæ libet, per vos tollere. Scio
enim quodd necem mihi molimini. Interim hoc
me quæso beneficio afficite, vt corpusculum me-
um vita spoliatum, duabus hisce candelis hono-
retis accensis; vna ad caput, altera verò ad pedes
reposita.

*Strangula-
tur, fuste
primo per-
cussus.*

*Cotui latro-
nes prodit.*

His dictis Richardus pollutis manibus beatorum
virum medium comprehendit, maceratumque
ieiunijs corpusculum fortiter brachijs strinxit,
socioque minaciter innuit, vt virum sanctum fuste per-
cuteret. Qui cum diu eum feriendo circa latus &
suras debilitasset, alter segniciem increpans, ap-
prehensio furibundè fuste, magna vi ictum in ca-
put librauit, eoque vir sanctus corruens, conti-
nuò impiorum manibus strangulatus est. Cor-
pus eius in lectulo honestè satis collocarunt.
Tantus autem suauitatis odor cellulam complen-
uit, vt omnium aromatum fragrantiam vinceret
& cum nefarij celeriter ad sacellum currebant,
vt positas ex mandato eius candelas accenderent,
reuersi inuenerunt candelam accensam; & tantus
eos timor inuasit, vt nihil de rebus ad altaris of-
ficia pertinentibus contingere auderent. Vestes
verò & stramenta lectuli eius rapientes, festini-
in se pedes coniecerunt. Eis autem indè fugi-
entibus, corui, qui more solito ad famulum Dei
viuentem venire consueuerant, & annonam de
manibus eius accipere, quasi vindictam de scele-
re nefario expeterent, sequebantur latrones; &

perpetratum facinus capicibus eorum aduolantes, prodebant. Vnde maligni comprehensi tanta atrocitatis poenas incendio luerunt VValtherus autem Abbas postquam perpetratam eadem intellexit, corpus viri Dei ex eremo ad monasterium Angiæ derulit: ibidemque digno cum honore sepeliuit.

Crementas
latrones.

MARTYRIVM GLORIOSVM INVICTISSIMI abiete, S. Vincentij Leuite, natione Hispani, ex quo est à Metaphraste ac D. Leone fidelissimè conscriptum. Agonem compleuit anno Christi tricesimo tertio, Diocletiani & Maximiani Imperat. vigesimo, Marcellini verò Papa septimo.

Vide C. Bar.
Tom. 1. An.
nal.

DACIANVS è Græcia oriundus, natalibus fortè prænobilis, & pecuniæ simul locuples, sed exesa omni mansuetudine, immanè in sanguinem humanam efferatus, Imperatorum beneficio, ad tractanda Hispaniæ Prouinciæ Tarraconensis gubernacula assumptus fuit, qui illico immani crudelitate Christianam profissionem debacchatus est.

21. Ianuarij.

Dacianus
Hispaniæ
Præses afri-
cicæ.

Ex rempente episcopalem dignitatem eadem in ciuitate (quæ fertur Augusta) cum magna sanctitatis laude administrabat Valerius, cui pietate ac religione, generis nobilitate cūprimis clarus, Diaconus perpetuò assistebat Vincent. Hic quo erat fidei calore ac robore sanctitatis, cū tyranno in certamen descèdere nõ trepidauit. Itaque animo in Christi gloriam acriter inflamato, rabiè hostis atque in Christu fauientis insaniã interritus adij, modestus sustinuit, securus irritis, sciens pa-

Valerius Episcopus
Augustæ.

Eius Diaconus S. Vincentius.

Se iudicij
sistit.

ratus

Mittitur est
Episcopo
Valentiam
ad carceres.

ratus esse ut resisteret, nesciens elatus esse quod
ceret. Dacianus primo aspectu sibi persuaden-
tam robustum pectus leuibus expugnandum
esse tormentis, iussit Vincentium una cum Val-
rio Episcopo, multis oneratos iniurijs, Valenti-
duci: ibidemque diutino carceris squalore
grauiter vexari, ut plane confideret victos
manus duros. Sed cum post multum tempore
multis affectos incommodis sibi presentari
fisset, vidit eos, praeter omnem opinionem, in-
gris corporis viribus, vultibusque ad omnem
ritatem compositis, multo maiorem animi
nitiditatem constantiamque adferre. Unde
furore & amentia praecipit, ad carceris custodien-
tu, inquit, scelesti, quare istos cibo potuque recre-
sti, & in delicijs habuisti? Et unde tantam pulchri-
tudinem corporum, vultuumque splenderem con-
secuti sunt? Deinde vultu truculento, & voce mi-
narum plena: Valeri, inquit, qua animi audacia
tu per religionis speciem, Imperatorum manda-
ta contemnis? Valerius cum animo valde sedato
responderet, Vincentius sermonem excipiens
Curiam (inquit) o Pater, voce ita leni multum
Non ita decet, quin potius Christi potentiam ad-
inuicem implora, ut huius tyranni rabies voce
libera & cum auctoritate prolata refrenetur, ei-
usque contra sancta Christi mysteria ferocitas
comprimatur. Hic enim ille est serpens, qui ad-
uersus primi hominis gloriam, inuidia excitatus
se armauit. Hic ille est quem diuini nominis in-
uocatione, saepe ab humanis corporibus expul-
mus. Itane verum? Putane nos minis exterrere, &
suis ipse viribus Christi potentiam expugnare?
Accedat, omnesque pugnae suae machinas in me
commoueat, & intelligat eadem inuictam Chris-
tiano

Insignis es-
stantia, &
plane heroi-
cus animus
Vincentij.

stianorum virtutem esse; cruciatus, quoscumque
 scelerata mens excogitare potest, adhibeat, sen-
 tiantque suis nos supplicij non modò nõ frangen-
 dos: sed nouo etiam robore à Christo Domino do-
 nandos.

Hac libertate vocis incredibili furore agitatus
 Dacianus, Abducite (inquit) hinc Episcopum, &
 hominem istum inuictissimorum Imperatorũ
 leges profcindentem, in ligno suspendite, eiuf-
 que membra discerpite, ac totum corpus contun-
 dite, vt priusquam alijs cruciatibus affligatur, se
 laceratum consumptumque videat. Præsidis mã-
 dato dicto citius, à ministris crudelitatis obtem-
 peratum. Cumque multis horis in tenerum mar-
 tyris corpusculum sæuissent. Vincenti, inquit
 Dacianus, quid ais? Putasne illam tui pectoris for-
 titudinem concidisse? Sic sic illam vocis tuæ li-
 bertatem frenabimus. Tum Vincentius subri-
 dens inquit: hoc est quod toto animo expetebam.
 En vt ad sublimiora conscendo. En vt cœlestes
 res attingo. Tu igitur ne ab ista tua crudelitate
 desistas. Perge fortiter, ne quo modo gloriam
 meam imminuas, & damnum aliquod nostris lau-
 dibus afferas. En ego Christi seruus paratus sum
 omnia sustinere pro nomine eiusdem Domini
 mei Iesu Christi. Quibus autem minis & crucia-
 tibus me vexandum esse opinaris, illis tui pfe acer-
 bius vexaberis.

Hoc responso martyris, tam constanti & in-
 uicti. Præses vix sui, præ rabie, compos, in ipsos
 irruit carnifices; verberibus vindictam capiens:
 quod martyrem ad sacrilegam obedientiam non
 impulsissent. Athleta autem in ligno pendulus,
 sic ludicem affatus est: Quid ais Daciane? En pœ-
 nas

Cc nas

Daciani fu-
 ror in Vin-
 centium.

Laceratũ
 corpus S.
 Vincentij.

Irridet ty-
 rannum.

Iudex ees-
 dit carnifi-
 ces.

nas recipio ab ipsis meis carnificibus ac tortoribus: & tu ipsis mihi ultor existis.

His dictis Iudex magis magisque se cruciatum nunc minis terribilibus, nunc promissis & verbis blandis carnifices ad inferenda supplicia, & frangendam martyris constantiam excitabat. At illi exanimati laboribus, multoque perfusi sudore obriguerant: & manus ad inferenda supplicia dissolutas gerebant. Dacianus verò pallidus tremebundus furij, nullum iræ modum stare poterat rursusque incondito insanienti in carnisces clamore, Quidnam agitis inquit? Sæpe homicidarum sæuitiam à vobis prostratam cognoui, sæpè latronum ferocitatem manibus vestris expugnastis, & veneficorum arcana, in timore corde latentia, extraxistis, sæpè mortem ipsam irridentes, nondum illata morte, ingentis formidine perculistis, & istius debaccharum procacem linguam cohibere non poteratis.

Insania Iudicia.

Martyr redarguit tyrannum.

Ad hæc Hilari vultu subridens Vincentius Tunè (inquit) hominum omnium, crudelium me, me illum Deum negare cogis quem virtuosarum rerum opificem ac Saluatorem esse testor. Hunc ego verum Deum esse confiteor. Acquiritur merito cruciatibus afficiendus essem, si Imperatores vestros, falsaque numina, Deos dixissem. Nunc verò quia in Christi veri æternique Dei confessione persequor perge istam seuerè in me crudelitatem exercere, quo clarius Christi virtutem agnoscas: si tamen nefarius ille spiritus, qui te excitat, parumper recesserit.

Hæc inuicti robore martyre dicente, Iudex inops consilij amenti similis consistebat. Nam & carnifices verbera verberibus tanta

multiplicauerant, vt nihil in toto martyris corpore vltra laniandum restaret; Fortiorem vero martyrem faciebant tot tormenta. Itaque fugientem victorie spem frustra supplicij insequi te videns mutata prorsus ratione, viri iusti mentem, lenitate & misericordia, mira calliditate compassa, expugnare aggressus est.

Index martyri blanditur.

At Vincentius insidias magis, quam supplicij pertimescens, hoc responso blandicias submovit; Cruciatu tui, o Daciane, nullam mihi timoris causam adferre potuerunt; illa autem simulata misericordie verba, non mediocrem mihi terrorem incutiunt, quare missa ista facito, & omni suppliciorum genere decerta. Experite, num Christianorum vires Christi sanguine fundatae, vel frangi, vel debilitari possunt.

Martyr blandicias magis extimescit, quam tormenta.

Dacianus dedecus suum & ignominiam diutius non ferens, mortis sententia martyrem damnauit; vnde sceleratorum hominum penis excruciatu conlumeretur. Et statim cruce suffixum, membratim resum, excarnificarunt, dein a vinculis solutum, e ligno detraxerunt. Martyr autem Spiritus sancti ope adiutus seipsum a carnificibus abstraxit, & ad crucem, e qua deiectus fuerat, ipso etiam hoste terrefacto, resiliit, eamque arctissime amplexans: quid, inquit, tardiores facti a supplicij cessatis, quid certamina remittitis? Agite & totis viribus principis vestri crudelitatem exerceat.

Suspenditur in equuleo.

Eximia martyris fortitudo.

Hoc nouo spectaculo ad insaniam Dacianus excandescens, tota mente in nouis supplicij excogitandis desudabat. Aderant recentes flamma ferroque crudeliter armati tortores.

C c 2

Hc

Et alij quidem diuersis flagellis & ferreis vngibus carnem vellebant, alij ignitis virgis pedum flammis latera eius assidue comburebant; alij cum nihil in toto corpore inuenirent, quod torquendum restaret, ardentissimas prunas, furoris sui indices, in eum iaciebant.

**Carnifices
eruciando
defatigati.**

Erat visu horrendum corpus martyris, tanta affectum supplicij: sed mens, eximio ornata decore, tam horribili suppliciorum tempestate obscurari non poterat, inuicta triumphans. Itaque militaris cohors, constantia athletæ percussis retulit Daciano, martyrem, multiplici tormentorum copia egregie superata, clarissimum carnificibus victoriam consequutum esse, quod inquit, impone inferendis supplicij sine, ne decorem sempiterni notam contrahas. Tunc Dacianus animum vultumque in omnem partem versans: Heu, inquit, victi sumus; sed vnum adhuc restat, ut cum corpus nullis superare cruciatibus possimus, mentem animumque ipsi doloris stimulis configamus, quibus nullum adhiberi remedium potest.

**Includitur
in caretem
obscurissimum.**

Nec mora, locus horrenda tenebrarum caligine formidabilis exquiritur, eumque restis ex utraque parte acutissimis substernunt, martyremque includunt, ut & lucis & quietis beneficio destitutum aliquid de inuicta animi constantia remanere cogere. Stabat in hac acie toto corpore in quietus martyr; & ecce nocte concubia, custodibus alto sopore oppressis, Angelorum multitudo affuit, quæ nouo & insolito lumine tenebras illustrauit, & corpori, cum integro sanitatis beneficium pulchritudinem contulit. Custodes somno excitati, ingenti timore correpti sunt: estimabant enim martyrem fugisse; sed diuine ben-

**Visitatur ab
Angelis.**

beneficio & tenebras fugatas, & martyrem integram corporis sanitatem cum singulari decore comunctam affectum viderunt, ingenti stupore oppressi, Daciano cuncta retulerunt. Ille ignominiam nulla vnoquam temporis longinquitate delendam vehementer pertimescens, fraudibus

O Satanæ
versutiam.

occurrendum statuit. Nam Vincetium clarissimo Deibeneficio restitutum, ne in pœnis vincens gloriam martyrij obtineret, poni iussit in lecto, regio splendore ornato, cum summa lætitiæ significatione; scilicet ut si amoto paululùm carnificæ animam quietus exhalaret, diceretur nõ esse occisus sed mortuus. Sed diuina bonitas, quæ nefario semper sceleri resistit, cõsiliu ex fraude & mendacio conflatum dissoluit: martyremque ex corporis ergastulo ad coelestem gloriam quamprimum euocauit.

Moritur
fortissimus
Christi miles.

Dacianus ab omni victoriæ spe deiectus, vt sempiterna obliuione tam præclarum martyris certamen, cum sui nominis dedecore, inuolueret, caræ operam dedit. Corpus itaque feris & volucris in campo, cum valida custodum manu etiam exponi iussit.

Coruus tu-
tur corpus
exanime.

At verd cum magno volatu diuersæ volucres irruerent, Coruus atro colore, tanquam pulchra indutus veste luctum præferens, cunctas loco illo abigens, impigrè persequabatur. Sed & lupus repentino cursu prædam expetens, non tam corui persecutione, quam corporis sanctitate in fugam versus est; atque hoc modo martyris bene meritis tutus, vim omnem repulit.

Dacianus nouo percussus miraculo exclamauit: quid est hoc? Ergone & à mortuo ludibrium patiemur? Sed citò maris fluctibus eum obruite



ruite, ne viuens vidensque peream; Et ne quam præterea molestiam exhibeat, nostrisque conatibus insultet, saxi immanis pondere oneratum demergite. Vix effatus fuerat, cum Eumorphius quidam, omni scelerum impuritate contaminatus, hanc sibi prouinciam à iudice ultro depositens, collecta nautarum manu, sacrilegam sententiam executus est. Statimque, peracto scelere lætabundus, ad Dacianum recurrit, spe alii cuius præmij patrati facinoris, inescarus. Sed cum reliquæ per vastos & immanes mari fluctus, Dei beneficio, ad aridam redirent, Eumorphius, præter diras Conscientiæ furias, nihil.

Eumorphius iactat corpus in mare sed enata.

Apparet cuiusdam in somniis.

Gloriosus verò martyr, nocturna visione, spectatæ probitatis viro apprensus, eidem reliquiarum sepulturam piè commendauit. Qui, pulchro animo, minarum Præsidis plus æquo pauidus, odiosam in tam egregio pietatis officio moram traxit. Vnde martyr cuiusdam viduæ, eximie pietatis ac raræ fidei, idem officium injunxit; quæ metamorphanæ etiam moræ impatiens, sacras reliquias magnifico sumptuum apparatu, in templum intulit, quod deinde ab ipso martyre Vincentio, nomen retinuit.

Item cuiusdam viduæ, quæ Sac. eius reliquias sepulchrum mandauit.

VITA ET CERTAMEN B. ANASTASII

Vide C. Baro. in Nota. marty. Rô. & To s. Annal. Ecclæ.

Perse, ex eo quod est à Metaphraste editum. Passus est anno Domini 627. Heraclij Imperatoris 18. Honorij verò Papæ secundo, sub Cosrobæ Persarum rege.

22. Januarij.

VARIIS litterarum disciplinis excultus Anastasius, tertur oriündus è vico Rasunij, regio

regionis Pazech in Perfide, ubi parens eius, Baudicus opinione Magicæ scientiæ longè præstantissimus, publica artis eiusdem professione rem faciebat ac iuventutem ad omnem abditarum rerum cognitionem erudiebat. Porrò filius eius in disciplina Magica nulli secundus, iuuenilis robore exatis prouocatus, mox ad miliciam animum appulit: à rapinis & fordida præda semper alienus. Nam eodem illo tempore, cum inclita Saluatoris nostri trophæa, ea in regione, miro omnium præconio celebrarentur, ob partam, eorundem virtute, cõtra hostiles infidelium cuneos in bellis victoriam, Anastasius admiratione & amore captus, multa de ijs sciscitari, multa in intimum mentis sinum recondere. Tandem clario-
re diuini numinis cognitione illustratus, relicta protinus terrena militia, ardentiori animo ad spiritalem confugit. Venit primùm Hierapolim, ad Persam quendam aurifabrum, Christi facris non modò initiatum, sed disciplinis etiam celestibus sic satis imbutum: cuius familiaritas maximo illi ad omnem religionem ac pietatem adiumento fuit. Itaque acrioribus stimulatus igniculis, Hierosolymam profectus est; ubi non modò baptisma, sed & monasticæ vitæ institutum suscepit: picturis quibusdam ad mundi contemp-
tum inflammatus.

Cum enim in templo, egregijs martyrum certaminibus egregio artificio in tabulas depictis animum diutius pasceret, consideratione tantæ virtutis ad eò in Dei amorem exarsit, vt relictis omnibus, se totum ei deuoueret. Interim conspecta martyrum certamina mentè illius nocte die-
que tenaciter ad eò occupabãt, prorsus vt incredibili ardore ad similem gloriam aspiraret.

CC 4 Igitur

*Patria & Pa-
rentes eius.*

Fit miles.

*Relinquit
militiam
Christi
more.*

*Vide quid
faciant San-
ctorum ima-
gines.*

Visio eius
futuri mar-
tyrij.

Corripit
magos.
Capitur.

Vexatur in
edia.

Magnani-
mitas eius.

Igitur post multa suspiria, post preces & lacrymas, visus sibi nocte quadam, in somnis excelsum conscendere montem, in quo aureo quadam instructus poculo consistebat, eumque ad haustum benignè inuitabat. Ille verò alacriter ebibit: statimque è somno excitatus, visum mysterium intellexit. Nec mora: Primò diluculo in ecclesia ad magistri prostratus pedes, gratas egit gratias, pro instillato maioris pietatis succo; seque eius commendans precibus: celeriter fuga Diospolim transfugavit; inde Cæsaream Palestinae delatus in templo Deiparæ sacro, biduo in precibus perseveravit: nihil præter martyrii palmam flagitans. Post hæc loca sacratiora venerabundus perlustrans, venit in S. Euphemie, ubi in quosdam magicis occupatos præligijs inuectus est. Illi autem artis suæ contemptu vehementer commoti, eum in vincula coniecerunt. Ij erant Caballarij, opinione magicæ scientiæ apud Persas celebres, & quadam auctoritate pollentes. Qui triduana vexatum inedia Marzabana obtulerunt. Is Christianæ ignarus virtutis, constantiam eius seueriore vultu debilitare putabat; sed martyr intrepidus non vultu tantum, sed & verbis animi altitudinem declarabat. Tum Marzabanas defixa in eum oculorum acie. Tu, inquit, cuias es? Respondit athleta; verus sum Christianus Persa genere, ex regione Razech, vico autem Rasunni. Et quidem hactenus artis magicæ præstantia non infimus fui, & ipse Caballarius, ab errore, Christi Iesv beneficio, ad veritatem translatus. Marzabanas haud dubia victoriæ spe inflatus, muneribus & amplioribus multò magis promissis, martyrii constantiam tentavit. Cuius munera ac blâdicias

deestans Anastasius. oculis ad caelum sublatis ait; Abiit, o Rex Christe, ut tanto nomen sanctum tuum dedecore afficiam, & beatam confessionem falsam. Marzabanas, ut eum insigni aliqua ignominia notaret, Placetne (inquit) tibi hoc habitum, quoniam inductus es, in publicum procedere? Cui martyr, Quid ni placeat. Imo tanti ego hunc habitum, quam tu tuam dignitatem facis. Hoc responso ira commotus Marzabanas; Certè, inquit, tu non hominis, sed demonis verba loqueris, qui te suis vinculis constrictum tenet. Ego verò, respondit martyr, non demonis, sed Christi IESU summi & æterni Dei verba loquor. Cui Marzabanas; Quid ergo. Non times, ne hac ad Regem referantur, qui te diris exanimatum suppliciiis morti tradere poterit? Quomodo, inquit Anastasius, hominem timeam, in quem idem omnino interitus cadit. Nam est corpus superare potest, animam tamen nullum detrimentum inferre potest.

Hanc animi libertatem non ferens Marzabanas, eum ferreo vinculorum pondere oneratum ad saxa damnavit. Quod cum ille summa animi alacritate exequeretur, & vultu, atque ad eò re ipsa ostenderet, nullum sibi pro Christo laborem, nulla supplicia gravia esse, cognati & affines (quorum non minimus erat numerus) constantiam eius multis ludibrijs tentarunt: & summa contentione, ut eum à Christi confessione abduceret, laborarunt. At ille cum in pios eorum conatus contemneret, Marzabanas rursus ei minas intulit, & Regis saevitiam proposuit. Cumque eas maiore animi magnitudine, quam prius, despiceret, iratus vehementer iussit eum humi extensum tandem verberari, donec animo fractus succumberet. Ille autem cum carnicum manibus crudeliter

Damnatus ad saxa ferenda.

Affigitur à suis.

liter extensus verberaretur, & æquo imo lubent
animo ictus multiplices exciperet. Sinite, inquit
me; Neque enim opus est, vt tanquam relucen-

O insignem
Christi mar-
tyrem.

tem teneatis; sicut namque ceruus in medijs calo-
ribus siti confectus fontem desiderat, ita sane has
delicias & voluptates semper expetiui. Hoc tan-
tum à vobis enixè contendo, vt sacris me vestibus
exutum contundatis: ne venerandus monacho-
rum habitus probro affectus videatur. Hæc cum
dixisset, corpus suum flagris lacerandum præbuit,
tanta animi & corporis immobilitate, vt Dur ad-
miranda eius fortitudine victus, in carcerem eum
reduci mandaret, vbi inuictus agonista, æquius
grauiora seipsum accendebat certamina. Nulla
poterat eius constantia laboribus fatigari,
nullis supplicijs frangi. Interdium saxorum oneri-
bus fatigabatur, noctu vero teterrimo carcere co-
clusus, non somno defessa mēbra recreabat, sed
stando & orādo animū ad diuina promissa excita-
bat.

Eximia mar-
tyris virtus
infractusq;
animus.

Marzabanas igitur post alia multa, cum mina-
rum, tum blanditiarum certamina adhibita, cum
omnes suos conatus in nihilum recidere, & quod
indignissimè ferebat, suam dignitatē ea martyris
constantia in contemptum adduci cerneret. Ecce
inquit, iussus sum te ferreis constrictum vinculis
in Persidem ad Regem transmittere. Cui martyr,
Et quid opus est (inquit) vinculis me constringo-
re, qui etiam lætus sine vinculis eo abire, & graui-
ora excipere supplicia, pro Christi nomine, para-
tus sum: Marzabanas vltius non contēdendum
ratus, statim eum cum firma custodia in Persidem
ad Regem Chosroem transmisit. Rex cum multa
de eius virtute intellexisset, iussit eum suo con-
spectui

Mittitur in
Persidem ad
Regē Chos-
roem.

spectui offerri: quaesivitque qua de causa auitam religionem abiurasset. Cui martyr; Quia. inquit, o Rex. nihil praeter sceleratam daemionoru doctrinam contineu, qui non salutem, vt tu existimas: sed manifestum exitium & pestem sempiternam adferent.

Magistratus, qui Regem corona cingebat, cum hac audiret, multis eum blanditijs aggressus est; Quid agis, dicebant. o hominum omnium infelicissime, quae de dementiae inuaserunt, vt dira supplicia summis dignitatibus praeponas? Redi ad mentem. & te istis praestigiarij nexibus, quibus miserè victus teneris, absolue: ne suauissimam hanc vitam, cum crudelissima morte mutare cogaris. At ille nihil effoeminatum, nihil quod sit pusilli & abiecti animi, nihil quod sit indignum ijs, quae praecesserant, praese ferens, cum illa confecta & iucundissima morum simplicitate. Ne labores inquit, neque defatigeris Domine Praeses, Mihi enim qui sum mei Christi gratia confirmatus, non perluadebis vt à pietate deficiam. Fac ergo quaecunque vis, à nullo abstinens.

Tunc magistratus vinctum eum more Persico virgis crudeliter caedi iussit, & tibias eius, à viris quibusdam ætatis & roboris vigore praestantissimis, lignis intermedijs immaniter premi. Sed ille cum hac omnia animo maximo & excelso toleraret, rursus ab istis supplicijs in carcerem receptus est.

Non multum temporis intercesserat, cum rursus magistratus, velletne iussis regijs parere, eum interrogauit. Quibus martyr cū nihil se Christo & pietati praelaturum respondiisset, clavis est atrocissime verberatus; deinde relaxatus à vinculis quibus constrictus tenebatur, ex altera manu suspen-

Blanditur ei diabolus per suos ministros,

Premuntur eius tibiz horrendum in modum.

Atrox supplicium.

416 VITA ET MARTY. S. ANASTASII
suspensus est, lapide grauiissimi ponderis ex al-
tero pede corpusculi compagem dissoluere. Cum
sic duabus horis tortus, & membra à suis iunctu-
ris diuisa essent, & ipse nihilominus in Christi
confessione exultaret, magistratus tam inuidia
nisi admiratione perculsus, eo relicto, ad Regem
abiit, consuluitque ne ulterius in Anastasio supe-
rando periculum faceret, ne quod futurum dice-
bant, imperij magnitudo ab vnus viri constantia
sperata atque superata videretur.

Multi mar-
tyres suffo-
cantur.

Igitur omni superandi martyris spe penitus re-
missa. Rex quinto post decimo die destinavit mi-
nistros suæ crudelitatis, vt non modo sanctum
hunc, verum etiam alios omnes, Christi nomine
in vinculis detentos, mortis supplicio afficerent.
Fuerunt tunc non pauciores quam septuaginta
funes incollum iniecto suffocati & in flumine
submersi, eo ordine & modo, vt singuli alijs sua
internecione formidine incuterent. Sed vir san-
ctus animum illis diuino sermone addebat, &
sublatis subindè ad coelum oculis, immensas crea-
tori gratias agebat, quod martyrij gloria dignus
inueniretur. Deinde quoque conuersus ad carni-
fices: Optabam ego inquit, pro nomine Domini
mei Iesu Christi, non vulgari aliquo supplicio
vitam profunderè, sed vel membratim conscindi,
vel noua aliqua & inaudita morte certamen fini-
re. Sed quia ipsi visum est, hunc martyrij honorè
nobis sine magno aliquo labore cõferre, est quod
illi immortales gratias agamus. Hæc cum dixisset
cum reliquis est consummatus.

Habet Me-
logium Græ-
corum teste
Baron. Eum
Securi per-
cussum esse,
laqueo pri-
us ipsius col-
lo ita astri-
cto, vt respi-
randi facultatem non
haberet.

Carnifices autem, vt aliquod crudelitatis suæ
præmium consequerentur, sacrum caput ampu-
tarunt, & Regi gratum munus obtulerunt. Porro
corpus fuit ingenti pecuniæ summa redemptum,
& à

& à filijs Iesdin, debito cum honore, in loco separato sepultum. Nono autem (à peracto certaminis cursu anno) sacrae reliquiae in Urbem Romam translatae sunt.

Truncatur capite post consumationem.

GLORIOSVM CERTAMEN S. CLEMENSIS Episcopi Ancyran ex eo quod prolixè ac sine intermissione à Metaphrasie est editum; Quod tandem cum annis 28. continuis vexationibus, ob Christi fidem à Gentilibus esset agitatus inuictò animo completit, sub Dioclet. & Maximiano Imppp. circa annum Domini

Vide C. Barro. in Nota. Marty. Rô.,

303.

Dventesimo quinquagesimo à natiuitate saluatoris anno, ab imperio verò Valeriani duodecimo, Clemens Ancyrae Galatarum provinciae, oliua in domo Dei prodijt fructifera. Erat ei parens insano simulachrorum cultui deditus, & à Christiana pietate omnino abhorrens. Mater claro, æquè vt maritus, stemmate progenera, generis dignitatem nobilitate morum ac vitæ sanctimonia insuper illustrabat. Erat ei nomen Sophia. quæ ab utroque parente fidem Christianam, ac omnem pietatem edocta, nihil non faciebat, vt maritum ab impuro dæmonum obsequio ad Christi obedientiam traduceret. Sed ille pertinax errorum impietatisque defensor, occulto Dei iudicio, in suo scelere periit; vt antea cultrata post dæmonum perpetua habitatione sociatus fuisset.

23. Ianuarij. Patria & parentes S. Clementis.

Pater mortitur in gentilitatis errore.

Mater autem orba marito, omnem suam curam & cogitationes omnes in filium transtulit, magna animo concepta fiducia, eum quandoque veram in ecclesia Dei palmitem futurum, quæ vitalem

lem pietatis succum in alios pariter transfundet. Itaque denexa iam ferè ætate matrona, cum ad patriam cælestem avidius aspiraret, huiusmodi fertur filium monitis ad omnia religionis & pietatis officia excitasse.

Matris ad filiã oratio.

Fili mi, charissime fili, qui prius orbitatem quam parentem nouisti, quique diuino fidei munere à Deo locupletatus ipsa orbitate ad felicitatem usus es, ego te quidem in hunc mundum produxi corpore: Christus autem regenerauit spiritu. cognosce quæso tuum patrem Deum omnipotentem, qui te vnigeniti sui Christi Iesu sanguine redemit, & de morte ad vitam transtulit. Ne te quæso, in perituris opibus & vana huius mundi gloria felicitatem vnquam constituas, sed in vno Christo Iesu Domino nostro, qui solus veram nobis salutem & immortalitatem largiri potest. His dictis paululum conticuit, & mox vberimis suffusa lachrymis Fili, inquit, hanc vnã à te pro omnibus, quos sedula in tui educatione impendi labores, reposco gratiam, vt conceptos pietatis igniculos sine vlla intermissione studiosè nutrias & te ipsum animo maximo ad virtutem incites. ne sæua persecutionis tempestas, quæ imminet, te imparatum inueniat, vel parum cautum à fidei constantia transuersum abripiat, & in imum demergat. Magna, fili mi, aduersus Christi fideles pcella tonabit, & multos, sæuissimis suppliciorum fluctibus inuoluet. Quarè præbe te virum, fili mi, & ad extremum vitæ spiritum pro Christi nomine constantissimè certa. Non enim aduersus hostes contemnendos, neque de rebus leuibus est de certatio. Sed sunt aduersarij maligni & infernales dæmones, illorumque ministri & satellites agitur autem non de mortali & fluxa gloria, sed de

Vita eterna, & honore cælesti: aut rursus de dedecore & supplicio nulla vnquã temporis longinquitate finiendo.

Hæc mater pio filio, & prudentia cano, quotidie inculcabat, & omnia illius membra interdum deosculabatur dicens; Vna mulier Hebræa aliquando septem perduxit martyres, & in corporibus singulorum decertauit. Tu autem ô fili mi, ve solus mihi sufficiens es ad gloriã & beatitudinem per te de hostibus triumphum agam. Cùm autem pia mater tẽpus adesse intelligeret quo carnis ergastulo soluenda erat, eadẽ repetere non defuit, & hanc à filio vnica cû lachrymis in vltimo complexo gratiã precabatur, vt vellet certaminis tempore declarare, quantum apud illũ piæ matris adhortationes pondus habuissent. Nec ille se de genere præbuit, sed mox vt matri iusta splendide acque magnifice persoluit, vitã suscepit monasticã, & animũ assiduis diuinarũ rerũ meditationibus ad omne virtutis & futuri certaminis exercitatioẽ exacuit. Cùmq; ætate iunior (annũ. n. agebat decimũ plus minus tertium) in incautos huius mundi scopulos impingere facile potuisset, raræ fidei ac pietatis matrona quædam, & ipsa Sophia dicta, genere & diuitijs præstans, haud inuicũ in filium adoptauit, studio & educatione, matris p omnia ingenii moresq; consecretans. Eodẽ tẽpore dira famas Galatiam inuasit, & omnib. similiter, tam hominib. q̃ iumentis, exitium, cû multis & valde miserandis calamitatibus coniunctũ attulit. Gentilium infantes orbatim parẽtib. per omnes vias dispersi iacebant, & lugubri valde eiulatu aera complēbant, nec erat, propter extremam rerũ omnium inopiam, qui miseris misericordiam tribueret. Clemens igitur hanc sibi prouinciã à Sophia poposcit

2. Machab. 7.

Clemens vitam suscepit monasticam

Fames in Galatia.

Clementis
in signis cha-
ritas in pro-
ximos.

poposcit, ut liceret sibi miseros illos fidelis Sa-
phix pecunijs recreare, & cibo potuque ab immi-
nenti mortis periculo eripere. Præstitit hoc ado-
lescens tanta pietatis charitatisque significatione,
ut plurimi tam excellenti Christiani hominis ob-
ficio & exemplo moti, è tenebris ad lucem trans-
fuerent: & sese Clementi in disciplinam traderent
à quo tam admirabilem, procedente tempore, be-
dei constantiam hauserunt, ut pro eadem sangui-
nem suum profundere non dubitauerint.

Fuit presby-
ter.

Porro Clemens cum tanto iam virtutum om-
nium splendore fulgeret, ut aliorum etiam tene-
bras fugaret, communi omnium suffragio & ten-
tètia, qui erant in Galatia, ad presbyterij gradum
vocatus est; quem ut biennio admiranda virtutum
opinionè administravit, anno ætatis suæ vige-
simo Episcopalem cathedram ascendere coactus
fuit. Qui licet iuuenis esset, cana tamen prudentia,
seque suosque in via salutis præclare dirigebat.
Et primo quidem orphanorum curam suscepit,
quos optimis sanctissimisque disciplinis affec-
tuè imbuebat, tanta fide & diligentia, ut parentes
ei suos filios, simili pietatis ratione imbuedos,
certatim traderent. Erat enim vir sanctus summa
lenitate & amabili morum suavitate præditus, &
qui mentem suam sacris literis die noctuque pal-
cebat. Alimentum corporis, sola ei legumina præ-
stabant. Ab animatis enim omnino abstinere so-
lebat. Memor illorum trium puerorum: quorum cor-
pora cum ieiunium acuisset, effecit, ut à flamma
vitiatorum, & ab igne fornacis expugnari non po-
tuerint.

Anno æta-
tis suæ vige-
simo fit epi-
scopus.

Cibus eius

Daniel. 3.

Diocleria-
nus fit imp.

His egregijs virtutum omnium studijs cum ad-
modum iam clarus euassisset Clemens, Diocleti-
anus ad Romanum euehitur Imperium stabilite-
tem re-

tem regie dignitatis precipua in omnes fideles
 crudelitate medicans. Existimabat enim Christia-
 nos Imperij hostes esse, quibus internecione dele-
 tis, stabilem sibi securitatem promittebat. Itaque
 Domitianus, qui in partibus Galatiæ Vicarij ge-
 rebat magistratum, cum multa de Clemente ad-
 miratione digna audiuisset, & quomodo ingentē
 multitudinem Gentilium ad Christi fidem à cul-
 tadeorum traduxisset, iussit eum suis conspectib.
 presentari. Quem iudex ut vidit vultu & specie
 accomodam liberali præditum, profectū, inquit,
 ego quæ de te aliorum relatu intellexi, à veritate
 penitus abhorere existimo. Quomodo enim per-
 suasum mihi habere possum, te hominem prudē-
 tem & ingenuum, mente furibundā in pestem &
 exitum ruere velle? Nosti enim omnes, qui Im-
 peratoris edicto parere recusant, acerbissimo
 mortis supplicio adiudicatos esse. Martyr autem,
 cum facile quorsum illa verba spectarent, intel-
 ligeret, leniter subridens: Missum, inquit, facito
 sermonem istum, & scias ita me animo & mente
 constitutum esse, ut ego summam prudentiam in
 eo reponam, atrocissima quæque pro Christi no-
 mine supplicia excipere.

Domitianus hoc responso commotus, latera
 eius continuo laniari iussit, tanta sæuitia, ut costæ
 cumibus nudatæ miserandum valde spectaculum
 præberent. Cumq; defessis lictoribus recentes suc-
 cederent, & summa contentione in eo laborarēt,
 ut inuictum martyris robur frangerent, ille ani-
 mo imperterrito stetit, & impij iudicis conatus
 generoso vultu, derisit. At ille partim admiratus
 martyris constantiam, partim pudore affectus de-
 positum de ligno (eo namq; in altum sublatus
 erat) andis cœpit pollicitationibus demulcere;

D d & ro-

Diocleris-
nus sit imp.

Clemens
præsentatur
Domitiano

Preclara
martyris
vox.

Dirè cruciã
tur martyr.

& rogare, ne vellet in re vana egregiam animi fortitudinem, inani quodam tumore, ostentare. Ad immaturam crudelemque sibi mortem inferri. Adhuc martyr; Nequaquam hæc mors immatura aut crudelis videri debet, quæ animæ mihi immortalitatem præstabit. Quare cum scias, quoniam sit mihi sententia, noli verbis & minis mecum certare, sed tibi ad opus perducatur sententia, & à nulla re abstineas, quæ sit aspera & difficilis.

Admiranda
martyris for-
titudo &
prudentia.

Domitianus
desperat se
tantam marty-
ris fortitudi-
nem suppli-
cij vincere
posse.

Imperator
blanditijs
eum à fide
auertere ni-
titur.

Minister-
mentorum
eum te. rere
nitur.

Domitianus hoc responso intelligens, nullam superesse spem consequendæ de martyre victoriam, genas eius & os fustibus contundi iussit, ne tantam dicendi libertatem impunitam reliquere videretur. Deinde, datis ad Diocletianum litteris, Romam eum transmisit, & accuratè quantis supplicij eum fatigasset, exposuit. Imperator autem ut primum alacrem & generosum martyris vultum aspexit, admiratione quadam diu detentus. Tunc es, inquit, celebris ille Clemens, cuius animi magnitudo nulla suppliciorum atrocitate frangi potest? Age virorum fortissime, laudo generositatem, animique magnitudinem, sed quoniam animo parum prudenti in re vana eam fortitudinem exhibere voluisti, nunc tandem, mutata ratione, debitum dijs nostris honorem defero, ut tu quoque per omnia Imperij nostri loca honoribus afficiaris. Hæc cum diceret, ingentem auri vim ei proposuit, & vestes regias, omniaque, quæ ad huius mundi honorem & luxum facerent, in medium attulit, ut ijs lenocinijs martyrem in perniciem traheret. At ille subridens, ne suo quidem aspectu eas dignatus est. Tum Imperator ira commotus, varia tormentorum instrumenta, manus ferreas, grabatos, rotas & pectines, craticulas, lebetes, obelisks

obeliscos, sartagine, graues catenas, & alia multa spectaculo sanè terribilia, adduci iussit, & ait: Quandoquidem re nostra clementia ad mentem reducere non potest, hæc certè d. Clemens, animi tui perinaciam expugnabunt.

Martyr autem sublatis primum ad cælum oculis. Imperator, inquit, Si hæc tua dona, quæ mihi proponis, tanti faciendi esse existimas, quanti tantem ea esse putas, quæ solius Dei sunt, & suo splendore & magnificentia omnem humanæ mentis intelligentiam vincunt? Et si rursus tua supplicia, quæ ad horam sunt, ad eò formidanda putas, quomodo non multò magis ea, quæ omnibus improbis, à iustissimo iudice Deo in omni seculorum æternitate constituta sunt, expauescis

Præclata martyris atque gemetatio.

Imperator tantæ virtutis impatiens rotæ cum alligari, & virgis concidi iussit crudelissimè. Ad eò in eum tunc factum est, ut, contritis ossibus, horribilis rotæ stridor circumstantes etiam perterret. Cumque in istis tormentis animam efflare putaretur, martyr tota mente ad Christum conuersus, Domine Iesu Christe inquit, leua me hoc pondere supplicij, ad nominis tui gloriam multò clarius illustrandam, & ad maiorem inimicorum tuorum dedecus & ignominiam. Hæc cum oraret, machina illa protinus dissoluta est, & multi Romanorum, qui crudeli intererant spectaculo, sublatis vnanimitè vocibus, Magnus est Deus Christianorum, exclamarunt. Clemens verò immensas omnipotenti Deo gratias egit.

Dirissimè torquetur.

Machina tormenti ad preces martyris soluitur.

Hæc cum Diocletiani animum acrius inflammarent, videretque martyrem cum summo gaudio & exultatione diuinam benignitatem collaudantem, iussit sacrum illud os ferreis stylis contundi

D d a

Rursus dicitur
eruciat.

Ad carcerē
reducitur.

Multi ad
Christi fidē
conuertun-
tur & necan-
tur.

Rursus Im-
perator blā-
ditur Marty-
ri & postea
ad cruciatum
conuertitur

Ecce quanta
spes marty-
ris in Chri-
stum.

tundi ac confringi. Exculsis itaque dentibus, & maxillis dissolutis, martyr tamen in confessione & laude Christi immobilis persistit: & voce maxima, non sine ingenti omnium admiratione omnibus Christi virtutem & veritatem predicavit. Igitur Imperator admiranda martyris fortitudinem victus, dedecus suum non ferens, iussit eum ad carcerem reduci. Interam multum qui rotam miraculo sedem receperant, nocte ad eum venerunt, ut veteris vitæ delicta sacro baptisate expiant. Fuit non paruum horum numerus, qui datis Christo nominibus, viuificis corporis & sanguinis eiusdem mysterijs contra tyranni rabiem firmuerunt, solido sanæ fidei fructu & magno Clementis gaudio; nam ea res, ut dissipato rumore, ad Imperatoris deuenit aures, ille iræ plenus atque furoris immissa in eos militum manu omnes ad unum comprehendi iussit & trucidari.

Deinde cum admiranda illa Clementis virtutis eius oculis assiduo obuerfaretur, rursus eum blanditijs est aggressus, ut tam egregiam animi magnitudinem ad nominis sui gloriam illustrandam conseruaret. Sed cum vidisset sibi rem esse cum homine cordato, fictam iterum personam abiecit, & martyrem crudeliter in ligno extensum, ferreis iussit ungulis discerpi: donec vel intinctum illud animi robur frangeretur, vel certe in illis supplicijs vitam amitteret. Ac Christi athleta, cum ossa iam suis essent carnibus nudata, An tu putas inquit, victum me & superatum esse? Ignoras quod Christus alia me carne vestire potest, qui priorem, propter nominis eius gloriam libenter exui? Neque enim lutum defuerit in gulo.

Cum hæc dixisset, Diocletianus ignitas facies
later-

lateribus eius applicari iussit; sed cum hæc essent
 tanquam lux, quæ vim ignis non haberet: Profe-
 cto, inquit Diocletianus, nunquam ego hominem
 tam magno & excelso animo præditum vidi. His
 dictis ipse omni victoriæ exutus, Nicomediam eum
 ad Maximianum transmisit, ut si à sententia vel
 blanditijs vel supplicijs amouere non posset, be-
 lius traderet, vel acerbissimis tormentis è medio
 tolleretur.

Nicomedijs
 mittitur.

Fuit continuè martyr ad nauem cum multis
 suorū lacrymis deductus, Interea Romanus
 quidam, Agathangelus nomine, (qui cum reli-
 quis antea in carcere Christo nomē dederat, & in-
 certum qua ratione martyrij palmam tunc cum
 alijs consequutus non fuerat) martyri se eadem
 in nauē sociavit, ut cum eo præclarum pro nomi-
 ne Christi certamen subiret. Cum autem diu no-
 tæque preces multiplicarent, & omni corporali
 cibo destituti essent, fuit eis cælicus alimentum,
 panis inquam angelorum præstitus, donec pro-
 spero cursu Nicomediam appulissent.

Clementi
 Romæ abe-
 nti Aga-
 thangelus se
 adiungit.

Quo mox ut ventum est, deducti sunt ad Maxi-
 mianum, qui cum lectis literis admirandam Cle-
 mentis fortitudinem intellexisset, & primo aspe-
 ctu, ex ipso vultu animi generositatem coniecisset,
 noluit eum suis quæstionibus subdere, belli-
 cas videlicet occupationes causatus, ne summam
 prudentiæ laudem, qua in iudicandis causis pluri-
 mum eum valere opinio erat, obscuraret: & ex
 martyris constantia, pro laude, insigne sibi dede-
 cus compararet.

Igitur eum præfecto Agrippino commisit; Aga-
 thangelus autem nequaquam se ab eo separari
 passus est. Vterque itaque de nomine & conditio-
 nis qualitate interrogatus, cum se intrepidè Christi
 seruos



Martyres
crudelissima
verberatur.

seruos esse respondissent, & paratos pro eius no-
mine atrocissima quæque supplicia subire, pri-
mum eos bouum neruis crudelissimè verberari iu-
sit: sed cum leuiores ea tormenta esse cerneret,
quam ut eorum virtutem frangere possent, eos
carceribus mancipauit, ut altera die exquisitis
supplicijs fatigaret. In carcere autem conti-
tutis Angeli protinùs adfuere, qui eos ad martyrii
palmam inuictis animis percipiendam hortati
sunt. Aderat vincti alij non pauci, qui visa Angelo-
rù præsentia, ita animis comoti sunt, ut sese humi-
liter ad Clementis pedes abijcerent. & obis ro-
garēt, ne vellent eos propter antea actæ vitæ scelerata
despicere: vel à Christi gratia excludere. Iam enim
dicebant: certo certius cognoscimus; non esse ali-
in cælo & in terra præter vnū Christianorù Deū.

Vincti carce-
ceris ad
Christū con-
uertuntur.

Suscipit eos benigne Clemens, & sacro baptisma-
te expiatis numero fidelium aggregauit; & quia
forassis adhuc imbecilliores ad decertandū pro
Christi gloria erant, sola oratione, carceris ianuam
eis referauit: & lætus lætos à se dimisit, ipse
aut solus cum Agathangelo in custodia remansit.

Obiicitur
bestijs.

Hæc Agrippinum tanto furore commouerunt,
ut instar leonis rugiens confestim eos in theatra
abriperet, & feris atque leonibus obijceret. Qui
posita omni feritate, non secus quam canes
suis Dominis, martyribus blanditi sunt. A-
grippinus hæc videns ab impotenti mentis furore

Horrendi
eruciat.

victus iussit candentes subulas per medios veru-
que manus digitos, ad ipsas vsque vlnas infigi. Po-
pulus hoc spectaculo vehementer commouens,
non tulit eam crudelitatem; sed ingenti clamore
sublato martyres liberari postulauit. Agrippinus
autem acriore succensus furore, iussit alias infu-
per subulas, sub eorum axillis ad humeros vsque
trans-

socium: gaudere verò quod tandem tam multis do-
 functi periculis, patrio solo, & ciuitati, quæ Cle-
 mentem genuerat, redditi essent: ideoq; & ciuita-
 ti, & sibi, qui eos tam benignè susciperet, gratia
 monebat agendas, & dijs de more sacrificandum.
 Sed Clemens cum ne ad aures quidem suas istius-
 modi sermonis blanditias admittere dignaretur,
 & se nulla re magis quam periculis & suppli-
 cijs pro Christo toleratis delectari testaretur. Cu-
 ricus grauitè efferatus, Bene, inquit se habes, si
 cruciatibus delectaris, ego liberaliter & magnifi-
 cè tuo desiderio faciam satis. His dictis statim ca-
 dentes laminas Clementis axillis subiici, & Aga-
 thangelum sublimem à lictoribus sustolli, ac pro-
 strendò latera & tibias vtriusque crudeliter cedi-
 iussit. Clemens autem cuncta contemnens illud
 Pauli, Duci respondiisse fertur; Quàm externus
 homo noster corrumpitur, tantum internus reuo-
 uatur. Dux itaq; summam illius tollerantiã iu-
 mis supplicijs superare contendens, ferream gale-
 am vehementer ignitam sacro martyris capiti im-
 posuit; ita vt fumus per os, per nares, per aures va-
 poraret. Eo tormento Christi martyr profundè
 ingemuit, & oculis ad cælum sublatis. O aqua, in-
 inquit, viua, imber nostræ salutis, ipse tuum mihi
 rorem instilla. Nos quidem prius ex aqua eduxi-
 sti, & nunc ex igne educ in refrigerium, dum hæc
 precaretur paulatim frigida euasit machina, &
 qui inferèdis Agathangelo supplicijs occupaban-
 tur, defessi sunt. Dum hæc videret, timore pariter
 & admiratione correptus, iussit sanctos, inopa-
 consilij, in carcerem, prætextu quodam mis-
 ricordix abduci. Inde vero ad Amesenorum
 ciuitatem à militibus ad Domitium deducti sunt
 qui cæteris Iudicibus truculentior, in cisternam
 calce

Rursus cru-
 delissimè
 torquetur.

1. Corinth.

O immani-
 tatem.

In carcerem
 mittuntur.

calce viua scarurientē demisit. & ne quo Christiano
 auxilio ab alijs supplicijs liberaretur, duos
 milites fortissimo robore custodes adhibuit. Sed
 cū illi totam diē nullo malo affecti, diuinā virtu-
 tem bonitatemq; miris laudib. extulissent; vespere
 lux cœlitus demissa, eos circumfulsit. Qua visa
 milites alacriter in calcē insilire seq; Christianoq;
 militiæ deinceps consortes esse velle constanter
 testati sunt. Prima luce vicarius, qui eos iam pla-
 ne consumptos credebat, accessit, atque vt illa-
 scum militibus in laudibus Christi exultantes of-
 fuscis, milites quidem (quorum nomina erant
 Psepho & Eucarpus) cruci affixit: Clementem ve-
 ro & Agathangelum, post varia supplicia, in gra-
 batos ferreos igne copioso accensos deposuit: &
 ne quid ad supplicij atrocitatem deesse videretur,
 oleum & ignem & picem & sulphur intudit. Flā-
 ma autem & fumus tantam caliginem omnium
 oculis offudit, vt aspectum penitus adimeret. In-
 terea martyres suavissimo somno correpti, dolo-
 ris omnis expertes manserunt, & quasi in herba
 molli & odorifera quiescentes, Christum Agono-
 thetam suum venientem conspexerunt, qui eos
 forti & inuictō animo esse iussit.

Mitruntur
 in cisternā
 calce plena

Psepho &
 Eucarpus
 martyres.

Vide crucia-
 tus inaudi-
 tos.

Christus ois
 apparet.

Ardentissi-
 mum paciē-
 di desiderii
 in Clemēte.

Domitius cū eos, præter opinionem, tam sa-
 uignis tormenta superasse vidisset, intellexit tā-
 dem se oleum & operam perdere; quare eos ad
 Maximianum, qui tunc ex Tarso Ancyram reuer-
 tebatur, remisit. Clemens autem tanto patiēdi
 propter Christum desiderio flagrabat, vt vitam o-
 mnem in supplicijs traducere, & membra sua quo-
 tidie Christo sacrificare cuperet. Hoc enim quoti-
 dianum erat orationis ipsius exercitium, hoc tam
 ardenti desiderio flagitabat, vt vox cœlitus auri-
 bus illius insonuisse feratur, quæ eum non modò

De 5 voti

430 CERTAMEN S. CLEMENTIS
voti compotem futurum, sed totos viginti octo
annos in varijs martyrij certaminibus exacturum
denunciavit. Quo promissionis pignore è cœli
accepto, fidenter ad Ancyranorum ciuitatem veni-
cum Agathangelo rursus accessit, cupiditate glo-
riz cœlestis iam incredibiliter accensus. Milites
autem spe præmij alicuius & vanæ gloriolæ cu-
piditate pariter inescati, martyres omni festina-
tione ad Imperatorem, qui Tarsis Ciliciæ tunc
versabatur, perduxerunt.

*Idem habet
Nicephor.
Eccles. hist.
lib. 7. ca. 14.*

*Instantur in
fornacē sed
nihil laedi-
qur.*

*Quatuor an-
nis sunt in
carcere.*

Tum Imperator nullum non mouere lapi-
dem cœpit, vt eos à fide Christi in suam sententi-
abduceret. Et primum quidem postquam multis
blanditijs, promissis, atque muneribus frustra ce-
tatum esset, ad supplicia rursus ventum est. Fuit
continud fornax aspectu horribilis accensa, quæ
sua magnitudine & sœuitia, illam Chaldeorum
longè superabat. In eam cum martyres sancti in-
iecti essent, cœlesti protinus rore perfusi totam
noctem & diem in diuinis laudibus læti traduxe-
runt: Fumus verò & flamma suauissimum odo-
rem in oras longinquas disperferunt. Eius rei
certior factus Maximianus admirans accurrit: at-
que vt sanctos incolumes sublaris in cœlum ma-
nibus Deum benedictes cōspexit, summa con-
siliij inopia implicatus, raptim eos indè in carce-
rem abripuit, ac quadrennali squalore condem-
nauit. Sperabat enim fore, vt quam atrocia tor-
menta animi magnitudineta superare non value-
rant, diuturni squalores tandem aliquando fran-
gerent. Sed hanc quoque calamitatem, vt cætera
omnia, spes futurorum facilem eis reddidit, & ar-
dens Christi desiderium effecit, vt carcerem non
secus ac magnificas ædes & regium palatium ha-
bitarent. Quamuis enim corpore essent in loco
tetri

trico, mente tamen in caelis versabantur, & inter Angelorum agmina assidue Deo laudes concinebant.

Exacto autem praescripto tempore, Maximianus concilium ordinum indixit, ut quid tandem de martyribus istis fieret, communi omnium sententia decerneretur. Erat inter eos sacerdos quidam nefandus, qui cum persuadendi facultate multum valeret, tum vero impietate atque in inferendis supplicijs tantum poterat, ut multos ijs rationibus a fidei constantia in pestem & exitium pertraxerit. Huic omnes statuunt martyres istos

Impiissimum sacerdoti demonum traduntur.

esse committendos, ut si non posset dicendi facultate, gravitate suppliciorum a constantia deijceret, vel certe internecone crudelissima deleret.

Fuit diu verbis cœratum, diutius autem supplicijs sumtum, donec martyres præclara de tyrannide victoria potiti, ad carcerem redire coacti sunt.

Porro dux quidam, qui apud Imperatorem auctoritate pollebat, Maximus nomine, cum multa de admiranda martyrum fortitudine & constantia

audivisset, turbine quodam vehementis iræ commotus, poposcit ab Imperatore, ut sibi suæque potestati martyres traderentur, asserens se eos Imperatorum legibus subditurum, vel tanta crudelitate suppliciorum fatigaturum, quod cæteri timore percussis nullo negotio Christi religionem desererent.

Octavo carnifici martyres traduntur.

Hic erat carnifex eorum octavius qui in martyrum constantia fatiganda, nequicquam delinquerant.

Hic igitur primum per blanditias, fraudes machinari, & per summam simulationem pietatis, insidias eis struere. Sed cum ijs Sirenarum vocibus martyres assueti, in fraudem pelli non possent, aperto eos Marte aggredi. Primo

furo

Atrocissimè
cruciantur.

furoris impetu obeliscos extrema parte acutos in
terram defixit, quos super resupinatum antilli-
tem lignis crassissimis vehementissimè contudit.
Agathangelum autem liquefacto plumbo perfu-
sum non minori cruciatu affecit. Sed cum marty-
res hæc omnia, eadem qua prius constantia supe-
rarent, & inter tā horrenda supplicia arcano quo-
dam Dei consilio vitam retinerent, Maximus mi-
serabilem obstupefactus, spem superandi eos abijci-
ens in carcerem reduci iussit, ut ibidem omni so-
lacio destituti vitam finirent.

Reducuntur
ad carceres.

Nonus eis
accidit ty-
rannus.

Erat tunc Persa quidam Aphrodisius nomine,
qui multa sæpè tormentorum genera aduersus
Christianos excogitauerat; qui ut nouā aliquam
apud Imperatorem gratiam iniret, martyres sibi
tradi postulauit, confirmans se viam modumque
inuenisse, quo eorum inuictam fortitudinē ster-
neret; & legibus Imperatoris seruire cogeret.
Concessa igitur sibi ab Imperatore potestate, do-
num eos secum adduxit, & coena opiparè instru-
cta excepit; credens ijs se rebus & verborum le-
nocinijs inuictos martyres molliturum. At post-
quam didicit eos terrenas epulas respuere, & so-
lis delectari coelestibus, vehementer commotus
è suo conspectu submotus in custodiam tradidit.
Postridie autem duobus immensi pondere lapidi-
bus alligatos cum summa ignominia, ut ille qui-
dem existimabat, per mediam ciuitatem deduxit.

Ethnici mul-
ti fidem am-
plectuntur.

Sed cum hoc modo ducerentur, accidit ut non mi-
nima populi multitudo, eorum confessione, & in-
uicta animi virtute permota, ad Christum transi-
ret, & inanes illos Deos, nullaque virtute pradi-
tos clamaret, qui mortalem ynum hominem su-
perare non possent. Maximianus his auditis ex-
tremo pudore suffusus, perpetui eos carceris dam-
nauit.

Damnantur
ad perpetuū
carcerem.

navit, ne tanta eorum virtus atque constantia, cū præleoni Imperatoris dedecore, mortalium conspectui deinceps appareret. Post diuturnas autem macerationes squaloresque, accidit, ut Maximinus Maximiani in imperio successor, vtrumque educeret, & Ancyrum ad Præsidem Lucium destinaret. Qui immani crudelitate vir, Agathangelus à Clemente abducto, ignitas per aures iniecit fibulas, lateribusque ardentibus facibus crudeliter erullis, postremo caput gladio amputavit. Atque hic quidem Agathangeli finis, qui martyri gloria inclytus, quinto Novembris angelorum choris sociatus est. Funus fuit à Sophia martyrum amantissima honorificè curatum; inque profundissimum sarcophagum illatum.

Porro B. Clemens, qui ferro victus in carcere adhuc detinebatur, centum quinquaginta plagis quotidie affliciebatur, ita ut sanguinis rivus per terram decurrerent. Sed nec in hoc certamine angelica defuit consolatio. Nam eorum ministerio à plagis ac livoribus curatus, nouo insuper decore apparuit conspicuus.

Cum verò iam instarent Christianis festa, Remptoris nostri Iesu Christi Theophania, Sophia incredibili martyris desiderio, stimulata, anteluculo ingenti famulorum stipata caterua, carcerem ingressa est, detractisque Clementi vinculis, candida inducum veste, vnâ secum, ad templum multis lampadibus & suffitibus circûseptum deduxit. Clemens verò, die salutaris, iucundè iam & suaviter illucescente, cum sacrum ministerium admirabili admodum sanctitate celebrasset, intermeratoque & incruento circumstantes impertijisset sacrificio: eorum insuper corda, euangelica suaviter erudiuit doctrina. Plurima quoque quæ erant

Agathangelus post immanes cruciatus, capite truncatur.

Vide Iudicium sanguinarium. S. Clemens ab angelis à plagis curatur.

Festa Theophania.

Sophia B. Clementis à carcere educit.

Incruentum Sacrificium

Claret prophetae spiritus.

erant post propriam instantem consummationem ventura, suavia ac prospera, eorum subiecti oculis. Sicque perturbatos prius actimore affectos, erectis iam spiritibus & confirmatis, lætos ad propria dimisit. Duodecim autem diebus festiue & hilariter transactis, cum præstitutus, qui athletam, à presenti vita euocabat (erat is dies Dominicus) adesset, celebrato denuò eximia pietate in eadem basilica Sacrosancto Sacrificio, fidelibusque ritè communicatis, diuinis atamen adhuc donis in sacra mensa propositis, derepente scelerata militum corona B. Martyr circumdatus fuit quos Alexander, quidam è Magistratu. in eum immiserat; quorum vnus nefaria manu (ex dociis præcepto) ei ceruices præcidit. Deinde etiam sacrilegi; ausu nefasto. in sacra mysteria irruentes, pedibus ea (proh scelus) conculcarunt. B. verò Sophia sacrum martyris corpus præciosius inuolutu linteolis, accensa lucernarum multitudie, in templum, quod apud Cryptos est, (vbi etiam prius depoluerat Agathangelum) honorificè intulit.

S. Clementi ad aram amputatur caput.

VITA S. ILDEFONSI, TOLETANI.

Vide Caf. Baron. Tomo 3. Annal. Eccles.

urbis Episcopi, ex ea qua est per Iulianum Pomerianum eiusdem urbis Episcopum conscripta. Successu Eugenio secundo, eiusdem sedis Antistiti, Anno Domini ca Incarnat. sexcentesimo quinquagesimo septimo,

Vitaliani Pontificis Roman. 3. Constantis Imperator. 16. Reccesumthi verò Hispaniarum Regis 9. Seditq; annos 9. & menses 2.

ss. Ianuarij. Ab infantia amat disciplinam.

ILDEFONSVS nobilissimo in primis stemmate, à primis incunabulis non vanam mundi huius gloriam, sed sacras optimarum artium disciplina.

plinas studiose sectatus est. Splendida ac copiosa Christianæ eloquentiæ facultate instructus, cum sibi iam sciolus videretur, fuit ab Eugenio Tolera-
næ urbis anastitire ad Isidorum Hispalensem Arch-
iepiscopum destinatus, ut purissimos eximij Do-
ctoris latices clientulus hauriret. Ut verò affatim
imbutus scientia haud vulgari, ad Eugenium redijt,
fuit ab eo ad Diaconi ministerium in ecclesia as-
sumptus, & ad omnem sanctitatem ritè excultus.
Interim externis ceremonijs absconditos pietatis
igniculos fomentibus atque excitantibus, ilde fon-
tus monasticæ vitæ sanctimonia delectatus, A-
galienſe cœnobium petijt, in quo multis annis
strenuum se Christi militem exhibuit. Et quia
lauta adhuc restabat hæreditas, ex eadem virgi-
num cœnobij in Deibrenſi villa construxit, pro-
prijsque opibus locupletavit. Indè iam pietate &
morum suavitate omnibus charus, ad Agaliensis
monasterij præfecturam electus est; quæ ille, Abbas
ita administravit, ut rex viri sanctimonia ac pru-
dentia impulsus eum docedenti deindè Eugenio in
episcopatu subrogaret. Tum verò enucleata virtus
eius, in sede Romuleo refulsit egregiè, & veluti
ardens facula: omnè Hesperiam perlustravit. Fuit
enim eximia eruditione & præcipua dicendi facul-
tate præditus: ædidiq; plurima, sanè luculenta tum
pietatis, tum admirandæ eruditionis monumenta.

Fit discipu-
lus Isidori
Episcopi.

Fit Diaconus.

Fit Monachus.

Construit
monasterij
Virginiaum.

Fit Abbas.

Fit Episcopus.

Reliquiæ S.
Leochardiæ
diuinitus de-
clarantur.

Cæterum cœlesti dono mirabiliter affatus,
magno meruit illustrari miraculo, in S. Virginis
Leochardiæ reliquijs: nam eius ante tumulum
cum in genua procumbens, præſente rege, oratio-
nem faceret, tumulus ipse protinus ebullijt, &
cooperculum sarcophagi, immane pondus, tri-
ginta iuuenum robustorum viribus superior, ange-
licis est eleuatum manibus: velumque, quo sacrum
virgi-

virginis corpusculum tegebatur, foras protrusum, veluti hominum manibus expansum apparuit. Fortè ipsa tunc virgo eius còspectui obusam processit; nam velum, episcopo partem præcedere conante, retrahebat, quàmuis nihilominus quæ leua tenebat nost: a dextra præcederet partem præcisam vnà cum cultello (quem rex Reccelthudus ei obrulerat) in thecis argenteis reclusit.

Varijs eduzscavit miraculis.

Est, maximus cultor, D. Virginis.

Alijs eum miraculis plurimis diuinum decorauit nomen, sed vno è multis contenti firmam eius fidem à lectore precamur. Instante Virginis gloriosæ Assumptione, eidem Virgini incredulitate deuotius singulare Missæ officium in eius laudem artificiosè composuerat, multaque ad eius festi solennitatem omni sanctimonia & celebritate peragendam haud exiguo labore molitus fuerat; quin & regem, populumque vniuersum iam ante ad festi dignitatem benignis admodum monitis inuitauerat. Cumque iam maturitas horat sacra vigilia præuenire vellet, clero accensis ante eum facibus ad templum præcedentibus, ecclesiæ referato ecclesiæ ostio, cœlestem conspiciunt in templo splendorem, tanta radiorum virtute, ut omnes metu penè exanimati, relictis facibus, in effusam fugam conuersi sint. Solus antistes pedentim ad Virginis altare præcedens, ipsam Virginem in cathedra residentem inuenit: lacris virginibus in circuitu, incredibili iuauitate Davidicæ cantica modulantibus. Interim sacer antistes plenus gaudij atque stuporis, huiusmodi à Virgine vocem accepit; Propera in occursum serue Dei, & accipe, quod è thesauro filij mei tibi tradidimus munusculum. Sic enim decet, ut hoc benedictionis regimine, nostra tantum in festi civitate vras. Et quia nostrarum laudum studiosus, in hac vita

Vidit admittit rauda.

S. Virgo ei vestem sacram donat æternamque salutem addicit.

tro
occe
se fr
dise
sum
se p
re,

factis Ecclesie decoratus vestimentis, in futura, immortalitatis indumento cum alijs Dei servis lxtaberis. His dictis, B. Virgo cum cœlesti virginum agmine repente ab eius conspectu evanuit. Fidem hunc miraculo, cum alia multa, tum vestis ipsa facit, miræ subtilitatis, mirique candoris, in Ecclesia Toletana servata. Præterea Cathedra episcopalis, sessione ipsius Deiparæ sanctificata, quæ ab omnibus deinde episcopis intacta permansit. Solus Sigebertus cum temerario ausu hoc sibi tribueret, amissa statim sede, exilio damnatus est. Cæterum S. Ildefonsus expletis in ea functione cum omni sanctitatis laude annis novem & mensibus ferè duobus, plenus gratiæ & bonorum operum ad cœlos migravit, cuius corpus in B. Leochardiæ honorificè fuit tumulatum.

Vestis à B. Virg S. Idelfonso donata, miræ subtilitatis & cœdotis.

Excedit à vita.

VITA ET RES GESTAE S. TIMOTHEI

Apostoli, & discipuli S. Pauli, ex Metaphraste. Creatus est à S. Paulo Episcopus Ephesiorum anno Domini quinquagesimo septimo. Neronis Imp. i. fuitq; primus eius sedis antistes.

Vide C. Bar. Tom. 3. Annual.

SANCTVS Timotheus ciuitate Lycaonia Soriundus, auiam habuit Loidem, matrè verò Eunicam, eximia pietate ac sanctimonia matronas, quarum ab ingenio alienus planè parens, occis genilitatis implicatus erroribus decessisse fertur. Porrò Timotheus à matre Christianis disciplinis contra Iudæorum perfidiam imbutus, summa parentum voluntate ynà cum Barnaba se Paulo informandum tradidit, qui eo tempore, Lycaoniæ, cum insigni sanctitatis opinione, Es & stu-

24. Ianuarij. Patria & parentes eius.

Fit S. Pauli discipulus.

Circunci-
ditur Timo-
theus.

a Chrysoft.
homil. 34.
in 1. t.
b August. li.
de mend. ad
Consen. c. 5.

Ratio quare
D. Paulus
Timotheū
circuncide-
rit.

Titum verò
non.

* Lycæonia.
Fit Di. co-
nis.

& stupenda miraculorum virtute agebat. Cæ-
rùm Apostolus indè profecturus, ad euangelij so-
men alijs pariter ciuitatibus impartendum, ip-
sum Timotheum itineris laborumque socium
habiturus, primò circumcidit, propter Iudeos,
quos minimè larere poterat, eum gentili patre
natum esse. Circuncidit a igitur, vt circumcisi-
nem tolleret; nam Timotheus licet in præputio vo-
catus esset, tamen quia matre Iudæa natus erat, ad
cognatorum perfidiam expugnandam, ostendere eū
debut, non hoc se didicisse in disciplina Christiana,
vt illa sacramenta quæ legi veteris erant, abintra-
retur.

Prudenter igitur Paulus, vt demonstraret Iudæi,
Gentes non ideo ea non suscipere, quia mala sunt,
& pernitiosè à Patribus obseruata, sed quia iam
saluti non necessaria post aduentum tanti sacramen-
ti, quod tam longa per tempora, tota vetus illa scri-
ptura prophetica figuratiombus parturuit. Nec du-
bitasset hac eadem ratione & Titum circumcidere,
vrgentibus præsertim hoc ipsum Iudæis, nisi falsi
fratres subintroducti, idè fieri voluissent, vt calum-
niandi ansam habuissent, tanquam eorum veritati
cesserit, qui spem salutis Euangelica, in circumci-
sione carnis, atque huiusmodi obseruationibus esse
pradicarent, & sine his nemini Christum prodesse
contenderent; cum contrà nihil prodesse Christus
eis, qui eo animo circumciderentur, vt ibi esse salutem
putarent.

Hinc* igitur cum eo digressus, primùm apo-
stolicis animum excoluit virtutibus, sui præcep-
toris obseruantissimus, qui egregium Christi mi-
hrem

litam ilico ad Diaconi officium elegit. Quod ille tanta fide atque virtute administrabat, ut Apostolus modò illum filium in Domino dilectum & fidelem, modò fratrem & Euangelij cooperatorem appellaret. Et licet virtutum robore contra animarum hostes iam satis videretur monitus, tamen sibi suisque per omnia viribus diffus, tam accuratis se disciplinis domabat, ut in virginea puritate, vitam hanc exegisse certò credatur. Immodò tanto rigore corpusculum confringebat, ut Apostolus à seueriore vitæ genere eum reuocare, atque vini vsum præscribere cogere.

Et quidem stomachi debilitate languidus, nihil non animi generositate superabat. Modò Ephesum, modò Corinthum trauolabat. Paulini verò itineris ut plurimum comes, vniuersam terram peragrabat. Et quia Christianæ facundia viribus non parum præstabat, credendum sanè eum vberissimè prædicationis fructus tulisse. Vnde etiam Apostolus visa viri pietate ac robore, non dubitauit eum Ephesi antistitem constituere: qui primus omnium eam dignitatem tanta cura ac vigilantia ibidem administrauit, ut ea sanè Ecclesia, quam Paulus & Ioannes Apostoli erexerant, nihil in terris diuinius putaretur. Extollit eam huic vulgari præconio S. Ignatius: cum eorum insonem se adoptari vehementer desiderat.

Porro Timotheus diuinæ gloriæ ubique studiosissimus pro eiusdem gloriæ defensione præclaro fertur martyrio occubuisse. Ephesij enim cum alijs multis errorum confisterentur infamij, cum Catagogium quoddam festum tanto mentis furore celebrabant, in honorem dæmonis, velutis fustibusque armati, obuios quoslibet ad

Ecce 2 necem

Quam renera vultus est dilexerit.

Timotheus virgo permansit.

S. Ignatius in epist. ad Philadelp. Timothei vitæ austeritas.

1. Epist. ca. 5.

Creatur Ephesiorum Antistes S. Timotheus.

In quadam epist. ad Ephesios.

Martyrium S. Timothei.

Festum apud Ephesios planè diabolicum.

Insaniam E-
phesiorū in
crepat S. Ti-
moth.

necem expeterent. Immane & crudele facinus. Innoxij repentino verbera sternebantur, ipsis simulachris, quæ pariter circumferebantur, immolandi. Quam impietatem Timotheus non ferens constanter ad eos gradum intulit, plena grauitatis oratione contestans, ijs sacrificijs, Deo & hominibus iniuis, non salutem ac dignitatem sed pestem atque exitium comparari.

Grauisimè
vulneratur.

Cumque ferrea pectora dictis pariter ac factis emollire studeret, illi furibunda in eum mente insipientes grauiter cõulnerarunt, quem illic fideles sui antistitis amantes, seminum &

Vitam de-
ponit.

populi tumultu rapuerunt, ægreque trahentem spiritum ac tandem efflantem, in loco, Pion dicto, honorificè condiderunt. Fuit autem sacrum corpus à Constantio anno Imperij eius.

Translatio
reliquiarū
eius.
Claret mira-
culis post o-
bitum.

Constantinopolim in basilicam Sanctorum Apostolorum translatum: vbi clarum miraculis con-
quiescit.

Habetur to-
pographiam
eiusdem.

ILLVSTRE MARTYRIVM S. BABYLAE,
Episcopi Antiocheni. Ex scriptis Beati I. Chrysostomi,
qui testis oculatus, præclaro illi miraculo interfuit,
quod tempore Iuliani Apostatæ, in translatione reli-
quiarum eius contigit. Passus est sub Decio Imper.

Vide C. Ba-
ron Tom. 2.
Annal. & in
Not. Marty.
Rom.

Anno eius Imperij primo, Christi vero Saluatoris du-
centesimo quinquagesimo tertio, sede vacante, cum
summa laude Episcopalem administrasset dig-
nitatem annos duodecim. Extat apud

Reuerend. P. Laurent.
Surium.

24. Ianuarij.

MAIORVM nostrorum temporibus Im-
perator quidam fuit, tanta morum scru-
tia,

tia, crudelitate, scelere, audacia, atque improbi-
 tate, quam nulla vis orationis explicare po-
 test. Nam cum gens quædam, cum illo bello de-
 certaret, cuperetque vehementer certo aliquo
 pacis fœdere constituto, rebus suis pacatè frui,
 vitrò Imperatorem adire non dubitavit, multis
 rationibus fidem faciens, quantum utilitatis veri-
 que parti, ex iusta ac firma concordia accederet.
 Quid multis? Dato acceptoque iureiurando, pax
 firmatur, ea lege & conditione, ut Rex gentis, fi-
 lium suum obsidem daret, tenera ætate puerum,
 ne iusta pacis fœdera, quoquo modo violarentur.
 Rex, quanquam filium tenerissimo complectere-
 tor amore, ne tamen subditorum salutem præ fi-
 lii amore negligere videretur, eum dedit, atque
 Imperatori obsidem ritè instituendum tradidit,
 orans obsecransque, ut maiorum suorum nobili-
 tate dignus, per omnia evadere posset. At Impe-
 rator occulto in pectore perfidiam fovens, acce-
 ptum sacrosancta amicitia ac fœderis lege, re-
 gum puerum secum abduxit, non quidem dignis
 sua nobilitate moribus imbuendum, sed hostili
 ferro crudeliter trucidandum. Mox namque ius-
 tirandi oblitus, eadem cædium omnium scele-
 rarissimam patrauit: filiumque obsidem, fidem
 illius nequicquam implorantem, crudeli dextra
 perfidus mastravit. Cumque patrato immani
 scelere, manus adhuc innocentis sanguine stil-
 lantes haberet, effrons planè, saxisque durior, ad
 Christianorum templum, furibundo similis pro-
 peravit.

Crudelitas
 & perfidia
 Decij Imp.
 planè exe-
 cranda.

Ea tempestate magnus planè vir & omni san-
 ctitatis laude conspicuus, Antiochenæ Ecclesiæ,
 S. Babylæ, Antist.
 Babylas præsidebat, Antistes, inter omnes Orien-
 talis Ecclesiæ patres clarissimus. Qui futuræ per-
 Ec 3 secu-

Encomium
 S. Babylæ,
 Antist.

Stos omnes
etiam pue-
ros ad mar-
tyrium ac-
cendit.

Eximius ze-
lus S. Baby-
lae.

Comprehē-
ditur & in-
carceratur.

secutionis praescius, non viros modo, sed & pueros, quos Christianae fidei imbuebat elementis, ad subeundum egregie pro Christo martyrium, assiduis sermonibus inflammabat. Is audito tyranni facinore, Iohannem Christi praecursorem strenue aemulatus, non paucarum civitatum Tetrarcham quendam, neque gentis vnius regem, sed eum qui praecipuam orbis totius partem imperio obtinebat, hunc ipsum homicidam, de quo nobis sermo est, eundem multarum gentium, multarum civitatum, immensi item exercitus Dominum, cum ab Imperij amplitudine, tum a morum ferocitate terribilem, aggressus est; & quasi vile quoddam atque nullius pretij mancipium a Christi templo repulit, tantaque constantia atque sedulitate, quanta pastor scabiosam ac morbidam ovem ab ouili excludit, abegit.

Quo autem animo, truculenta bellua, praeclearum hoc sanctissimi viri facinus tulerit, quibus oculis zelantem Christi legem, Antifitem aspererit, quis explicare valeat? Voce, vultuque vindictam spirans, ad templum flamma ferroque vastandum satellites properare iubet. Babylam verò columnae instar immortem permanentem, ferro crudeliter vinctum, teterrimo carceri mancipari, maleficorum hominum vinculis, miseris, calamitatibus ac ærumnis fatigari. Sed hæc Babylae fiduciam non modo non frangebant, quin potius ad maiora, maiori animo subeunda prouocabant. Post diurnos verò carceris squalores, ac varios cruciatus, productum tandem tyrannus interrogat, num quos Christiani dogmatis assertores habeat. Cui Babylas, de suorum virtute & constantia securus, tres pueros se habere dixit, si non

sti nomine decertare paratos. Hi erant Vrbanus,
 † Pralidanus, & † Apollonius, ætate quidem penè
 pueri, æ mente & sapientia planè cani. Nec mo-
 ra. Tyrannus victos cum matre Theodulla cru-
 ciatibus affici, inuictamque virtutem supplicij
 fatigari mandat. Victi itaque cruciantur antè
 ora parentis, a lapidibus caduntur, torquentur, & ad
 numerum annorum plagæ cuique infliguntur. Alij
 duodecim, alij Nouem, alij Septem. Sed matris &
 Episcopi hortationibus roborati, præmijque sem-
 piterni admoniti, spretis tyrani minis supplicij-
 que, constantes in Christi confessione permanent.
 Hinc tyrannus dolore incensus & rabie, Babylam
 vna cum pueris vltimo supplicio tradi iubet. Ad-
 uolant protinus carnifices, & fortissimos athle-
 tas varijs cruciatibus exercent, atque inter tor-
 menta constanter Christum consistentes, caput
 obruncatione tandem coronant. Porro vir san-
 ctus morti propinquus, seduldè suis mandauit, vt
 ferrea vincula vna cum corpore in sepulchrum
 inferrent; cunctis Christianis testatum faciens,
 quæ ignominiosa videntur quoties propter Chri-
 stum sunt, honorifica esse ac splendida. Hac quide-
 in parte magnè illum Paulū imitatus, qui sursum
 deorsum stigmata vincula, catenâ versabat: ea ob
 ipsa gloriabundus, ac sibi placens, quorum alios
 puderet. Verū enim uerè quæ virtutis opera, post
 gloriosum martyris certamen euenire, digna
 sunt, in quibus commendandis immortalitati,
 scriptorum omnium certet industria. Etenim
 humani generis conditor Deus, qua est in nos be-
 nignitate inter alios, quos nobis ad virtutis exer-
 citatione, reliquit stimulos, haud postremus ille
 videtur, qui Sanctorū exēplo nobis exhibetur, ac
 ex sacris eorū reliquijs, stupendis rerum signis &
 Ec 4 mira-

* alijs Pril-
 dianus.
 * Epoloni?

Trium pue-
 rorum, inui-
 ctum animæ
 robur.

Plectitur ca-
 pite Sacer-
 Antistes, cū
 trib. pueris.

labet vir
 sanctus secū
 sepeliri ca-
 tenas.

Actor. 28. E-
 phes. 6. 2. Ti-
 moth. 1.

Sanctorū ex-
 empla ac re-
 liquie, ad quæ
 profunt.



miraculis claris, frequenter ob oculos ponitur. Nam post sermonis facultatem, ipsa ceteris sanctorum sepulchra, proximum obtinent locum, ad intuentium animos, ad earundem virtutum emulationem prouocandos. Quid sepulchra dico, cum & vestes, & laceri panni, sacro cruore martyrum conuersi, interlabentem refricent memoriam, animosque ad subeunda pro fide certamina excitent? Et quidem, quam aliam prætendere causam possumus, quod tot tantisque miraculis & honoribus sanctorum suorum reliquias ipse conditor Deus honorat, nisi nostri gratia; quod contemptis huius mundi honoribus, & noxijs blandimentis, ad veros solidosque honores confurgamus? Quanta verò sancti huius Babylae corporis, longum post temporis interval- lum, extiterit gloria, attendite. Neque enim simul cum ipsa morte, finis eius fuit certaminis, quip velut rediuius, grauioribus contra gentiles aggressus est pugnas. Nam & more Sampsonis offibus pugnans, in fugam vertit Philistæos.

Iudic. 15.

Daphnes locus in Suburbio Antiocheno, dæmoni consecratus.

Daphnes locus in suburbij est Antiochie, pulcher sanè atque amænus, suaque temperie homines mirifice oblectans. Porro humana salutis hostis (cuius ea est natura, ut nos Dei muneribus turpiter in nostram perniciem abuti faciat) locum eundem cum occupasset, effinxit per nequitiae suae ministros, infamem quandam fabulam, per quam suburbij decor atque amenitas, non ad Deum, sed dæmonem sceleratè referèbatur. Hinc iuuenes permulti commensationibus, & impudicitijis locum contaminare, cardes & immania scelera patrare, alios quoslibet ad facinororum suorum communionem allicere, & idolo Apollini, cui rex templum, ibidem crexerat, ne-

fanda admodum sacrificia facere. Occupatum
 verò hoc modo adolescentum intemperantia
 locum, & tyrannide dæmonis obsessum, Gal-
 lus Cæsar vt liberaret, non arma, non mili-
 tem, non edicta transmisiit, sed Babylæ corpus
 in cineres & ossa planè redactum, eò transtulit;
 ratus eius virtute, dæmonis præstigias ac fraudes
 protinus elidendas. Nec eum spes, quam in mar-
 tyre repositam habebat, sefellit. Nam simulac-
 ræ reliquæ suburbium attigere, & loquax il-
 lud Apollinis oraculum obmutuit, suppressæque
 voce latrare desijt, & inolitæ Græcorum supersti-
 tiones, effuso deliciarum luxu extincto, penitus
 cessarunt. Cæterum eo Imperatore, qui reliquias
 transtulerat, vita functo, Apostata ille, firmato
 imperio, vt silentis Apollinis linguam solueret,
 indè tollendum Babylæ corpus curavit. Quo sub-
 lato, & in locum pristinum restituto, mox mu-
 tum idolum, non nisi sui silentij causam fari per-
 missum, illapso de cælo fulmine contritum est,
 ingensque eius ædes, cælesti illo igne confagra-
 vit. Ex hæc quidem pauca ex multis præclarissi-
 mis Babylæ virtutibus ac miraculis; qui & in vita
 & in morte vtrouique illustris, Dei leges ab in-
 iuria vindicauit, mundi fastum contempsit, Reges
 docuit, & corpus pro fidei & pietatis defensione
 intrepidè morti subiecit, dæmonis robur ener-
 uauit, gentilium imposturam coarguit, vatici-
 nij deliramenta detexit, personam eius
 contriuit, ac magna vehemen-
 tia oppressit.

Gallus Cæ-
 sar reliqui-
 as Babylæ
 transtert in
 Daphnes vt
 dæmonem
 inde expel-
 lat.

Huic miracu-
 lo oculatus
 testis inter-
 fuit S. Ioh.
 Chrysostr. vt
 testatur in
 Orat. contra
 gent. & hom.
 4. de laudib.
 Pauli.

Iulianus A-
 postata indè
 aufertur cu-
 rat eandem
 reliquias.

Apollinis si-
 mulachrum di-
 uinitus con-
 tritum, fan-
 que crema-
 tum.

Ed 5

EGRE

Vide C. Ba-
ron. Tom.
4 Annal.
ecclie.

tum Romanorum, Iuuentini & Maximi. ex S. Iu-
nis Chrysoſto. homilia in ipſorum die natali habi-
ta. Occubuerunt autem anno Redemptoris
362. Liberij Pontificis 11. Iuliani
Imperatoris ſe-
cundo.

25. Ianuarij.
Summa
Chriftiano.
rū in fide cō-
ſtantia ſub
Iulia.

Verſutia Iu-
liani apo-
ſtata.

Epulum
quippe pub-
licam à Iuli-
ano paratū.

IULIANVS apoſtata, qui omnes Imperatores
impietate facilè ſuperavit, cūm videret
Chriftianorum res præclaris martyrum
certaminibus indies magis magisque illuſtra-
ri, eaque de cauſa non ſolum viros, ſed & uacros
etiam pueros, virginei que nondum nobiles, pro
religionis conſtantia ad mortem proſpire, incre-
dibili animi dolore cruciabatur. et quanquam om-
nes internecione deletos cuperet, ſanguinem
que eorum auidiſſimè ſitiret, ne tamen triumphos,
victorias & coronas illis pararet, & aperta
crudelitate nomen eorum ſempiternæ memoria
conſecraret, miris quibusdam inſidijs eos ſubuer-
tere conatus eſt. Medicos & milites & oratores
omnes vel à poſſeſſionibus ſuis diſcedere, vel ſi-
dem ſuam abiurare iubebat. Multas inſuper & va-
rias cauſas mira diaboli verſutia inuentas habe-
bat, quibus ſi non à fidei conſtantia, religionis pu-
riſſimæ cultores dimoueret, ſaltem martyrij glo-
riam obſcuritate inuolueret, atque omnes ho-
modo ab ardenti martyrij cupiditate qua veho-
menter flagrabant, retardaret.

Hæc cum ita ſe haberent, accidit vt militibus
conuiuium præclarum inſtructum eſſet: cui etiam
& martyres, quos hodie colimus, intererant. Cum
que inter pocula, varijs, vt conuiuiarum mos eſt
ſeruo

sermone vltro citroque misferentur, martyres nostri inter se, sui seculi mala deplorabant. sacras leges conculcatas dicebant, pietatem extinctam, & creaturarum omnium Dominum nefarie contemptum. Cui dicebat vita vltro allubescat, cum neq; aere nisi impuris impietatu sacrificijs haurire licebat? Omnia nidore plena sunt & fumo. omnia sacrificijs immundis referta. Dicta verò hæc perimitorie non sunt transeunda, sed mature consideranda. quando ea locuti sunt, & quata pietate. Nam si in militari symposio, vbi regnant ebrietas & intemperantia, vbi certatur de prodigalitate, vbi agon est stuporis & insipientie, sic ingemiscebant & lugebant, quales erant domi, cum soli inter se agerent quales erant in precibus ac ieiunijs, qui delictarum tempore, tam humiliata & Apostolica præse ferebant pectora? Gaudebant alij, hi verò lugebant. Impie agebant alij, hi verò zelo vrebantur. Verum enimvero haud clandestinum fuit, talia eos dixisse. Nam ex sodalibus & coniuuis adulator & irrisor quidam, obsequium Imp. facturus, omnia vt dicta erant detulit. Imp. autem accepta occasione iam diu quaesita, causatus est ex verbis illis affectatam tyrannidem, vt ita eos martyrij corona priuaret. Primò igitur omnibus eorum facultatibus in fiscum delatis, nudos eos in carcerem coniecit. Illi incredibili gaudio perfusioni secus in carcerem, quam homines in patriam migraturi, properarunt. Cum autem omnibus essent propter spectatam probitatem pietatemque eximiam admodum chari, omnis penè ciuitas ad eos confluxit, vnde multi, pijs eorum sermonibus & in vite innocentia à perfidia ad Christum transiere, & sanguinis sui effusione constans de eo testimonium præbuere.

Conqueruntur milites inter se de pietate profligata.

Eximia marty. pietus.

Produntur.

Mane p̄itur carceri.

Constantie martyrum.

Imp.

Tentantur
martyres.

Imp. auditis eorum virtutibus, & ardenti pro
Christi nomine decertandi cupiditate, variis
fraudibus & illecebris eos in suam perfidiam pe-
trahere conatus est. At illi cum omnes illius
impios conatus & fraudes illuderent, munera &
mundi huius honores qui offerebantur, contem-
nerent, furore percitus, iussit media nocte eos in
barathrum abduci, atque in densis tenebris decol-
lari, ne inuicta eorum constantia ad aliorum no-
titiam cum sempiterna gloria perveniret. Cate-
rum capita detruncata, tunc diabolo magis terri-
bilia erant, quam cum adhuc vocem darent.

Plectuntur
capite.

Nam cum quidam, cum aperto etiam salutis
discrimine, fortissimos illos athletas ex impiorum
manibus raperent, neque paterentur villo modo
sacra illa corpora permanere inhumata. Constante
necfama, ab oculatis, perfecta testibus, eadem in Sarco-
phago deposita, coelesti quadam gratia splenduisse,
Procomartyris Stephani Iudaeis responsuri haud
abfimili. Et quidem aspectus ita omnes affectu
dicitur, ut nemo non, pio quodam horrore per-
fusus astaret. Nos porro illos & columnas & sco-
pulos & turres, & candelabra, & tauros simul
haud immerito dixerimus.

Astor. 6.

Miraculum;

Præclarum
Marty. En-
comium

Christi etenim ecclesiam sicut columnae susti-
nent, sicut turres muniunt, sicut scopuli, vada-
rum spiritualium assultus repellunt, sicut lumi-
naria tenebras impietatis discutunt, & si-
cut tauri, eadem anima & promptitu-
dine, suave Christi iugum dum vi-
uerent trax-
ere,

VITA

VITA S. PROIECTI ARVERNORVM

Episcopi & martyris, & sociorum eius. Passus
est anno Domini 670. sub Childerico
secundo Francorum
Rege.

Vide Czf.
Baron. To-
mo 8. Anna.
Eccle.
in & Notat.
Mart. Rom.

Beatus Proiectus claris apud Aruernos ortus
natalibus. parentes habuit Gondolenum at-
que Elidiam; & quidem cum necdum esset,
in lucem editus, cælesti reuelatione indicatum
est, quis quandoque futurus esset. Cum autem na-
tus esset puer sanè elegans, statim primis infantia
annis superatis ad Isiodorenses, literis imbuendus
profectus est. Vbi cum præ cæteris condiscipulis
haud cootemendos in literis progressus fecisset
parentes eum Genesio Archidiacono, postea au-
tem Aruernorum Episcopo, commendarunt. Qui
cum præclaro illum ingenio & spectata indole
prædicum animaduèreret, primò illius fidei
tradidit pecunias: vnde pauperes alebantur. Po-
stea verò maiori accedente eruditione non rarò
suis eum consultationibus adhibuit.

25. Ianuarij
Patria & pa-
rentes eius

Traditur Ge-
nesio Archi-
diacono lite-
ris imbuen-
dus.

Præficitur
Isiodorensibus

Virtutes
eius.

Porro cum optimis polleret moribus; & incu-
pate vitæ integritate plurimos ad virtutis studiū
excitaret, antistes eum Isiodorensibus præfecit.
Itaque videre licebat eum castitatis studio con-
spicuum, charitate eximium, ieiunijs deditum, &
assidue rerum diuinarum contemplationi & scri-
pturis lectitandis intentum. Ipsis autem Quadra-
gesimæ diebus, multò attentius pietati & eleemo-
sinarum largitati operam nauabat. Vt autem die
quodam, solito plures pauperes ad eum confluxer-
unt; & vir sanctus ex ministro suo duos tantum
aureos superesse intellexit, totum se ad Christi
lesu benignitatem implorandam conuertit, ut
quod

quod indigentibus ulterius suppeditare posset, largiri dignaretur. Tacitis hæc secum precibus agebat, cum protinus paucissimos illos nummos intra crumenam cælesti benedictione usque adeo auctos sensit, ut toti ad fores consistenti pauperum cateruæ sufficerent.

Miraculum. Aliquanto deinde tempore euoluto, Felix qui tunc Aruernorum Episcopatum administrabat, Candidinensis cœnobij præfecturam Proiecto demandauit. Ibi vir sanctus cum tam animarum lucra, quam ædificiorum structuras in melius promouendas curaret, parietem domus cuiusdam ruinam minitantem restaurare voluit. Sed cum rimas ex omni parte duxisset, accidit, ut repente ab ipsius fundamentis collapsus, vnum ex operariis miserè oppresserit, suisque ita ruderibus absconderit, ut nemo esset qui non eum suffocatum crederet. Eares virum Dei tam grauius perculit, ut ingentem lachrymarum vim profunderet, & quia de corporis salute desperabat, pro sempiterna animæ eius salute enixè Christum rogauit. Interea iussit vir sanctus, ut amota lapidum congerie, quassatum cadauer ad sepulturam inquireretur. Ecce autem dissectis lapidibus, homo ille admodum sanus & incolumis inuentus est, ac si procul ab illa parietis ruina abfuisset. Nemo fuit qui non hoc præclaris sanctissimi Proiecti meritis ascribendum putaret.

**Præfatur
monasterio
Candidinens.**

**Præclarum
miraculum.**

Porro Felice Pontifice vita functo, cum maxima pars Cleri populi que in Proiectum propensissimè esset animis, cuperentque illum habere Antistitem, Archidiaconus ciuitatis illius, Giroaldus, mala cupiditate incensus, contempto Clero, laicorum quorundam usus consilio, ad cathedram illam largitione sibi aditum parauit, sed non nisi diebus

diebus quadraginta rā male parā perfruitus dignitate, vitam vna cum cathedra perdidit. Rursus igitur Aruerni de eligendo Præsule tractaturi, virum inelytum & Senatori ordinis dignitate nobilem pastorem sibi postularunt. At ille non minus prudens animo, quam opibus potens, noluit temerè eum honoris gradum appetere, sed palam illo se indignum ingennè confessus, hortatus est ciues, vt Proiectum sibi à Rege Pontificem petant. Nec mora. Populus, eius consilij obtemperans, cōmunibus suffragijs, accedente Regis consensu & decreto, Proiectum eligunt. Ille verò magna

Creatur Aſ-
uernorum
Epiſcopus
Proiectus

Is est Childericus : re-
gnauitque
circa aunn
Dom. 658.

Sanat febricitantem.

Inciderat quandoque negocium, cuius causa adeundus esset viro Dei Childericus Rex. In ipso ipso autem itinere cum peruenisset ad locum, qui Claroangis dicitur, in Marago, & apud Christi milites monasticæ vitæ studio claros, Patrem monasterij, Marinum febre diuexatum inuenisset, mox ad solita pietatis se arma recipiens, edito in agrotum Crucis signo, febrem fugauit, & Marinum incolumè reddidit. Deindè postquam apud Regem negocia sua ex animi sententia peregisset, & multis insuper affectus honorib. ad Aruernos rediisset, Marinus cū charitatis studio, tum multò magis occulto quodā diuinę prouidentię consilio inuitatus, Aruernos similiter ad Proiectum profectus est: credo sanè vt illi qui magno inter se amore deuincti, magnaque beneuolentia erant coniuncti, pariter etiam martyrij coronam perciperent.

Cūm

Cum autem aliquanto tempore sancte & religiosè contractam prius amicitiam stabilivissent, & ex ijs se pietatis operibus ad futura certamina, quæ diuinitus ad maiorem illis gloriam parata erant, præparassent; malignus antiquæ invidia stimulis percitus, suos ministros in eos concitavit. Erat in ijs vir quidam primarius Agritus nomine, qui pestiferis persuasionibus, Aruernorum proceres in sanctorum virorum necem inflammavit. Erant autem pariter Proiectus & Marinus in loco quodam, quem Volonicum appellant. Ibi in eos simul irruit nefarij cum fremitu & clangore tubarum. Quo audito Marinus ut furorem eorum leniret foras egredi voluit. Id ubi sensit Proiectus eum compefcuit, dicens, Noli ô pater oblitum martirij differre coronâ, qua si modo non poteris, nunquam fortassis postea consequeris. His auditis, ille mutata sententia substitit, & à duobus sicarijs magna vi irruentibus mortem constantè excepit. Et illi quidem sanguinarij Proiectum se trucidasse putantes, ad suos lati regredi parabantur, cum Proiectus his vocibus eos compellere cepit. Quo fugitis? ecce quem quærebatis, hic est: facite quod optatis.

Marinus
necatur.

Astor. 7.

Proiecto cerebrum cum
vita excutitur.

Tum verò vnus ex ijs natione Saxo, Radebertus nomine, furibunda mente irruens, magna vi gladium in pectus eius adegit; At ille rostra sui sanguinis vnda perfusus, sublatis ad cælum oculis insita pietate, exemplo Stephani, Dominum precabatur, ne illis hoc peccatum statueret. Eo autem sic precante, cruentus latro gladium in caput eius vibrans, cerebrum excussit; atque ita sancta illa anima corporeis soluta vinculis ad cælum migravit.

Haud procul aberant, cum hæc cædes fieret, fratres

natores duo, Bodo & Placidus, qui in sancti viri necem confenserant, Ij de improviso tres conspexerunt stellas mirabili fulgore supra domum illam, in qua sanctorum corpora iacebant, micantes, & quibus vna cæteras claritate anteibat. Illi visis stellis ingenti timore correpti, dolere cœperunt, quod in tam nefarium facinus confensissent. Porro scelestus ille Radebertus, qui cædē pisā parauerat, viuis à vermibus consumptus, indignam vitam digna morte finiuit. Aduenerunt autem paulo pōst multi presbyteri, qui sanctorum corpora Proiecti, Marini, & Elidij, (qui vnus ex Proiecti ministris simul cum illo occubuerat) digno honore excipientes, tumularunt. Vt vero Deus ostenderet, quā pretiosa esset in conspectu suo mors sanctorum, ad sacras illorum reliquias cæcis amissa lumina reddebat, claudorum gressus reformabat, leprosis natiuum colorem, absterisa fœditissima scabie, restituēbat, dæmones ab obsessis corporibus fugabat: & omnibus denique quavis calamitate oppressis, cælestem benignè consolationem præbebat.

Quidam ex illis, qui necis sanctorum auctores fuerat, Vrsio nomine, venationis ergo obequitans, humi corruit, fractoque brachio, cætera etiam membra tam grauius collisit, vt nulla medicorum arte sanari possent. Ille igitur salutis consequendæ desperatione fractus, facinus suum agnouit, & communicato cum vxore consilio, eam ad sancti viri sepulchrum misit, vt ipsi veniam precaretur, & de oleo, quod perpetuo illic lumine lampadem fouet, quidpiam reportaret, vt debilia membra illo peruncta sanitatem reciperēt. Quibus ritè peractis, dicto citius membra sunt

Ff

admo-

Vrsio diuina in scartum.

Miracula ad sanctorum reliquias.

admodum rumore divulgatum esset, reliqui qui sceleris commissi participes fuerant, ad poenitentiam remedia confugerunt: & auro argentoq; sanctorum martyrum sepulchra exornarunt.

Vide Caf.
Baron in
Notatio.
Martyr Rō.

VITA S. POPPONIS ABBATIS ST. A-
bulensis, ex ea qua est fidelissimè per Euerhelmum
Abbatem Altimontensem scripta. Claruit autem hic
Sanctus, sub Henrico Imperatore & eius successore
Conrado. Obijt verò Anno Incarnati
Verbi 1048. Aetatis suae.
septuagesimo.

29. Ianuarij.
Patria & pa-
rentes eius.
Na scitur mē-
se 7. a conce-
ptu.

BEATVS Poppo in Listrogaugij partibus oriundus, Christianis admodum & ingenus parentibus, patre Tizekino, matre verò Adalwiniformina illustrissima, natus, septimo conceptionis suae mense, præter solita nascentium tempora, hac luce est potitus. Pater eius cum esset militaris gloriae supra modum appetens, & præclara sæpè in bello facinora edidisset, tandem in Hispaniensi bello viribus & audacia omnibus admirandus occubuit, filiumque quinta natiuitatis suae septimana cum matre vidua pupillum reliquit. Is autem vt primum adolescentiae florem attingit, coepit eadem, qua olim pater eius, gloriae cupiditate flagrare, atque eius insitens veltigij, intrepidè sese in quoduis periculum inferre, vt militaris gloriae palmam cunctis præriperet, & patrum maiorum virtute gloriae patrimonium adaugeret. Sed cum paulatim omnem mundi huius gloriam vanam esse consideraret, quodque multi ea ipsa in pestem & exitium sempiternum ruerent, coepit pedem retrahere: & animum sub militari gloria ad ardentissimum pietatis studium adijcere.

Pater eius
moritur,
Dat se mili-
tiz;

Legitur

Igitur cum concepta pietatis fomenta indies magis magisque nutriet, ardentior quidam amoris d. u. i. g. n. i. c. u. l. u. s. e. u. p. r. o. u. c. a. u. i. t. v. t. c. u. m. R. o. b. e. r. t. o. & Laufo, viris pietate & virtute prestantibus, loca domini nostri passione ac sepultura sanctissima visitaret. Quo itinere, omni cum sanctimonia, completo, Robertus in cœnobio VVasloy, siue Belocus vocitato, monasticæ conuersationis habitum sumptis, sub venerando Abbate Richardo, omnibus penè seculis iustitiæ & probitatis suæ nomine iam celebrato; Laufus verò Gandavi Ecclesiam S. Iohannis à fundamentis erexit, & pluribus pietatis & iustitiæ operibus clarus, in eadem sibi funere quietis locum elegit.

Adit Sepulchrum domini.

At Poppo ingenti sanctorum Apostolorum Petri & Pauli amore flagrans, sacra eorum limina venerabundus accessit, vbi postquam suo desiderio simili pietatis studio fecisset satis, reuersus est. Illis fortè diebus Balduinus Marchisus in fascibus comitatum agebat, & Flandriæ populis iustis legibus imperabat.

Inuist limina S. Apostolorum.

Huic principi Beatus Poppo cum mirificè, propter religionis & iustitiæ opinionem, charus esset, tum Frumoldus quidam apprimè nobilis (qui principis lateri, loco penè proximo, adhærebat) tanta beatû virû beneuolentia & amore complectebatur, vt ei filiam suam eximia forma, & cæteris, quas habebat præstantiorem, vehementer conubio tradere cuperet. Cuius votis vir Dei primum quidem assensum præbuit, sed repente promissû pœnitens animo fluctuare coepit cui potissimû vitæ generi se tradere vellet. Tandem ne parum constans in seruanda fide videretur, atque

FF 2

ca rati

ea ratione se suamque familiam insigni aliqua ignominia nota afficeret, statuit in Sithio (sic locus appellabatur in quo Frumoldus domicilium habebat) iter dirigere, ut, quemadmodum constitutum erat, familiaris viri gener fieret. Ad evitandos autem immodicos sumptus, luxumque, ac pompæ præcipuè celebritatem noctis intempèstique silentio viam illam ingressus est.

Eccè autem cum noctis medio paucis stipatus comitibus iter carperet, lux cælitus emissa, admirabili quodam splendore eum equo insidentem circumfulsit, & non minus mentem quam corpus illuminavit. Qua re inopinata tremefactus, obtutus huc illuc non sine admiratione circumegit, viditque lanceam, quam gerebat, in modum fulgæ nimio fulgore radiantem. Nec mora, hoc factis superque monitus prodigio vir Dei, acclamat viæ suæ comitibus: Sistite gradum cõmilites mei, alia enim via insistendum est. Opportunum video, quò diuinitati placet toto conatu intendere. Post hæc proiectis armis militaribus, mente ad meliora mutata, meliori via redijt ad propria, & euelligio ad sanctum Theodoricum Stabulensis conventus, bij Abbatem contendit, eiusque se disciplinis, sumpto habitu monastico, subiecit. Vbi breui tempore sanctissimis monasticæ vitæ disciplinis & artium maximarum cognitione egregiè instructus, alijs etiam iustitiæ semitam demonstravit.

Fuit ei continuò pauperum in Xenodochio recipiendorum cura demandata; quam tanta humanitatis charitatisque significatione administravit, ut merito cum beato Iob dicere poterat; foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori paruit. Et, Si comedi buccellam meam solus, &

Lux eum ex
litus illu-
strat intus &
foris.

Monasticū
cõplectitur
institutum,
posthabitis
nuptiis.

ob. 31,

non comedit pupillus ex ea. Quadam die inter
ceteros ab ipso in Xenodochium introducendos
alendisque, vir quidam tam horribili lepra de-
formatus, ut ceteri eius aspectum vix ferrent, ad-
venit. Quem vir Dei tanta maiori cura excepit,
fouitque, quanto reliqui eum vehementius horre-
bant. Postremo nocturnis tenebris ingruentibus,
apud se detinuit, & suo tegmine, quo ipsemet in
strato suo vti solebat, à nuditatis & frigoris iniu-
ria defendit. Ille autem hoc tegumento cooper-
tus, primum vbertim sudoris guttas emisit, & eue-
fugio lepra fugata sanitatem integram consecu-
tus est. Manè autem facto ad virum Dei venit, &
pro duplici pietatis bono sibi præstito immensas
gratias egit. At vir sanctus stupore pariter & ti-
more percussus, rogare eum cœpit, ne factum hoc
propalaret: ne ad ruinam sui, fauor eum popu-
lari palceret. Inter hæc cum fama virtutum eius
in ore omnium cum admiratione versaretur, Ri-
chardus, (cuius paulò ante mentio facta est) eius
amore acriter inflammatus, eum secum ad Virdu-
nense monasterium abduxit, vbi præclara ad-
modum summæ monasticæ vitæ perfectionis do-
cumenta omnibus reliquit.

Cum autem hoc modo alijs omnibus virtutis,
& doctrinæ exemplo præluceret, & plurimos ex
medijs mundi vanitatibus fluctibusque ad tutissi-
mum religionis portum deduceret, tùm sedulò
varia cum mente sua consilia pertractabat, quo-
modo dilectissimam matrem, marito iamdiu
orbizam ad eandem religiosæ vitæ felicitatem
(qua se cum incredibili gaudio in Domino frui
sentiebat) pertraheret. Mater cum esset pietatis
studio valdè dedita, facile huic filij sui consilio
acquieuit, & omnibus sui iuris tam liberis, quam

Charitas e-
ius erga le-
prosum.

Leprosus fa-
natur tegu-
mento S. Pog-
ponis.

Matrem suâ
ad vitam cœ-
nobiticam
perducit.

mancipijs posthabitis ad cenobiticam vitam cum eo migravit. Viridunum igitur se contulit, ubi facto suarum virium, certaminumque periculo tandem arduum solitariae, vitae institutum suscipit, & reliquum vitae cursum ab omni familiarum hominum congressu seclusa in pace peregit.

Non multo post Richardus Abbas ad sancti Vodalasti regimen, in locum Folradi, assumptus, Popponem ad societatem regiminis evocavit: certique de causis ad Imperatorem Henricum destinavit. A quo regia exceptus magnificentia, magnam sibi protinus, vitae sanctimonia, auctoritatem conciliavit. Accidit interim ut regia, Histronicis ludis perstreperet & spectaculis insoleresceret. Pugnatum quidam membra melle perunctus in certamen cum vrsis nudus descendebat: ingenique vitae periculum cum maxima regis voluptate subibat. Quod illic ut intellexit Poppo, regiam indignationem nihil veritus, voce maxima tam eum, quam optimates redarguit, ac gravitatem, sceleris severe illis ob oculos posuit. Tu, dicebat ad regem, aliorum sanguine oculorum tuorum volutpati deservies? Quid multis? Arguendo & obsecrando apud Imperatorem effecit, ut eliminatio huiusmodi spectaculis, moribus vero Imperatore dignis aula nitesceret. Eo autem ex monasterio, in quo praeclaram cum summa prudentiae laude operam navauerat, Viridunum remissus fuit: & patrum consilio, ut ad rerum infirmarum administrationem reiectus, sese deprimere, & infimis quae ut summis delectari assuescere, nihil fuit viro solidis fundato virtutibus facilius. Sui ipsius contemptor praecipuus, vilissimam lubens obibat ministeria, paratus ad extremum vitae spiritum servitijs incumbere. Qua animi

S. Poppo, Henricum Imperatorem reprehendit.

Probat eum humilitas & patientia.

modestia ab omnibus iā satis superq; perspecta, Fit Abbas S. Mauritiij.
 fuit continuò ad sancti Mauritiij Abbatiam cum dignitate administrandam assumptus. Quæ cum ædificijs vilior, ruina in super multis in locis periclitaretur, sanctus Poppo funditus dirutam, modestis eam ædificijs instauravit: mutatoq; priore nomine VVaploi, Beloacum deinceps vocitavit.

Inter hæc tam grata religiosæ vitæ incrementa, apud Argentinam, Imperatorem Henricum aditurus, nouo fuit vir diuinus illustratus miraculo. Lupus è latebris fortè sylvarum proficiens, pastorem è regione greges pascentem inuasit, nimiaq; fame stimulante antè lanauit, quam suppetiæ misero adferri possent. Laniarum suoq; in sanguine volutatum in conspectum sancti Popponis detulerunt. Qui intimo mentis ardore pro sospitate viri Deum deprecans, benedictionis remedio eum ad pristinum corporis vigorem suscitasse fertur. Fuit hoc celebri omnium sermone diuulgatum, & cæcitates, quas vir ille retinuit, omnibus omnem dubitandi occasionem adimebant.

Lupus pastorem necat.

A. S. Popponis suscitatus

Post hæc Stabulensis monasterij Abbas Bertrannus mortis debitum persoluit, & Poppo Fit Abbas Stabulensis.
 ad eam dignitatem, summa Henrici Imperatoris voluntate capessendam, coactus fuit. Ibi dum ille fluxos quorundam monachorum mores superiore disciplina deuincire vellet, grauissimum multorum in se odium concitauit; sed vir Dei nullas hominum minas vel insidias timens, perrenxit strenuè, cum omni tamen modestia & mansuetudine, collapsa pietatis & monasticæ vitæ fundamenta restaurare.

Ff 4

Bienni-

Fit Abbas S.
Maximini.

Biennium in ea vinea laborauerat, cum Henrichoni Treuirensium apud sanctum Maximinum Abbati succedere, Imperatoris mandato cogitur, ubi similis in eum, imo grauior quorundam, cum insidiandi copiis, inuidia processit, eorum videlicet, qui à monasticis obseruationibus per abrupta deflexerant. Cum enim illicita sibi sub eo non licere conspicerent, consilia iniquitatis & sceleris plena de morte eius machinari cœperunt. Et quidem præter alia, non dico religiosorum, sed prophānorum etiam hominum auribus indigna, eo impietatis processerunt, vt recuperandæ libertatis perniciosæ ergò, toxico cibo potuque vitæ illius insidiarentur. Ille verò frustrata omni iniquorum malitia, teterissimi sceleris, lethalem cibum sine læsione sumsit.

Venenum vi
ro Dei non
nocet.

Eadem illa tempestate Imperij dignitas in discrimen armorum penè deuenerat. Conradus enim Henrici in imperio successor, Henricum Galliarum regem eiusdem dignitatis ac gloriæ petiorem agrè sustinebat, nec erat qui hostili animo de imperio contententes, in concordiam redigere posset. Magnatum, procerum, & doctorum omnium industria in eo frustra desudabat, cura ecclē S. Poppo non tantum eos ab intestinis bellis ad sanctissima pacis fœdera traduxit, sed Henricum regem adeo in sui amorem inflammavit, vt quidquid ab eo vellet, solo nutu impetraret. Conradus verò, vt re ipsa amoris, magnitudinem erga Popponem declararet, Argentinz ciuitatis episcopatum ei detulit, sed vir sanctus, qui tota mente honores omnes respuebat, non minus callidè quam humiliter eum dignitatis gradum declinauit. Cum enim Imperatoris auctoritate vehementer se yrgeri cerneret, non dubitauit dicere, se Henrici fi-

Subterfugit
episcopatu
Argentinen
sem.

rici filium esse, atq; ideo canonicis sanctionibus à Pontificia dignitate gradu arceri. Rex cum huius excolationis fictione erubesceret, tunc quidem contigit, sed postquam longè aliter se rem habere, & filium laici, militaris gloriæ laude præstantissimum, esse intellexit, acriter eum redarguit. Quod quidem ille tulit patientissimè. Imperator tamen cum ceruere eum omnibus virtutum maximarum ornamentis egregiè decoratum, curam ei plurimorum monasteriorum delegauit, quæ admirabili monastica disciplinæ splendore illustrauit.

Tandem post multos varijs in locis exantlatos labores, Atrebatensis quoque monasterij curam, Imperatoris mandato suscepit. Vbi cum pari omnium affectu, & summa beneuolentiæ & amoris significatione exciperetur, obitus sui diem haud procul abesse diuina reuelatione intellexit. Quare statim ad Stabulense monasterium perrexit, ut locus ille, in quo primo monastica vitæ fundamenta iecerat, eum etiam ex hac vita migrantem susciperet, & corpusculum suo gremio contineret. In itinere fuit à Marchiso, benignè ad monasterium, Martianas, suum inuitatus, ut curam eius susciperet; Quod quidem oneris magis inuitus, quam spontaneus subiit. Ibidem verò varijs dæmonum infestationibus eius constantia tentari grauius cœpit, quas ille insita virtute semper elusit, donec valida febrium vi correptus, atq; in exhausta doloribus fatigatus, rebus tandem omnibus rite dispositis, Deo spiritum reddidit.

Possit sanè hic sanctus admirandis virtutibus clarus, adeò ut post mortem, gratissimæ suauitatis fragrantia, ex sacro eius corpore manauerit; quæque olim viuenti, in virtutibus amplius flagraret, & nunc

Fit Abbas
cœnobij A-
trebatensis.

Marcianense
cœnobium.

Mortuus.

Odor suauif
simus ex cor-
pore defua-
si.

& nunc in carne ipsius redolere non cessauit. Po-
nus fuit multorum lachrymis ex eo loco in Stabule
se monasteriū inductum, & omnibus in locis pe-
quæ transeundum erat, ab vniuersis summis ho-
norum indicijs, & admirabili celebritate exce-
ptum. Tandem vt ad Scabulenſe monasterium pe-
uentum fuit, ingens clamor & eiulatus tam laico-
rum quam monachorum exortus fuit, nemoque
fuit qui non orbitatem suam in morte sancti viri
testaretur.

Varij, post
obitū claret
miraculis.

Cæterum quamuis corporali præſentia ſuis
ſubtractus eſſet, ſpiritu tamen & miraculorū vir-
te præclare adfuit; quod ſanè plurima ſanitarum
beneficia, quæ per eum Dominus operatur, abun-
dè teſtatur. Febricitantes, demoniaci, alijsque qui-
buſcunque oppreſſi languoribus, ad ſepulchrum
eius, Deo cooperante curantur. Vnum ex multis,
quod omnibus penè notum eſt, in medium profe-
ram, vt ex hoc fides credentium incaleſcat. Aeger
quidam hydropico morbo diu vexatus, ab occi-
denti plaga, adductus eſt in Baſilicam ſancti & A-
poſtolicæ viri Remacli, qui multis virtutibus ſum-
mæ præſentiam ibidem ſæpe declarabat. Hic igitur
cum ibidem magna fiducia cupitam diu ſalutem
preſtolaretur, accidit vt nocte quadam ſopore de-
preſſus, beatum Remaclum nimio ſplendore ra-
diantem ſibi aſſiſtere conſpiceret, qui eum admo-
nebat vt beati Popponis Abbatis ſepulchrum pe-
teret: & certiffimam ab eo ſalutē reciperet. Aeger
igitur euigilans, eo protinus vtcunque, portauit,
perrexit, & ardentiffimis precibus diuinum au-
xilium & miſericordiam, eius interuentu, implo-
rare cepit, cum ſubito virus omne, quod per
membra ac vitalia diffundebatur, conglomeratum,
magno vomitu per gutturis prorupit me-
tum.

rom. Scatimq; homo, qui penè desperatus aduenerat, in columis surrexit, & gratias agens Deo in sanctis eius Cōfessoribus, lectus ad propria repedauit.

ILLUSTRE MARTYRIVM B. POLYCARPI SMYRNIENSIS EPISCOPI: ex eo quod Eusebius, Pamphili, Lib. 4. c. 14. hysto. Ecclesiast. scriptum reliquit.

Occubuit autem glorioso certamine, anno Redemptionis nostri 169. Marci Aurelij & Lucij Veri Imp. 7. Aniceti verò Pontif. Rom. 3.

Vide Cæf. Baron. Ann. Tom. 2.

BEATVS Polycarpus sacrosanctæ fidei mysterijs ab ipsis Apostolis imbutus, & ad Smyrnenis ecclesiæ episcopatum destinatus, dignum institutione Apostolica & doctrina cursum peregit. Dum Anicetus Romanæ ecclesiæ gubernacula moderaretur, Romam ipse aduenit: ortam de celebrando Paschatis die controuersiam sopit. Nec fuit inanis labor, ut potè qui Romæ non solum exèplo virtutum & eximia vitæ sanctimonia cunctis præluxerit, sed hæreticorum plurimos ad veram orthodoxamque fidem reduxerit. Testabatur, id quod res erat, se purissima veræ fidei documenta ab ipsis hausisse Apostolis, hortabaturq; errantes mortaliū greges, ut pestiferas sectas, animarū pestes omni studio & cautela deuitarēt. Hinc & ipsè hæresiarchas oēs cane peius & angue deuitans, Marchioni ad se quādoq; veniēti, dicētiq; rogātiq;: Nolte nos amabo, respōdit: Noui eqdē primogenitū Satane. Hauserat hoc dubio procul vir diuinus ab Apostolis, qui hominem hæreticum & Catholicæ fidei quemlibet adulterū, omni studio vitandum censuerunt. Sic planè dilectus domini, cū B. p. ad balnea se cōferret & Cerinthū intus conspiceret, tactus quasi ab angue, solo cōspectu pedē retraxit

Polycarpus venit Romā

Hæretici sūmo studio deuitandi

Tit. 3.

Ioannes Apostolus quæ vitari Ce-xinthum.

464 ILLVST. MART. B. POLYCARPI
retraxit, hortatusque est alios, ut inde se ocqu
protiperent, ne balneum in quo veritatis adoe
sarius agebat, subita ruina omnes opprimeret. Pa
ri cautione Gentium Doctor, perfidos ecclesia
lios deuitandos docet; nam euerfo salutis funda
mento, obdurata mente in pestem perniciosam
properant sempiternam. Vnde strenue semper di
uinus Polycarpus tum dictis, tum scriptis pestife
ras opiniones infectatus est: purissimumque do
ctrina Apostolica laticem in populum effudit.
Inter alia preclara illius ad Philipenses est epi
stola, sincera fidei radians lumine, quam etiam
constantis sanguinis sui effusione consignare non
dubitauit.

Tito 3.

Nam cum Asia maximis persecutionum pro
cellis turbaretur, ille fidei ac veritatis columna a
nimo non solum stetit, sed nutantes egregie con
firmavit. Raptabantur enim certatim ad horren
da valde supplicia fideles, qui tam celsis & ere
ctis animis fidei certamen sustinebant, ut in maxi
mam sui admirationem & stuporem gentiles ad
ducerent. Nam qui tam iniquo & crudeli specta
culo intererant, cum cernerent alios flagris ad in
timas vsque venas & arterias dilaceratos, sic ve
iam viscera, aliaque occultiora membra intimis
corporis recessibus abdita, oculis subijcerentur;
alios buccinorum testis e mari deportatis, & la
pillis quibusdam praecutis substratis afflicto, &
per quodque suppliciorum genus raptatos, bellij
denique immanibus ad dilaniandum traditos, cu
inquam hac inuicta animi virtute, eos superat
cernerent, incredibili propè admiratione obstu
pescebant. Inter quos Germanicum quendam exi
mia & singulari constantia, facile primas tulisse
memorat. Nam cum proconsul etatem illi suam
propo

Eximia mar
tyrū constā
tia in Asia.

Varia suppli
ciorum ge
nera.

Germanici
martyris ma
gnanimitas.

proponeret, & blandiēs flagitaret, ut in ætatis flore sui ipsius misericordiam caperet, ille abiecta cunctatione feram parato animo ad se attraxisse, & propē vi in corporis sui laniatum impulsisse fertur, quō celerius iniusta & impia huius vitæ vinculis solneretur. Verūm quanquam vniuersa multitudo cum diuini huius martyris, tum reliquorum omnium athletarum virtutem vehementer suspiciebat, tamen phanatico quodam spiritu cōclamabatur. Tolle impios, quærat Polycarpus. Cumque in conquirendis vndique Christianis turba perseveraret, Phryges quidam, nomine Quintus, qui nuper è Phrygia aduentauerat, visa ferarum immanitate, & terribili, martyrum cruciatu molli & fracto animo prodita salute manus præ ignauia dedit. Certè non ille prudenti prouidoque animo, sed temerè & seipentino quasi verito incitatus cum alijs ad tribunal iudicis ascendere, qui deprehensus prima fronte & euidens omnibus exemplum proposuit, ne inconfidate & imprudenter huiusmodi rebus se aliquando obijcerent.

Phryges quidam Quintus nomine timore cruciatu defecit à Christi fide.

Virtus & Cōstantia Polycarpi.

Viso Polycarpi.

Ceterum Polycarpus qui maximam omnibus admirationem sui excitabat, auditis hisce martyrum certaminibus pacato & tranquillo animo per omnia sui similis perficit. Et quamuis immota animi sententia iniquam ciuitatē deserere decreuisset, victus tamē familiarium precibus ad villam non longè ab vrbe distantem concessit: vbi consuetis precibus die nocteque tranquillam à domino pacem ecclesijs flagitabat. Et quidem triduo antè, quam præhenderetur, inter ardentissimas preces somno oppressus, vidit secundum quem etem cervical flammis accensum derepentè consumi conficique. Qua quidem visione è somno excitatus

466 ILLVST. MART. B. POLYCARPI
citarus, futurorum haud ignarus suis praedixit ne-
cessarijs, se flammaram incendijs corpori cir-
cumiectis, vitam pro Christo profundere opo-
tere.

Martyrium
praedicit.

Proditur.

Benignitas
eius in Li-
stros.

Igitur cum daemónū satellites nullis nō infidā
ad necē eum inquirerent ille, quanquā martyrij
audus, rursus tamen fratrum cessit amoraliam-
que sese in villam transtulit. Quò vt furibunda
mente indagabundi peruenērunt, duos loci istius
pueros comprehēderunt, è quorum altero im-
mani crudelitate sanctissimi viri proditiōem ex-
torserunt. Nec mora. Impetu in hospitium factō
intellegerunt eum in superiori conclauī assidete.
Ille verò cognito eorum aduentu: patentem non
modo fugam non arripuit, sed vltro per gradus
eis obuiam processit, tam placido vultu atque se-
reno, vt impietatis ministri stupore defixi, sibi mu-
tuo dicerent, Tanta nē festinatio in hoc sene com-
prehēdendo suscipienda erat? Grandæua enim
ætas, venerandis vndique canis aspersa, ipso con-
spectu eorum petulantiam comprimebat, & ser-
monis præcipuè grauitas commouebat. Cæterum
hilari animo mensam ipsis actutum apponi, ac
large omnia suppeditari iussit, hoc interim tem-
poris spatio ardentissimis precibus Domino cer-
tamen suū cōmendans. Facto precandi sine, & re-
ductis ad memoriā omnibus quæcunq; sibi in vita
quandoq; cōrigissent, siue magna illa, siue exigua,
siue gloriosa, siue ingloria, & tota deniq; ecclesia
per orbē precib. Deo commendata, ad satellites
rediit tāq; eximia cumulatū gratia, vt pluri-
mi tali virtute senē ad mortē rapi vehemēter con-
dolescerēt. Porro instāte iā abeūdi hora satellites
eū asino impositū, urbē versus die festo magni sab-
bathi deduxerūt. Prodiērent obuiam illi Herodes
qui

qui prefectus pacis dicebatur, & parēs illius Nicetes; qui ut illum in rhedam ad se, transtulerunt, propter eum assidentes persuadere conati sunt ut sacrificaret. Illo verò nullum primò responsum dante, acrius insistere. Instantibus autem Polycarpus impia eorum consilia se admissurum negavit. Tunc uterq; oneratum prius contumelijs sanctū è curru precipitauerunt, tanta vehementia ut tibiam post se lacerā læsamq; traheret. At ille tantillæ injuriæ negligens, ductatus deinde à satellitibus ala crianimo ad stadium profectus est. Ingressi stadium vox cœlitus delata fertur; fortis esto Polycarpe & excelso animo rem gere. Et quidem audita à multis vox, sed visus nemo. Inter hæc, illo ad iudicem deducto, ut innocuit Polycarpum esse comprehensum, ingens tumultus excitatus est. Procinus adfuit Proconsul qui sciscitatus est. Tunc es Polycarpus. Polycarpus se eundem esse fatebatur.

Præcipitatus inhumaniter de curru

Cōfirmatur voce cœlitus delapsa.

Tum suadere Proconsul, ut Christum negaret, sic locutus; Reuerere ætatem tuam; & alia his similia, quæ ab eiusmodi viris dici solent. Iura per Cæsaris fortunam, Respice, dic: Tolle impios.

sisitur tribunali.

Polycarpus graui & constanti vultu in vniuersam multitudinem, quæ erat in stadio, intuens, & manum versus eos intendens, cum gemitu oculis in cœlum sublati, dixit. Tolle impios. Præsidi cum amplius instaret, diceretque. Jurato, conuicij Christum afficito; & te dimittam: respondit Polycarpus, Octoginta sex annos illi iam inserui, & nullo me hætenus affecit incommodo, quomodo igitur regem meum, qui me ad hoc vitæ tempus seruauit incolumem, contumeliosis verbera possum afficere? Proconsule denuo urgente ac di-

Præclarum responsum.

468 ILLAST. MVRT. B. POLYCARPI
ac dicente, iura per Cæsaris fortunam. Polycarpus, si, inquit, ad inanem ostentationem requirit, ut per Cæsaris fortunam iurem (sic enim vocas) me qui sim ignorare præ te fers, sic, ut liberè & ingenuè loquar, accipito; Christianus sum. Quod si placet Christiani, professionem cognoscere, da mihi diem, & audies. Tum pro cōsul, istud, inquit, persuade populo. Tibi equidem, inquit, Polycarpus, rationem & sententiam meam (magistratus & potestatibus à Deo constitutis, eum honorem, qui nostrorum animorum saluti, nostræque religioni nihil afferat detrimenti, pro dignitate tribuere docemur) impertire non grauior: sed illos non satis dignos existimo, quibus de fide nostra per responsum satisfaciam. Et pro cōsul, Bestias, inquit, habeo in promptu, istis te obijciam laniandum, nisi te maturè pœnituerit. Accerte, inquit, nam nobis rata ac decreta stat sententia, & multum ab eo absumus, ut aliquando animo mutato nos meliorum pœniteat, quo deteriora sequamur. A sæuitia & crudelitate ad æquitatem & modestiam traduci, est sanè pulchra mutatio.

Ad quem rursus pro cōsul: Te, inquit, ardentibus flammarum incendijs domitum & mansuetum reddam, si bestiarum laniatus contempnas, & non respicias ocyus. Tum Polycarpus, Ignem, inquit, mihi minitaris, qui ad tempus exardescit quidem, sed paulò post penitus extinguitur. Verum ignem illum futuri iudicij; ad perpetuum impiorum supplicium, & cruciatum reseruatam, omnino ignoras. Sed quid cunctaris? profer bestias, aut aliud quod lubet. Ista & alia complura locutus, tanto vultus decore & gratia imbutus est, tantæque animi fidentia & alacritate expletus, ut his quæ essent ei tam minaciter obiecta, non modo,

Mira vultus
gratia inter
minas.

non conturbatus succumberet, sed contra ipsum proconsulem, admirabili sua constantia & gravitate prorsus obstupesceret. Proconsul præconem nihilominus misit, qui in medio stadio istud ter predicaret: Polycarpus professus est se Christianum esse. Quæ vox cum esset à præcone emissa universa tum gentium, tum Iudæorum multitudo, qui Smyrnam incolebant, animi impetû & bile effrenata exardescens, alta voce clamare; iste est Afix doctor, iste Christianorum pater, iste notorum Deorum eversor, iste denique est, qui a deo multos perdocuit, ut neque dijs sacrificent, neque eos adorent. Quæ cum essent locuti, vociferari & rogare Philippum munerarium, ut leonem, qui Polycarpum discerperet, emitteret. Hic verò respondere, non esse ei integrum, quoniam iam ferarum certamina confecta erant. Tunc illis visum est, vno consensu clamando instare, ut Polycarpus vivus in rogam conijceretur, ita enim factum oportuerat, ut visio quæ de cervicali ei apparuerat, compleretur. Frequens itaque hominum turba, & ex officinis & ex balneis ligna fermentaq; acturû coaceruabat; & Iudæi quidem ad hoc facinus (sic enim illorum mos in eiusmodi negotio erat) operam propensiore animo conferebant.

Clamor gentium & Iudæorum contra Polycarpum.

Verum ubi rogus extractus & paratus erat, Polycarpus soluto cingulo & omnibus vestibus exutis, calceos etiam sibi extrahere cœpit: quod quidem antea non aliquando facere consueverat, propterea quod singuli fideles magno studio inter se contendebant, quis primûm ei in eo munere inserviens, corpus illius posset contrectare. Nam in toto ætatis curriculo, etiam ante caniscentiam, propter vitam honestè actam, probeque

Honestissima Polycarpi vita.

Gg

mora

470 ILLVST. MART. B. POLYCARPI
moratā, magnopere colebatur. Paulò post igitur
inſtrumenta, quibus in rogo firmè teneretur, appa-
rata corpori illius circūijciuntur. Et cū illum cla-
uis vellent affigere, dixit: Sinite me hoc modo.
Nam qui mihi patientiam ad ignis flammas ſuſti-
nendas pro ſua clementia largitur, largietur etiā,
vt ſine commiſſuris clauorum, quibus me affigere
ſtauitis, conſtans abſq; vlla corporis commocio-
ne rogo adhæreſcam. Idcirco eum non clavis, ſed
vinculis ſolū colligârunt. Qui manibus à
tergo circumplacatis conſtrictisq; tanquam a-
ries inſignis, ex immenſo grege delectus, vholo-
cauſtum gratum acceptumq; fieret Deo omni-
potenti, ſic locutus eſt: Pater dilecti & benedicti filij
tui Ieſu Chriſti, per quem tui cognitionem acce-
pimus: Deus Angelorum & Potēſtarum, Deus
totius creaturæ & iuſtorum, cuiusque generis, qui
viiunt in conſpectu tuo, gratias tibi ago, quod me
huius diei & horæ, celebritate donasti, in qua cum
in martyrū numero, tum in calice paſſionis Chri-
ſti tui, tormentorum particeps ſiam, in reſurrectio-
nem vitæ æternæ, tam animæ quam corporis, per
immortalem Spiritus ſancti virtutem, inter quos
queſo martyres hodie in conſpectu tuo pro hoſtia
pingui & accepta admittar, ſicut præparati,
præſignificasti, & iam tandem compleuiſti,
qui verus Deus es, & omnis mendacij expertus.
Ac propterea præ cæteris omnibus te laudo, te be-
nedico, te glorifico, per Ieſum Chriſtum dilectum
filium tuum, Pontificem æternum, ſper quem tibi
cum eo in ſpiritu ſancto gloria nunc & in futura
ſecula ſeculorum. Amen.

Hac voce, Amen emiſſa & orandi ſine ſacto,
carnifices, quibus ignis extruendi cura impone-
batur, rogam incenderunt. Quib; ardentem
ſiam.

Oratio S.
Polycarpi

flammas effuderat, miraculum ingens illis, quibus idem videre à Deo concessum fuit, qui quæ gerebantur, cæteris fidelibus verè in posterum narranda, erant reseruari viri, visum est. Ignis enim fornicis speciem gerens, tanquam velum nauigij ventorum flatibus turgescens, corpus martyris vndique obuallabat. Ille in medio constitit, non tanquam caro exusta, sed tanquam aurum & argentum, in camino ignis ardore probatū. Quin etiam tantum & tam fragrantem odorem inde hauriebamus, vt idem, velut ex thure odorifero; aut alio quouis precioso aromate, efflatus videretur. Ad extremum igitur, cum nefarij & impij homines eius corpus ab igne minimè posse consumi viderent, carnifici mandata dederunt, vt propius ad rögum progressus, illum ense stricto confoderet. Qua re confecta, tanta cruoris copia effluxit, vt ignem prorsus exstingueret, & vniuersa multitudo quæretet secum magna cum admiratione, vtrū tantum esset discriminis inter infideles & electos, ex quorū numero iste Polycarpus vnus erat, vir nostris temporibus omnium facilè præstantissimus, Catholicæ Smyrnenfis ecclesiæ Episcopus, doctor Apostolicus & propheta pius. Nam quodcumq; verbum ex eius ore exibat, idem vel ià expletum erat, vel postea pro certo explendum. Inuidas, odiosus, & iustorum hominum generi semper infestus diabolus, cum martyrij eius amplitudinem, cuique incorruptam & integrā vsque à temeris vnguiculis viuendi rationē immortalitatis corona remuneratā, eūq; ipsum propterea stabili & certo præmio vitæ æternæ donatū cerneret, omni cura & cogitatione eo incubuit, ne corpus eius à nobis inde auferretur, idq; ad eò cū permulti è nostris per magna cupiditate ducerentur & huius

Insigne miraculum.

Non leditur ab igne

Ense confoditur.

Nota quam cupiant.

Hg 2.

rei effi

Christiani
eius habere
reliquias.

472

VITA S. PAVLAE

rei efficiendæ, & sanctæ illibatæque carnis per-
fruendæ.

Cadaver e-
ius igne con-
sumitur,

Ossa eius re-
uerenter re-
ponuntur.

Nam certi homines Nicete, patrem Herodis,
Dalce fratrem, submonebant, vt Præsidentem exora-
ret, ne corpus eius cuiquam daret, ne Christiani
dicebant, crucifixo illo derelicto, hunc venerari
incipiant. Atque hæc Iudæis submonebantibus obni-
xeque instantibus, aggressi sunt. Iudæi autem nos,
quibus in animo erat illum ex igne eximere, ac-
curatè obseruabant. Centurio autem cum vide-
ret Iudæos instare contentius, corpus martyris in
medio poni, & vt gentium mos fert, igni combu-
ri iubet. Sic nos postea ossa eius potiora, lapillis
preciosis auroque puriora, ex cineribus selecta eo
loco reposuimus, qui illis erat decorus consenta-
neusque. Ista de beato Polycarpo, qui Smyrnæ
martyrium obiit, cum alijs duodecim ex Phila-
delphia profectis, qui idem genus mortis luben-
tes pertulerunt, literis mandata sunt. Qui solus
præ cæteris multo maxima nominis celebritate
apud omnes floruit, vsque adeo vt ipsi gentibus
vbique locorum frequens in ore & sermone
versetur. Talem quidem exitum res ab admi-
rabili & apostolico Polycarpo gestæ, tandem con-
secutæ sunt.

Vide Caf.
Baron Ann.
Tom 5, &
not in mat-
tyr. Rom.

VITA S. PAVLAE NOBILISSIMAE
Romane Viduæ, ex ea quam B. Hieronymus ad filiam
eius Eustochium epist. 27. præclarè conscripsit. Obijt
autem Anno à partu virgineo 404. Innocentijs
Rom. Pontif. 3. Aetatis verò suæ circa 57.
Arcad. & Honor. Imperato-
rum 10.

16. Ianuar.

SANCTA ac venerabilis Paula nobilis gene-
re, sed multo nobilior sanctitate, potè quon-
dam di-

Genus s.
Pauli & pa-
tria.

dam diuitijs, sed nunc Christi paupertate insigni-
 or, Gracchorum stirps, soboles Scipionum, Pauli
 hares, cuius vocabulum trahit, Martiæ Papyriæ,
 matris s. fricani, vera & germana progenies: Ro-
 ma prætulit Bethleem, & auro tecta fulgentia in-
 formis luti vilitate mutauit; Non maremus,
 quod talem amisimus, sed gratias agimus quod
 talem habuimus. imò habemus. Deo enim viuunt
 omnia; & quidquid reuertitur ad Dominum, in
 familia numero computatur. Quanquam amif-
 so illius cælestis domus habitatio sit; qua quam-
 diu in corpore fuit peregrinata est à Domino, &
 voce semper flebili conquerebatur; Heu mihi
 quia incolatus meus prolongatus est, habitau-
 cum habitantibus Cedar, multum peregrinata
 est anima mea. Cupio dissolui & esse cum Chri-
 sto. Quoties autem infirmitate corpusculi (quam
 incredibili abstinentia & duplicatis contraxerat
 ieiunij) vexabatur hoc in ore volebat; Subijcio
 corpus meum, & in seruitutem redigo: ne alijs
 prædicans, ipsa reprobata inueniar. Inter doloris
 aculeos, quos mira patientia sustinebat, quasi a-
 pertos sibi coelos adspiceret, loquebatur; Quis
 dabit mihi pennas sicut columbæ & volabo & re-
 quiescam? Vis lector breuiter eius scire virtutes?
 Omnes suos pauperes, pauperior ipsa dimisit.
 Nec mirum de proximis & familiola, quam in v-
 troque sexu de seruis & ancillis in fratres soro-
 resque mutauerat, ista proferre; cum Eustochium
 Virginem & deuotam Christo filiam: procul
 à nobili genere sola fide & gratia, diuitem reli-
 querit.

Alij alius repetant, & à cunabilis eius, ipsis-
 que (vt ita dicam) crepundijs matrem Blesillam
 & Rogatum proferant patrem; quorum altera
 Gg ε Scipio-

2. Cor. 5.

Desiderium
moriendi.
Psal. 119.
Philipp. 1.
Admiranda
eius absti-
nentia.
1. Cor. 9.

Eximia ei-
us patientia.

Psal. 54.
Voluntaria
paupertas
eius.

Scipionum Gracchorumque progenies est: alter per omnes ferè Græcias vique hodie stemmatibus & diuitijs, ac nobilitate Agamemnonis fertur sanguinem trahere, qui decennali obsidione Troiam deleuit. Nos nihil laudabimus nisi quod propriū est, & de purissimo sanctæ mentis fonte profertur. Tali igitur stirpe generata, iuncta est viro Toxotio AENEÆ & Iuliorum altissimū qui sanguinē trahit. Vnde etiam filia eius Christi Virgo Eustochium, Iulia nuncupatur, & ipse Iulius à magno demissū nomen Iulo. His, inquam, orta maioribus & fecunditate ac pudicitia probata, primum viro, deinde propinquis & totius vr̄bis testimonio, quinque **Liberi eius.** liberos edidit, Blefillam, super cuius morte eam Romę consolatus sum, Paulinam, quæ sanctum & admirabilem virum, & propositi, & rerum suarum Pammachium reliquit hæredem, Eustochium, quæ nunc in sanctis locis virginittis & Ecclesiæ monile pretiosum est; Rufinam, quæ immaturo funere pium matris animum conseruauit, & Toxorium.

Iungitur
Toxotio
viro.

Postquam vir mortuus est (quem ita planxit, ut propè ipsa moreretur) ita se conuertit ad Domini seruitutem, ut omnes penè diuitias in pauperes erogaret. Quis inopum moriens, non illius vestimentis obuolucus est? Quis clinicorum non eius facultatibus sustentatus est? quos curiosissime tota vr̄be perquirens, damnum putabat si quisquam debilis & esuriens cibo sustentaretur alterius. Spoliabat filios, & inter obiurgantes propinquos maiorem se eis hæreditatem Christi misericordiam dimittere loquebatur. Quid in cunctos clementissimum animum & bonitatem etiam in eos, quos nunquam viderat, euagantem commemorem? Nec diu potuit excelsi apud seculum generis & nobilissimi.

Sûma eius
benignitas
in pauperes

nobilissimæ familiæ visitationes & frequentiam
sustinere. Mærebat honore suo, & ora laudantium
declinare ac fugere festinabat. Cumque Orientis
& Occidentis episcopos ob quasdam ecclesiarum
diffensiones Romam Imperiales literæ contraxif
sent, vidit admirabiles viros. Christi que Pontifices
Paulinum Antiochenæ vrbis episcopum, & Epi-
phanium Salaminæ Cypri, quæ nunc Constantia
dicitur, quorum Epiphanium etiam hospitem ha-
buit, Paulinum in aliena manentem domo, quasi
proprium humanitate possedit. Quorum accensa
virtutibus, per momenta patriam deserere co-
gitabat, non domus, non liberorû, nò familiæ, nò
possessionum non alicuius rei, quæ ad seculû per-
tinet, memor, sola si dici potest, & incomitata ad-
eremum Antoniorum atque paulorum pergere
gestiebat. Tandemque exacta hyeme, aperto mari,
redeuntibus ad ecclesiæ suis episcopis, & ipsa vo-
to cum eis ac desiderio nauigavit. Quid ultra dif-
fero? Descendit ad portum, fratre, cognatis, affini-
bus, & quod his maius est, liberis prosequentibus,
& clementissimam matrem pietate vincere
cupientibus. Iam carbasa tenebantur, & remo-
rum ductu navis in altum protrahebatur. Par-
vus Toxorius supplices manus tendebat in li-
tore. Rufina iam nubilis, vt suas expectaret nu-
ptias, tacens fletibus obsecrabat, & tamen illa sic-
cor ad cælû tendebat oculos, pietatē in filios, pie-
tate in Deû superans. Nesciebat se matrē vt Chri-
sti probaret ancillâ. Torquebantur viscera & qua-
si a suis membris distraheretur, cum dolore pu-
gnabat. & amorem filiorum maiore in Deû amo-
re contemnens, in sola Eustochio, quæ & propositi
& nauigationis eius comes erat, acquiescebat.

Gg 4

Sulca

Aliena a s
AmbitioneEpiphanius
Hospes S.
Paulæ.Nota forti-
tudine ani-
ma in tantâ
matrona.

Sulcabat interim nauis mare, & cunctis, qui ea vehebantur, littora respicientibus, ipsa avertos tenebat oculos, ne videret, quos sine tormento videre non poterat. Fateor nulla sic amavit filios quibus antequam proficisceretur, cuncta largita est, exhaeredans se in terra, vt hereditatem inueniret in caelo.

Flauillie
Domitillae
exilium.

S. Paula
multa largi-
tur mona-
chis Cypri.

Sancta loca
& mona-
chorum cel-
lulas S. Pau-
la visitat.

Delata est ad insulam Pontiam quam clarissimam quondam foeminarum sub Domitiano Principe pro confessione nominis Christiani, Flauiae Domitillae nobilitauit exilium, vidensque cellulas in quibus illa longum martyrium duxerat, sumptis fidei alis, Hierosolymam & sancta loca videre cupiebat. Tandem post Rhodum & Lyciam, vidit Cyprum, vbi sancti & venerabilis Ephanij pedibus proculata, decem ab eo diebus tentata est: non in refectioem, vt ille arbitrabatur, sed in opus Dei, vt re comprobatum est. Nam omnia illius regionis lustrans monasteria, prout potuit, refrigeria sumptuum fratribus dereliquit, quos amor sancti viri de toto illic orbe co-duxerat. Inde breui cursu transfretauit Seleucia, de qua ascendens Antiochiam, sancti Confessoris Paulini modicum charitate detenta, media hyeme, calente ardore fidei, foemina nobilis, quae prius Eunuchorum manibus portabatur, a se sedens profecta est. Omnia deinde loca, quae sacris voluminibus continentur, eximia quadam pietate & incredibili in sanctos munificentia visitauit. Per singulos sanctos Christum se videre credebat: & quicquid in illos contulerat, in Domino se contulisse laetabatur. Mirus ardor & vix in foemina credibilis fortitudo. Oblita sexus & fragilitatis corporeae, inter tot millia monachorum cum puellis suis habitare cupiebat; & fortitan cun-

tan, cunctis eam suscipientibus impetrasset, ni-
maius sanctorum locorum retraxisset desideriu.
Tandem in sanctam Bethleem læta perueniens,
ibi perpetuo mansura, angusto per triennium
mansit hospitio, donec extrueret cellulas ac
monasteria, & diuersorum peregrinorum iuxta
viam conderet mansiones in qua Maria & Ioseph
hospitium non inuenerant.

Conditio
nasteria in
Bethleem.

Ibidem tanta se humilitate deiecit, vt qui
eam non vidisset. & pro celebritate nominis vi-
dere gestisset. ipsam esse nō crederet. sed ancilla-
rum virginitatem; & cum frequentibus virginum
choris cingeretur. & veste. & voce & habitu & in-
cessu minima omnium erat; Nunquam post viri
mortem vsque ad diem dormitionis suæ, cum vl-
lo comedit viro, quamuis eum sanctum & in
Pontificali sciret culmine constitutum. Balneas,
nisi periclitans, non adiit. Mollia, etiam in grauif-
sima febre, lectuli strata non habuit; sed super
durissimam humum stratis ciliciolis quiescebat;
si tamen illa quies dicenda est, quæ iugibus pen-
orationibus dies noctesque iungebat. Leuia pec-
cata ita plangebat vt eam grauissimorum crimi-
num crederes reā. Cūque à nobis crebrius mone-
retur, vt parceret oculis. & eos seruaret euāgelicę
lectioni, aiebat. Turpanda est facies, quam contra
Dei præceptum purpurisso & cerussa & stibio sa-
pè depinxi. Affligendum corpus, quod multis va-
cauit delictis. Longus risus, perpeti compen-
dus est fletu. Mollia linteamina, & serica pretio-
sissima, asperitate cilicij commuanda. Quæ viro
& sæculo placui, nunc Christo placere desidero.

Eius humi-
litas.

Scatum eius

Digni Penā
tentiz fru-
ctus.

Castitas in-
signis.

Si inter tales tantasque virtutes castitatem in
illa voluero prædicare, superfluous videar; in qua
etiam cum secularis esset, omnium Romæ matro-

Gg s narum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Liberalitas.

2. Cor. 8.

narum exemplum fuit; quæ ita se gessit, ut nunquã de illa etiam maledicorum quicquam auderet fama confingere. Nihil animo eius clementius, nihil erga humiles blandius fuit. Si pauperem videbat, sustentabat; si diuitem ad benefaciendum hortabatur. Liberalitas sola excedebat modum. Fator errorem meum. Cum in largiendo esset profusior, arguebam, illud proferens de Apostolo: Non ut alijs sit refrigerium, vobis autem tribulatio; sed ex æqualitate in hoc tempore, ut vestra abundantia et ad illorum inopiam, & illorum abundantia sit ad vestram inopiã. Et providendũ esse, ne quod libenter semp̄ facere nõ posset, multa huiusmodi, quæ illa mira verecundia & sermone parcissimo dissoluebat, testem inuocans Deum, se pro illius nomine cuncta facere; & hoc habere voti, ut mendicans ipsa moreretur: & vnum nummum filix non dimitteret, & in funere suo aliena sindone inuolueretur. Ad extremum sic inferebat; Ego si petiero, multos inueniam, qui mihi tribuant; iste mendicans si à me non acceperit, quæ ei positi etiam de alieno tribuere, & mortuus fuerit, à quo eius anima requiretur; Ego cautiorem in re familiarari esse cupiebam: sed illa ardentior fide, toto Saluatori animo iungebatur, & pauperem Dominum pauper spiritu sequebatur, reddens ei quod acceperat, pauper pro ipso effecta. Denique consequuta est quod optabat, & in grandi ære alieno filiam dereliquit, quod hucusque debens, non suis viribus, sed Christi se confidit misericordia reddituram.

Verum hæc possunt esse communia cum multis, & scit diabolus non in summo virtutum culmine posita. Scimus plerosq; dedisse eleemosynam, sed de proprio corpore nihil dedisse; Porrexisse egenti.

egentibus manum. sed carnis voluptate superatos; dealbasse ea, quæ foris erant, & intus plenos fuisse ossibus mortuorum. At non Paula talis; quæ tantæ continentiæ fuit, ut propè mensuram excederet & debilitatem corporis nimis ieiunijs ac labore contraheret. Quæ exceptis diebus festis vix oleû in cibo caperet: ut ex hoc vno existimetur qd de vino & liquamine, piscibus & lacte & melle & ouis & reliquis, quæ gustui suavia sunt, iudicaret.

Semper quidem virtutes sequitur invidia, feruntque summos fulgura montes. Suscitauerat ei Dominus Adad Idumæum, qui eam colaphizaret, ne se extolleret; & quasi quodam stimulo carnis sæpius admonebat, ne magnitudo virtutum altius raperet, & aliarum vitiiis sceminarum se in excessu crederet constitutam. Ego aiebam, liuori esse cedendum, & dandæ insanix locum; quod fecisset Iacob in fratre suo Esua, & Dauid in pertinacissimo inimicorum Saul; quorum alter in Mesopotamiam fugerit, alter se Allophylistra diderit, malens hostibus, quam inuidis subiacere. At illa respondebat; Iustè hæc diceret, si diabolus contra seruos Dei & ancillas non vbique pugnaret, & ad omnia loca fugientes non præcederet; si non sanctorum locorum amore retineret. & Bethlehem meam in alia possem reperire parte terrarum. Cur enim non patientia liuorem superem? Cur non humilitate frangam superbiam, & percutienti maxillam offeram alteram? Nonne apostoli gloriabantur, quando pro Domino sunt passi contumeliam? Beati dicuntur in Euangelio, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Secura sit conscientia quod non propter peccata patiamur: & afflictio in seculo materia præmorum est.

Invidia virtutium comes.

Genes. 27.
1. Reg. 27.

Actor. 5.
Mathei 5.

Noui

Sufurriones
perniciosif-
simi.

1. Corinth.

4.

1. Corinth.

1.

Multas vir-
gines collig-
it in mo-
nasterijs.

Frequentat
Psalmodia.

Industria e-
ius.

Humanitas
in egrotos.

Novi sufurrionem quendam (quod genus ho-
minum perniciosissimum est) quasi beneuolum
nunciasset, quod pro nimio feruore virtutum qui-
busdam videretur insana, & cerebrum illius dice-
rent confouendum. Cui illa respondit; Theatrum
facti sumus mundo, & angelis & hominibus. Et
Nos stulti propter Christum, sed stultum Dei, sapi-
entius est hominibus.

Dicam & de ordine monasterij, quomodo san-
ctorum continentiam in suum verterit lucrum. Se-
minabat carnalia, vt meteret spiritualia; dabat
terrena, vt caelestia tolleret, breuia concedebat, vt
pro his aeterna mutaret. Post virorum monasterium,
quod viris tradiderat gubernandum, plures Virgi-
nes, quas e diuersis prouincijs congregarat, in tres
turmas monasteriaque diuisit, ita dumtaxat, vt in
opere & in cibo separatae, psalmodijs & orationi-
bus iungerentur. Mane, hora tertia, sexta, nona, ve-
spere, noctis medio, per ordinem Psalterium can-
bant, nec licebat cuiquam fororum ignorare psal-
mos, & non de scripturis sanctis quotidie aliquid
discere. Vnus omnium erat habitus. Linteami-
ne ad tergendas, solum manus utebantur. Si qua
tardior vel veniebat ad psalmos, vel erat in opere
pigrior, varijs eam modis aggrediebatur. Si erat i-
racunda, blanditijs, si patiens, correptione. Exce-
pto victu & vestitu, nullam habere quicquam pa-
tiebatur. Iurgantes inter se, sermone lenissimo so-
derabat. Lasciuientem adolescentularum carnem
crebris & duplicatis frangebatur ieiunijs, malens eis
stomachum dolere, quam mentem. Quod inter
seculi homines vel leue putatur vel nihil, hoc in
monasterijs grauissimum dicebat esse delictum.
Quid memorem clementiam & sedulitatem in e-
grotantes, quas miris obsequijs & ministerijs con-
fouebat

fouebat: Cumque alijs largientibus largè præberet
 orna, & esum quoque exhiberet carniū: si quā-
 do ipsa egrotasset, sibi nō indulgebat; & in eo in-
 qualis videbatur, quod in alijs clementiam, in se
 duritiam commutabat. Referam quod expertus
 sum. Mense iulio feruentissimis estibus incidit in
 ardorem febris, & post desperationem, cum Dei
 misericordia respirasset, & medici persuaderent
 ob refectiōem corporis vino opus esse tenui &
 parco, ne aquam bibens, in hydropem verteretur,
 & ego clam beatum Epiphanium rogarem, ut eam
 moneret, immō compelleret vinum bibere, illa ut
 erat prudens & solertis ingenij, statim sensit infi-
 dias: & subridens meum esse quod ille diceret, in-
 timavit. Quid plura? Cū beatus Pontifex post
 multa hortamenta exisset foras, quærenti mihi
 quid egisset, respondit: Tantum profeci, ut seni ho-
 mini penè persuaserit, ne vinum bibam. Hęc refe-
 ro, non quod incōsideranter & ultra vires sumpta
 onera probem, sed quod mentis eius ardorem &
 desiderium fidelis animæ ex hac quoque probare
 velim perseverantia, decantantis: Sitiuit anima
 mea in te, quam multipliciter tibi caro mea. Miser
 ego homo, quis me liberabit de corpore mortis
 huius? Dicat prudens lector, pro laudibus me vi-
 tuperationem scribere. Testor Iesum, cui illa ser-
 uavit, & ego seruire cupio, me utramque in partē
 nihil fingere, sed quasi Christianum de Christiana,
 quæ sunt vera, proferre, id est, historiam scribere,
 non panegyricum: & illius vitia, aliorum esse vir-
 tutes.

Erga se se-
 ueritas.

Indiscretio
 culpanda.
 Psa. 102.
 Rom. 7.

Ingenij eius
 præstantia.

Nihil fuit ingenio eius docilius. Tarda erat ad
 loquendum, velox ad audiendum. Scripturas san-
 ctas tenebat memoriter. Denique compulit me, ut
 verus & nouum instrumentum cum filia, me disse-
 rente,

rente, perlegeret. Loquar & illud quod fortassis videatur incredibile; Hebraeam linguam discere voluit, & consequuta est, ita ut psalmos Hebraice, & sermonem absque vlla Latinae linguae proprietate personaret. Non debeo silentio praeterire, quando exultauerit gaudio, quod Paulam neptem suam, ex Leta & Toxotio genitam, immo voto & futurae virginitatis repromissione conceptam, audierat in cunis & crepitaculis balbutiente lingua, alleluia cantare. In hoc enim solum patris desiderium habuit, ut filium, nurum, neptem renunciaffe seculo & Christo seruire cognosceret.

Verus amor
eius in nepotes.

Quid agimus anima? Cur ad mortem eius venire formidas? Hucusque prosperis nauigauimus ventis, & crispantia maris aequora labens carina sulcauit: nunc in scopulos incurrit oratio, & rumentibus fluctuum motibus praesens vtrique nostrum intentatur naufragium. Quis enim sicis possit oculis Paulam narrare morientem? Incidit in grauissimam valetudinem, imò quod optabat, inuenit, ut nos desereret, & plenius Domino iugeretur. Quid diu immoror & dolorem meum differendo facio longiorem. Sentiebat prudentissima foeminarum, adesse mortem, & frigente alia parte corporis atque membrorum, solum animae teporem in sacro pectore palpitare: & nihilominus quasi ad suos pergeret, alienosque desereret, illos versiculos susurrabat; Domine dilexi decorem domus tuae & locum habitationis gloriae tuae. Et quam dilecta tabernacula tua Domine vitutu, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Et: elegi abiecta esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Cumque a me intergeretur, cur taceret, cur nollet respondere, an doleret aliquid: Graeco sermone respondit, nihil se habere

Psalm. 25.

Psalm. 87.

se habere molestis, sed omnia quæta & tranquilla pericere. Post hæc obmutuit, & clausis oculis, quasi iam mortalia despiceret, vsque ad expirationem animæ, eosdem repetebat verba siculos, ut quod dicebat, vix audire possemus, digitumque ad ostensens, crucis signum pingebat in labijs. Defecerat spiritus, & anhelabat in mortem: animaque erumpere gestiens, ipsum stridorem, quo mortalium vita finitur, in laudes Domini conuertebat. Adierant Hierosolymarum & aliarum urbium Episcopi & Sacerdotum inferiores gradus, ac Levitarum innumerabilis multitudo. Omne monasterium virginum & monachorum chori repleuerant. Cumque alij Pontifices, lampades, cereosque præferrent, alij choros psallentium ducerent, in media Ecclesia speluncæ Saluatoris est posita. Tota ad sanus eius Palestinarum urbium turba conuenit. Sacrilegium putabant, qui non tali scemine ultimam reddidisset officium. Viduæ & pauperes; in exemplum Darcadis, vestes ab ea præbitas ostendebant. Omnis inopum multitudo matrem & nutritiam se perdidisse clamabat. Quodque mirum fuit, nihil pallor mutauerat faciem: sed ita dignitas quædam & grauitas ora compleuerat, ut eam putares non mortuam sed dormientem. Hebræo, Græco, Latino, Syroque sermone psalmi in ordine personabant, non solum triduo donec & subter Ecclesiam, & iuxta specum Domini conderetur: sed per omnem hebdomadam, cunctis qui venerant, suum funus & proprias credentibus lachrymas. Venerabilis virgo filia eius Eustochium, quasi ablactata super matrem suam, abstrahi à parente non poterat: deosculari oculos, hæere vultui, totum corpus amplexari, & se cum matre velle sepeliri.

In supreme
spiritu
Crucis si-
gnum sibi
imprimis.

Acto. 36.

Pulchritudo
vultus
eius post
mortem.

Amor filie
in matrem.

Secura

Martyrium
quotidianū

D. Hierony-
mus inuo-
cat S. Paulā.

Secura esto Eustochium, magna hereditate ditata es. Pars tua Dominus, & quo magis gaudeas, mater tua longo martyrio coronata est. Non solum nimis effuso sanguinis in confessione reparatum, sed deuote quoque mentis seruitus immaculata, quotidianum martyrium est. Illa corona de rosis & violis plectitur, ista de lilijs. Vale. o Paula, & cultoris tui vltimam senectutem orationibus iuuua. Fides & opera tua Christo te sociant: praesens facilius quod postulas impetrabis. Exegi monumentum tuum aere perennius, quod nulla destruere possit verustas. Incidi elogium sepulchro tuo quod huic volumini subdidi, & quocumque noster sermo peruenerit, te laudatam, te in Bethlehō conditam lector agnoscat.

Epitaphiū
S. Paulae.

Titulus Sepulchri.
Scipio quam genuit, Pauli fudere parentes,
Gracchorum soboles, Agamemnonis inlyra proles,
Hoc iacet in tumulo; Paulam dixere priores
Eustochy genitrix, Romani prima Senatus,
Pauperiem Christi & Bethlemitica rura sequuta est.

In fronte Sp. lunae.

Afficit augustum praesens rupe sepulchrum?
Hospitum Paulae est, caelestia regna tenentis.
Fratrem, cognatos, Romanam patriamque, relinquens,
Ditatas, sobolem, Bethlemi conditur antro.
Hic praesepe tuum Chryste, atque hic mystica Magi
Munera portantes, hominibus Deoque dedere.
Vixit in sancto proposito, Romae annos quinque,
Bethleem annos viginti. Omne vitae tempus
impleuit annis quinquaginta sex, mensibus octo,
diebus viginti & octo.

INSIGNE

INSIGNE MARTYRIVM SS. * LV-
 cy, Thyrsi, & Callimici, ex Metaphraste, Quod
 multo animo consummarunt, Anno
 Christi Domini 254. Sede va-
 cante, Decij Imp. 2.

* alias Leu-
 cij
 vide Casf.
 Baron Ann.
 Tom. 1. &
 notia mar-
 tyr. Rom.

28. Ianuarij

Patria eoru.

Cumbrici-
 us Cefstea
 venit, vt
 Christianos
 delect.

Lucij ora-
 tio ad Cum-
 bricium.

In temporibus quibus Decius Imperator cru-
 dele pietati bellum indixerat, eiusq; cultores
 grauissimis supplicijs persequeretur, fortissi-
 mi pietatis athletæ Lucius, Thyrsus & Callimicus
 inelyra Bithynorum regione oriundi, cum gene-
 ris dignitate, tum rerum à se gestarum gloria ad-
 modum clari; statuerunt diuinis legibus summa
 impietate calcatis præclaro aliquo certamine o-
 pem ferre. Venerat istis fortè diebus Nicomedia
 ad altricem martyrum ciuitatem Cæsaream Cū
 bricius quidam homo nefarius, qui non ipse tan-
 tum ampura demonibus assiduo sacrificia offere-
 bat, sed quosuis alios vel minis, vel promissis ad
 eandem impietatis rationem pertrahebat. Lucius
 cum hæc animaduerneret, & esset insigni pruden-
 tia & eruditione præditus, & æquis oculis nefa-
 ria sacrificia aspicerè nequiret, animo maximo i-
 ppi impietatis auctorè aggressus est, & q̄ hacte-
 nus pietatem intimis animæ visceribus reclusam
 tuerat, tanquam fulgur quoddam, rupta, cum
 horrendo fragore, nube, in medium protulit. Cur,
 inquit, tu, o Cumbrici tuam ipsius animam tanta
 impietate contaminas, vt surdis, & nullo sensu
 præditis simulachris diuinis honores deferas, &
 multos in super alios ad infausæ huius supersti-
 tiosæ societatem per summum scelus adducis?
 Quin potius relicto tenebrarum errore, verum
 Deum & Seruatorem tuum agnoscis?

Hh Hæc

Ceditur
Lucius.

Hæc cum admiranda quadam grauitate disul-
set, Præses animo grauitè commotus, statim te-
go eius plagas infligi iussit, ratus se martyris con-
stantiam frangere posse. Sed martyr Christi, pla-
gas illas cum iubenter animo vultuque imperter-
rito exciperet, & fortitudine sua licetorum poti-
us robur fatigaret, ipseque indefessis precibus
deposceret, vt ad Deum resolveretur, illum cõ-
uenire desiderans: Quoniam ergo (inquit Præses)

Lucius ca-
pite plecti-
tur.

ô Luci mors tibi grata est, age nos tibi largiemur
quod desideras, ac statim dictata capitis sententia
martyr foras productus incredibili animi gau-
dio præcisa ceruice cursû peregit. Eo hoc modo
coronato, cum nihilominus Cumbriçij tyrannis
populabûda vagaretur, & Christiani timore sup-
pliciorû latibula quærent, Thyrsus fidei patro-

Thyrsi ma-
ganimitas.

cinium vbiq; ferè desertû ingemiscens, magno &
& excelso animo è regione Bithynorû ipsi tyran-
no obuiam venit, salutem prima fronte haud fi-
ctam impartiens. Cui Cûbricius parè quoq; salu-
tationè vt reddidit: Licerne, inquit, Thyrsus vobis
qui magistratum geritis, liberè loqui, an oportet
mâdatis vestris æquis iniquis subditû scenæ delect-
uare? Cui Cumbriçius, nequaq;, inquit, sed libera
dicendi facultas quæ in rem sunt Reipublicæ cui-
uis permittitur. Tum Thyrsus: & quænam vilio-
ra dici possunt ijs, quæ nõ ad corporis sed ad sem-

Cumbriçiu
Thyrsus cõ-
stantè re-
prehendit.

piternâ animæ salutè pertinent? Ego enim videns
te cæco mentis impetu multos mortaliû à vera sa-
lute in pestè & exitium sempiternum pertrahere,
& eo scelere tibi ipsi ignis gehennâ cõstruere,
dixi expedire, cû ea quæ par est fiducia, tecû age-
re tecûq; disserere, & ex te scire quam de causa
statuisti, contempto cælo terra que Domino, ope-
ra manuum adorare, & omne studium, omnes cogitatio

gitationes ad impijssimum simulachrorum cultum conferre?

Ad hæc præses, Importuna hæc & nimia dicendi libertas, ostendit te laborare morbo eorum, qui Christiani dicuntur. Verum enimverò hæc interrogationum solutiones ijs qui in scholis se debent relinquere, & iussis cedere Imperatoris; sin minus, importunorum verborum opportunam invenies tormentorum remunerationem. Cui Thyrsus: Cum sis, inquit, Dei figmenta ratione prædita, nihil stultè & contra rationem agere oportet: sed iudicio & diligenti examinatione omnia permittere. Sin autè vis ipse sequi quæ citra ullam rationem decreta sunt ab Imperatoribus, cum mihi nunc non sit persuasum à Christianæ fidei confessione recedere; fac ipse quod est tibi constitutum. Cumbricius verò: fortè, inquit, quod tecum benignè & leniter agamus, insolentior te ideo effecimus; sed suadeo ne nostra lenitate abutaris, & dijs quæ vsta sunt, reddas, quò magnos à magno Imperatore honores consequaris. Martyr autem: Ego, inquit, fluxos & perituros huius mundi honores iam diu prudenti seris animo mecum perpendi, nec eos maioris facio quam faciendi sunt, ijsque omnibus veram Christi fidem, quæ amplexus sù, antefero. Quare si quod tibi contra nos ab Imperatore permissum est, ne sis negligens.

His dictis præses iracundia inflatus, iussit pugnis cædi martyrem. Erant adolescentes aliquot viribus robustissimi, qui insultantes à summis manuum & pedum digitis eum loris alligarunt, tamque violentia vtrinq; distraxerunt, ut solutis articulorum compagibus, membratim discerperent. Nec his crudelitatis auctor satiatas cruciatibus. ci haec & oculos ferro cõfodi iussit. At martyr eo

Hh 2 suppli-

Mira eius
constantia.

Cæditur
Thyrsus.

Membratim discerpitur.

488 MART. SS. MART. THYRSI, LV CII. &c.
supplicio non modo non fractus animum demisit, quin potius diuina quadam audacia repletus præsidem maiori libertate redarguit.

Aliud supplicium.

Ad hæc autem vir ille pestifer cum non haberet, quod ageret, nec posset loquendi libertatem reprimere, iussit gládibus æneis maxillas vnâ cū dentibus excuti. Tulit hoc martyr tanta animi fortitudine, vt præses ipse in admiratione raptus diceret; putasne ô Thyrsi, te omnia iâ supplicia superasse? Parua hæc, quæ præcesserunt, fuere, alia certè tibi parata sunt. Martyr autem: Euge, inquit, ne alia quæso grauiora nobis inuideas. Non inuidebo, inquit, sed ea tibi affatim & munificè suppeditabo. Statim autem lectus ei paratus est, in quo cum extensus fuisset, ex vna quidem parte, ad terrorem, plumbum igne liquefactum propositum

Torrendū supplicium ei ad terrorem proponitur.

fuit, ex altera verò præstigiatores quidam, qui suadendi artificio plurimum valebant; qui totis viribus eam in rem incumbabant, vt martyrem à Christi confessione deducerent. Et nunc quidem supplicij ante oculos positi atrocitatem, nunc verò naturæ imbecillitatem ei inculcabant. At martyr cum surda aure voces illorum exciperet, & eis supplicia sempiterna, omnibus impijs à iusto Iudice Deo constituta, proponeret, illi furore præcipites, feruens plumbum in tergum eius effuderunt. Sed illud martyri quidem refrigerium, incredulis autem interitum attulit; nam plumbum instar aquæ diffuens, vires ei maiores præbuit; ad eò vt lecto surrexerit, & ingenti tam præsidem quam reliquos omnes qui aderant, timore affecerit. Sed præses rursus à timore ad furorem conuersus, verbis factisque simul, illatum suo nomini; vt ipse interpretabatur, dedecus vindicare institit. Supplicia igitur supplicijs addidit, sed cum

Ferrens plumbū nihil ei nocet.

cum videret ea omnia in nihilum recidere, vincit eum in custodiam dedit.

*Mancipatus
carceri.*

Ibi tum martyr quia nondum sacris erat mysterijs initiatus, Christum ardentissimis votis precatus est, vt per baptismum ab eo in filium adoptaretur. Ad hanc precationem, ianua carceris sua sponte aperta sunt, & liberum ei egressum ad quendam Phileam Cæsareensem Episcopum præbuerunt; qui cum multa satis de eius libertate & animi magnitudine audiisset, summa cum reuerentia baptismatis ei gratiam contulit. Indè verò Thyrsus ne optatissima martyrij corona fraudaretur, rursus se ad carcerem Angelorum comitatus obsequio recepit.

Ianua carceris martyri oranti sponte aperitur.

Thyrsus baptizatur & iterum sponte ad carcerem redit.

Interea cum alij alios crudelitate vincere conarentur, & Imperatori maiore improbitate gratificari vellent, Syluanus quidam genere Persa, dignitate autem Comes, in supplicijs verò pijs inferendis nulli secundus, petijt ab Imperatore, vt sibi summam in Christianos excarnificandos potestatem faceret. Qua accepta, Nicæam venit, vbi cum multa eaque valde admiranda de Thyrsi constantia audiret, statim eum suis tribunalibus sissi iussit, & tam minis quam blanditijs contra eum pugnavit, vt dijs sacrificaret. Thyrsus postquam se vni & æterno Deo sacrificare dixisset, tandem intulit, Si velis, ommissa vi & crudelitate, & iudicio mecum contendere, dic mihi cuienam, & quemadmodum me vis sacrificare. Ego autem si nihil potero contradicere parebo lubens, & nequaquam aduersus res validas inaniter decertabo.

Syluani crudelitas.

Thyrsus sistitur Syluano.

Hoc Syluanus responsum lætus excipiens. Eamus, inquit, in templum, & tunc tibi erit manifestum, cui sis sacrificaturus. Igitur cum in proximum

Hh 3

mum

mum Apollinis templum iuissent, Sylvanus, Ecce
(inquit) Deus noster, quem cum tuo sacrificio
placaueris, aliorum deorum beneuolentiam mi-
rificè tibi conciliabis. Tum martyr, videte, inquit,
quodnam ei offeram sacrificium, & qua ratione
placabo. Cùm omnes animum oculosque in eum
conuersissent, ille sublati ad cælum manibus in-
effabilem Dei virtutem inuocauit, & repente
horrendo tonitru è cælo erumpente, statuat pro-
strauit, & in puluerem redegit. Conuersus dein-
de martyr ad eos qui circumstebat: Videtisne, in-
quit, deos vestros plane vanos & nihili esse, qui
ne solam quidem veri Dei inuocationem sustine-
re valent? Adhæc ira inflammatus Sylvanus: Ego
tuas, inquit, præstigijs omnino conteram & dele-
bo, & ostendam quam ex tibi vtilitatem adferat.

Horrendum
supplicium.

His dictis ferrea est adducta machina, in qua pe-
cines ferrei mira diaboli, versutia compositi car-
nes martyris articulatim conscindebant, adeo vt
viribus planè destitutus animã agere videretur.
Tum Sylvanus insultans: Thyrsi, inquit, vbi nunc
Deus tuus, quem colis, & quem adiutorem tuum
esse gloriabaris? Cui martyr: Quid, inquit, tu Chri-
sti virtutem in me non sentis, quæ me aduersus
hos insultus confirmat? Quo modò enim corpus
hoc tam fragile, talibus posset resistere difficul-
tibus, si non ei supernum præsto esset auxilium?

Insignis ani-
mi fortitu-
do.

Aliud sup-
plicium.

Tum tyrannus maximum iussit afferi leberem,
feruētis aquæ liquore bullientem, in quem mar-
tyrem capite deorsum demisit. Martyr autem so-
lo Christi nomine tutus, & hæc, vt priora omnia,
superavit: lebes enim procinus disruptus aquam
effudit, & martyr è illæsum & incolumè reliquit.
Quo viso, Iudex ingenti pudore affectus, rur-
sus eum in custodiam dedit, donec non multò
post

post Apameam maritimam quandam civitatem cum loci illius præside profecturus, vinculis injectis pone eum trahi iussit. Nondum ad civitatem ventum erat, cum Syluanus mortis ei supplicium, ni sacrificaret, minitaretur. Cui martyr, cum prioribus consequens dedisset responsum, subiunxit; Vos quidem mihi mortem minita mini, sed videte ne mox ingenti lachrymarum vi propriam deplorare calamitatem incipiatis. Nondum ad civitatem peruentum erat, cum martyris plagis gravissimis onerati prædictio euenit. Nam Syluanus membris repente solutus est; Cumbri- cius autem vehementi febre correptus; & sic deum uterque, quarto die vitam cum morte miserabiliter commutauit.

Syluanus & Cumbrius diuinitus puniuntur.

His tam infeliciter è vita sublatis, alius quidam crudelitate illis nequaquam inferior successit, qui barbara lingua Pandus dicebatur. Hic cum Apameam venisset, atque diligenti singularum actio- num habito examine, intellexisset inuictam Thyrsi constantiam, eum protinus in medium adduci iussit. Deinde, tunc, inquit, es Thyrsus ille, qui spreto Imperatorum imperio, magni Dei Apollinis statuâ contriuisisti? Ille vero, Ego sum, inquit, qui non pareo iniquis edictis, neque operibus manuum hominum sacrificium offero; sed soli Christo sacrificio, eumque verum & æternum Deum nomino. Hæc non mediocriter præsidis animum conturbabant, & quia facile primo aspectu insuperabilem animi eius fortitudinem colligebat, blanditijs eum aggressus est, orans & obsecrans ut aliqua sui misericordia caperetur. Cumque blanditijs æquè ut minas contemneret, protinus sacco in- surus triginta à littore stadijs in mare præcipitatus est. Sed sacco repente disrupto, martyr à choro

Thyrsus examinatur à Pando præfecto.

Hh 4

wirorum

In mare
præcipita-
tus saluus
evadit.

virorum mirabili splendore micantium excep-
tus, & in terram deductus est. Quo viso crude-
litatis ministri, tremebundi ad præfidem vene-
runt, & rem ei totam ex ordine panderunt. At il-
le, concito gradu, lingua oculisque furorem &
cædem spirans, ad littus tetendit, & martyrem
ibidem stantem cernens, Ecquid hoc est? inquit,
mira sanè præstigiæ virtus; sed ego tamen ce-
leri & crudeli mortè his finem imponam. Tum
conversus ad servos; Cito, inquit, Cæsaream me
festinantem, hunc flagris sequi compellite, ut ibi
tandem debitas præstigiæ suarum pœnas
luat.

Cæsaream
ducitur.

Quo quidem ut ventum fuit, præses primum
ad dijs sacrificandum templum ingressus est: &
martyrem ad idem impietatis studium inivitavit.
Eccè enim dicebat, summa te hucusque benevo-
lentiæ profecuti sumus; at nunc nisi Imperatoris
iussis parueris, crudelissimis te feris obijciemus.
Martyr verò fingens se pœnitentiæ ductum, non

Precibus su-
is, Iouis sta-
tuam sub-
vertit.

Apollini, sed Ioui sacrificare velle, summo præ-
sidi gaudio perfudit, & antè Iouis statuam ad-
ductus est. Cumque quædam summo æternoque
Deo preces fudisset, repente Iouis statuam horri-
bilis quidam terræ motus humi deiecit, & ingen-
ter infidelium turbam, nimio terrore percul-
sam, in effusam fugam compulit. Præses eo facto
acriter irritatus, feris eum bestijs dira fame tri-
ginta dierum irritatis, ac penè in rabiem actis,
obiecit. Sed ecce feræ, præside ipso humaniores
factæ, martyri amicè blanditæ sunt. Tum Christi
athleta sublatis in cœlum manibus & profusus
præ nimio gaudio lachrymis; Domine, inquit, so-
lu gratias tibi ago quas possum maximas, quod
eandem nominis tui gloriam, quam olim Danie-
li, mihi

Feris obij-
citur.

Daniel. 6.

li, mihi indigno famulo exhibere dignaris. Et nunc Domine Deus, cui omnis creatura deseruit, effice ut hæc feræ ad sua habitacula, sine vlla feritate redeant. Hac precatione finita, bestijs in nomine veri Dei, ut sua lustra repeterent, imperavit. Protinus igitur illæ, impetu facto, eruperunt, & ad sylvas incredibili celeritate contenderunt. Hoc spectaculo multi, impia deorum superstitione abjurata, Christo nomina dederunt.

Feris imperat ut sua lustra repertant.

Multi ad Christi fidem convertuntur.

Præses interim dedecore affectus, animum in omnem partem versabat, frendens gemensque quod hominem mortalem vincere nequiret. Paucis autem post diebus cum Apolloniam ei abeundum esset, martyrem infinitis militum iniurijs vexatum sequi iussit. Ut autem in civitatem ventum fuit, præses aliquod crudelitatis suæ trophæum captans, martyrem ante Apollinis aram virgæ crudelissimè cædi iussit. Ille vero tota mente in Deum absorptus, omnis doloris expertus precabatur, ut dexteræ suæ potentiam, cum amplissima nominis sui gloria, & inimicorum confusione declarare vellet. Et ecce, hæc illo precante, horribilis fragor civitatem repenti concussit, ac multo maiorem idolorum multitudinem in terram prostravit, ludicè ingenti pauore rei exitum trepidante. Thyrsus verò glorioso fidei triumpho exultans: Cur, inquit ad præsidem, dijs tuis tam miserabiliter humi prostratis manum non porrigis?

Apolloniæ ducitur.

Cæditur virgis.

Thyrsus pro fide irridet.

Hinc spectaculo intererat vir quidam Callinicus, nobilitate & prudentiæ opinione admodum clarus, & supremus nefandissimorum, sacrorum antistes, qui visa admiranda omnipotentis Dei, quæ per Thyrsum agebatur, virtute, statim comam barbaramque sibi præscidit, vestemque detraxit, quæ

Callinicus ad Christum convertitur.

Hh 5 in vnum

494 MART. SS. MART. THYRSI, LVCII, &c.
in vnum conglomerata præfidi obicit. Accipit,
inquiens, pilos & vestes, quæ nidore sacrificio-
rum & impurissimis dæmonum mysterijs polluta
sunt. Nam cum eis nefandum errorem abij-
cio; & Christum Iesum vnum, verum, & æternum
Deum tota mente amplector.

Præses repentina illa mutatione obstupefa-
ctus. Ecquid est hoc, inquit, vt tu deorum minister
atque sacerdos vnus hominis præstigijs in frau-
dem & pestem abduci te sinas. Cui Callinicus,
nulla (inquit) hæc fraude, sed vera Christi virtute
aguntur. Si libet, experimentum illius cape; &
quia grauissimo doloris sensu cruciaris, acceda-
mus pariter ad magnum Aescupalium, vt com-
munibus precibus salutem ab eo impetremus.
Præses cum hæc Callinicum pœnitentia ductum
dicere existimaret, lectus cum eo ad templum per-
rexit.

**Callinicus
celitus con-
fortatur.**

Callinicus autem, primo fani execrandi ingressu
vnus Dei potentiam inuocans, dilapsa, cælitus
voce ad certaminis gloriam mirificè conforta-
tus est. Vnde animus erectior, repetito sæpius Ie-
su CHRISTI nomine ipsum Aesculapij ido-
lum prostrauit. Quo facto præter expectationem
præses furore exarsit, ac mortis sententiam in v-
trumque tulit; in Callinicum quidem capitis in-

**Aesculapij
simulachri,
subuertit.**

**Callinicus
capite ob-
truncatur.**

Thyrsum verò ferræ acutissimæ, qua viuus capsa
quadam lignea inclusus articulatim secandus e-
rat. Et quidem Callinicus gloriosa morte sta-
tim certamen finiuit. Generosus autem athle-
ta Thyrsum, improbis eorum conatibus superari
non potuit. Trahebant illi quidem ferram, sed li-
gnum, cui martyr inclusus manebat, nullo eorū
labore secari potuit; cumque summis viribus &
clamoribus pariter instarent, & vrgerent, capsa
sua spon-

**Thyrsum ne-
quit ladi
ferra,**

fua sponte soluta est: & martyr quasi celesti quoda gaudio perfusus lætus & alacris exiliuit. Quo viso, cuncti qui circumstitebant stupore & admiratione capti, pedem retrahentes martyri cesserunt.

Martyr autem oculis & manibus cum eximia pietatis significatione ad cælum sublatis: Domine, inquit, Iesu Christe benedictum nomen tuum in omni seculorum æternitate, qui me indignum famulum tuum tua hæreditate, & choro eorum, qui tibi placuerunt, dignatus sis. Et nunc Domine accipe animam meam. Hæc cum dixisset, & vndique se Christi signaculo munivisset, in manus illius sanctam animam deposuit.

Agit Christo Domino gratias.

Reddit sua, uiter Spiritum.

VITA S. IACOBI EREMITAE COM-
puncta ex ea qua est per Simeonem Meta-
phrasten. Claruit hic sanctus in Pala-
stina.

Vide Cæf. Baron. in Notatio. Martyr Rō.

28. Ian.

FUIT vir quidam, Iacobus nomine, qui ingenti solitaria vitæ desiderio captus, propè oppidum Porphyriionem in spelunca quadam quindecim annos cum admiranda quadam sanctitatis opinione habitauit. Ea enim erat virtutis eius fama, vt multi ex varijs partib. ad eum confluerent. Cum autè pleriq; ex eorum essent generè, qui cū impia Samaritarum superstitione miserimè conflabantur, vir Dei Iacobus ex diuinarum lectione literarū plurimos ab errore liberabat, & ad Christi libertatem à miserrima diaboli seruitute trāsferēbat. Hæc cum humani generis hostis iniquè admodum ferret, statuit per suos, eum facillites aggredi, & ex ijs locis, quæ virtutum maximarū studio florentissima reddiderat, expellere. Et quidē Samaritarū vnus, scelere ante alijs insignis

Quindecim annis in spelunca degit.

in signis, maximam amicorum & consanguineorum turbam conuocauit, orans & obsecrans sanctissimis Iacobi conatibus ut occurrant, eumque de finibus illis per insidias expellant; ni faciant breui de patria religione conclamatum iri. Nec mora, post varias vltro citroque consultationes habitas, vna omnium sententia conclusum fuit; ut impudentem & meretricia arte insignem mulierculam ad se accerfirent, cui viginti aureos nummos darent, totidemque alios se illi daturos promitterent.

Samaritæ ei insidiantur.
Meretrix subornata ad eum venit.
 Quid multis? Auri splendor flammeus illico cepit mulierem, & promissa insuper alia decora monetæ lumina, ad accelerandum opus nefarium eam impellebant. Itaque execrando inescuta metallo, genuina leuitate, ad sanctissimi viri cellulam traouolauit; infimis precibus hospitiū deprecans. Ille verò, qua erat in miseros benignitate, referatis foribus precantem admittere decreuerat; sed conspicatus foeminam mox fores cum impetu præclusit: & pavidus ad orationem confugit. At illa in fletus & eiulatus prorumpens, Miserere, inquit, mei serue Dei, ne infelicis rapinæ præda hæc efficiar, Quid enim restat, nisi ut à feris bestiis hic misera dilaniar. Hisce delinitus fletibus vir diuinus referatis eam ianuis excepit, appostoque pane & aqua in interiora cellulæ claustra festinantius se recepit. Illa vero gustato cibo ingenua astutia humi se abiicit, & miserandis valde lamentis conceptum animo flagitium promouebat. Simulabat se mortifero cordis agitari dolore; ac opem sancti viri ingeminans, tandem effecit, ut profiliret, excitatoque igne mulierem foueret. Sed quanto interim timore foemineos expauerit dolos, planè è re nostra est studiosè aduertere

uertere. Cum dextera sacrum sumeret oleum, pe-
ctusque mulieris liniret, non dubitauit, sinistram
ardentibus inijcere flammis, ita ut stillæ adipis in
ignem defluerent, eoque dolore nascentem volu-
ptatem reprimeret. Quo sanè spectaculo admira-
bili, ipsum istud dæmonis mancipium ad fletus
& eiulatus commotum fuit; detestansque protin-
us execrandum facinus, ad sanctissimi viri pedes
se abiecit, haud fictis lamentis & pectoris tunsio-
nibus sceleratæ vitæ renunciâs. Quin & humili
confessione cuncta sua flagitia, & Samaritarum
infidias aperiens, eremicolam ita emolliuit, ut vo-
tis precibusque salutem mulieri à Deo posceret;
quam deinde salutaribus instructam monitis ad
Alexandrum antistitem destinauit, qui eam à ve-
teris vitæ delictis expiatam, ad suauissimum Chri-
sti iugum traduxit.

Magna S.
Viri virtus
& cautela.

Meretrix cō-
uertitur.

Post hoc tam egregium trophæum, cum fama
virtutum eius longius cum admiratione vagare-
tur, accidit ut filia viri cuiusdam, qui principem
in senatu obtinebat locum, impuro agitata spiri-
tu Iacobi nominatim opem imploraret. Quid
mulier? Miseri parentes, miserrimæ filiæ calami-
tatis excitati non dubitarunt ad eremicolam
eam adducere: qui solo manuum suarum conta-
ctu fugato dæmone puellam dimisit incolumem.
Fuit illi à parentibus argenti pondus pro mune-
re oblatum, quod accepta eorum pia voluntate
constanter recusauit; hortans ut inopiam paupe-
rum ea benignitate subleuarent. Caterum Iaco-
bi curationis beneficio in omnes promptissimus
plurimos morbis oppressos varijs, sanos &
incolumes, mira facilitate reddebat. Quæ re-
ut magnos ei apud summos infimosque honores
conciliauit, ita salutarem viro diuino repentini
lapsus

Sanat dæmo-
niacam.

Operatur
vario talis
miracula.

lapsus timorem iniecit. Quare fuga periculum deuitandum statuens, ad speluncam quadraginta ab eo loco miliaribus distantem abiit, in qua continuos quadraginta annos cum incredibili vitz austeritate delituit. Ingens erat apud omnes de etimia illius sanctitate opinio, quae copiosa in multos benedictione constabat.

Quadraginta annis habitavit in spelunca.

Verum enim vero vir talis ac tantus & admiranda vitae sanctimonia venerabilis & stupenda signorum claritate illustris, suo nos exemplo docuit, nihil esse in hominibus stabile, nihil firmum, nihil tam sanctum atque syncerum, quod interdum ab humana fragilitate foedius non conspiceretur.

Humana quanta sit fragilitas.

Quis à lethali lapsu, mortalis se immunem putabit, cum hic longè sanctissimus in lapsum omnium grauissimum deciderit? Erat praedictis cuiusdam viri filia demonio obnoxia, quae & ipsa ad S. Iacobi opem saepius suspirabat. Nō desuere puellae suspirijs clamoribusq; pij parētes, sed deser-

Alia dzmobiaca sanatur.

ta loca peragrantes, inuēto tandem Iacobo filiam obrulere sanandam. Sanatur illa vi precū lachrymarumq; viri sanctissimi, quae tanta fuit, ut locut in quo stabant contremuisse dicatur. Interim parentes collatam filiae sanitatem gratulantes, Iacobum deprecari sunt, ut duobus saltem diebus apud se eam foueret, nē fortē domi hostis eam

Tentatur a certimine stimo carnis Iacobus.

rursus inuaderet. Haud grauatē eas preces vir sanctus admisit hostilium insidiarum parum prouidus. Interea humanae salutis hostis, peropportunitate, subuertendi viri sanctimonia omnem, occasione nactus, sui amoris igne visceribus illi iniecit adeo vehementem, ut miser cruciatu vretis voluptatis, nec ad momentum sustinere posset.

Succumbit turpiter.

Quid multis totus vāsano exaestuās igne, puellā vitiauit amplissima merita & eterne vitae coronā amittens

amittens. Hoc verò peccati telo saucius, mente iā alienata, in aliam protinus teterrimi criminis se precipitavit voraginē. Demone enim modis omnibus viā salutis præcludente, ad eadē in super virginis processit, proiecťoq; in flumen cadauere duplici se scelere impiauit. Itaq; misellus extra terminum mentis suæ positus, iā in profundo dānationis æternæ sepultus iacebat, cū diuina bonitas quadriduano Lazaro similem rursus suscitauit. Tremens enim gemensq; mortifera sua primum agnouit vulnera, quæ mox vberimo lachrymarum fonte rigauit. Sed humani generis hostis, nē tam insignē ē manibus prædam amitteret, desperationis eum iaculo propemodum confixit, prorsus vt iacobus ad calcatas mundi voluptates tota mente redire proponeret. Et quidem exanguis colore luridus, ac faciem lachrymis infusus, ad monachorum quorundam eximia pietate præstantium deuenit habitaculum; à quibus & pacis osculo, & pedum lotione, suauiter de more exceptus fuit, ac mirificè recreatus; sed stimulante cōscientiz furia, mox in lamēta & lugubres eiulatus miserabiliter prorupit. Quem ad certam veniæ spem fratres illi quidem dictis pariter ac factis reuocare conati sunt, sed nullo operis fructu abeunte grauius ingemuerūt. Igitur coepto in itinere vagabundus pergēs, in aliū quendā haud vulgari pietate incidit fratrem, cui plenus gemituū atq; dolorū similiter lapsū suū aperuit, vltima iā desperatione fractus. Nec erat ei in malis poti⁹ qd, nisi vti sæculi vanitate & omnium vitiōrum spurcicie coruq; stimulantē obrueret cōscientiā. Hæc meditantem, & recta in perdicionis barathrū tendentē frater ille vi lachrymarū ac precū frustra consolari, & à tanto scelere auocare conatus est.

Testa

Piè consolatur à quodam fratre.

Testabatur eum quidem per Christi sanguinis salutaria poenitentiae remedia respueret, proponebatque exempla Davidis & Petri aliorumque lapsorum, qui grauiorum etiam scelerum rei, non modo veniam à Domino, sed insuper uberiori gratiam consecuti fuerant. At ille hostilibus arctissime vinculis constrictus, pristinam illam animae libertatem sperare nequibat. Miser itaque, repulso fratre, pergebat, quo fors vocare videbatur. Abeuntem nihilominus & salutaribus monitis reluctantem, ad quindecim sequebatur miliaria, orans & cum lachrymis obtestans, vna secum vitalis poenitentiae viam iniret. Sed in vanum preces & lachrymae mittebantur. Ille fratre iam fesso ac penè deficiente, solus pergebat, cum ecce fugientem pertinaciter salutem, in veteri quodam sepulchro sane mirabiliter apprehendit.

Erat sarcophagus quidam ad formam speluncae cauatus dispersis hinc inde cranijs ossibusque plenus. Quem animo varijs cogitationibus fluctuante, ingressus, coepit copiosam, illam ostium multitudinem in vnam redigere congeriem, ostiumque speluncae, mente à cogitatione operis aliò fortè vagante, obstruxit. Tum verò quasi è graui somno excitatus, vidit eo loco nihil esse poenitentiae & gemitibus accommodatus. Itaque fixis humi genibus in caliginosa spelunca illic, radium quendam diuinæ bonitatis percepit, qui incredibilem lachrymarum vim cum certa venispe ei suppeditauit. Nulla interim erat animo requies, immò sola quies in luctu erat & gemitibus. Scelerum confessionem, semianimi voce domino faciebat, ingrati animi crimen in tam benignum & clementem parentem suum detestans.

stans. Continuos decem annos in saxeo illo carcere clausus perseveravit, bis hebdomadatim re- serato speluncæ ostio, vtnascentes in circuitu herbas latranti objiceret stomacho.

Decennio in sepulchro quodam agit poenitentiam.

Dum hoc poenitentia mitro rubiginem peccatorum abstergit, ac perpetim lachrymarum lixivio sordes animarum expurgat, subito squalore vniuersa illa regio exarescit, impluio celo extremam sterilitatem adducente. incolæ mali magnitudine percussi, ad ieiunia & preces, cateraq; pietatis exercitia confugerunt. Instiit & Episcopus regionis, multis lachrymis & publicis supplicationibus, vt mali contagium pro sua clementia extingueret; Deus, cui tandem inspiratum diuinitus, vt hominem in sepulchro latitantem requireret, luctu & squalore quidem foedatum, sed animo sanctum & ab omni labe peccati ritè purgatum, qui solus grassantem cladem suis precibus reprimeret. Nec mora. Antistes vna cum clero & plebe, ad speluncam supplicatione tendens, hominem foras blandè euocauit qui suorum sibi confcius peccatorum terrè affixus, ne faciem quidem è puluere leuare præsumpsit. Vrgente autem præfule, ac plebe miserandis eiulatibus vim inferente, ipse pariter suos quoque fletus ac eiulatus adhibuit, erectoque ad cælum vultu in oratione tam diu persistit donec apertis cæli cataraçis copata descenderet, pluuia & squalentem terram inebriaret. Quo permota beneficio plebs, annum diei illius festiuo gaudio celebrat memoriam, ac diuinam bonitatem in Iacobo debitis extollit laudibus. Neque hoc solum præsentem miraculo seruum suum illustrauit Deus; sed pristina virtus cum noua virtutis sanctimonia suscitata, multo etiam clarius in illo deinde illuxit. Eodem aut-

Ianotesie diuinitus Episcopo Iacobus.

Impetrat à Deo pluuia.

Pristine pietatis donatur gratia, miraculorū que virtute.

li em illo

Ad Christū
migrat.

em illo anno quo clades illa precibus illius pul-
sa fuit, luctum suum ac lachrymas cum perpeti-
cælestis regni gaudio feliciter permutavit. accer-
sito prius ad se Episcopo, qui sacras ipsius reliqui-
as eadem in spelunca deposuit; quæ postmodum
constructa] de super ecclesia insigni opere cele-
bris permansit; ubi etiam & ipse annua festiuita-
te celebrior; præclara beneficia opem eius implo-
rantibus exhibere dicitur. Obijt autem Anno
tatis suæ quinto & septuagesimo.

Claret mira-
culis post
obitum.

VITA S. VALERII, DISCIPULI S.
Petri Apostoli, Treuirorum Episcopi, ex ea qua extat
penes Fratrem Laurentium Surium, Claruit

Vide Czf.
Baron.
not in mar-
tyr. Rom.

autem Anno Dominicæ Incarnationis
54. & sequentibus, sub Clau-
dio Romanorum

Imp.

29. Ianuarij,
Fit Episco-
pus.

Multos con-
uertit ad fi-
dē Christi.

Perfectio
eius

Post venerabilem obitum beatissimi Eucha-
rij Treuericæ ciuitatis Archiepiscopi, fan-
ctus Valerius in ministerium sacerdotale
successit, illudque per quindecim annos eximia
morum & vitæ sanctitate administruit. In quo
quidem temporis spatio, multos populos stu-
pendis prodigijs ad Dominum conuertit, & ad
Catholicæ fidei cognitionem diuini verbi præ-
dicatione perduxit. Institit autem verbi ministe-
rio tam ardentem ac tanto cum fructu, ut eius vi-
gilantia cooperante Domino Christianorum
numerus ipsos tandem paganos per Galliam &
Germaniâ superaret. Erat enim mellisua sermo-
nis facundia præditus; moribus verò adeò in-
culpatis, ut nihil quod reprehensione dignum esset
in eum

in eum caderet. Quamuis autem assiduis diuinarum rerum meditationibus esset intentus, ita tamen ijs inhærebat, ut nunquam nimia earum dulcedine captus, vel ad horam proximi salutem negligeret. Cum verò omnibus virtutibus ornatissimus ad canos peruenisset, nocte quadam beatus Eucharis ei apparuit dicens; Tempus iam, frater Valeri, resolutionis tuæ instat, & regni cælestis ianua tibi reſerata est, quam post hanc horam quinto die gratulabundus ingredieris, & de concessis Domini tui beneficijs sine fine lætaberis. Quapropter Maternum agonis nostri, cooperatorem, tui officij successorem cõstitue, illumque de visitatione nostra ante diem exitus sui certio rem redde. Et hæc dicens recessit.

S. Eucharis
ei apparet.

Euigilans autem S. Valerius mox visum somnum beato Materno cæterisque fratribus, qui præſto erant, narrauit, & eis diem obitus sui lætissimo vultu instare prædixit. Sequenti verò die venerabilem Maternum ad sacerdotalem gradum prouexit, & de studio commissi ministerij diligenter instruxit. Cumque per prædictum spatium, obſamam depositionis eius aduentantes fideles, verbo salutiferæ admonitionis instrueret, & eos ad salutem animarum suarum paternis visceribus incitaret; illucescente iam quinto die, oratorium ingressus, viaticum, quod ipse consecrauerat, accepit, & post hæc extensis inter discipulorum manus membris sacris, 4. Kal. Febr. beatum Deo spiritum reddidit. Cuius corpus colligentes discipuli, sacratissimo corpori sancti Eucharis coaptarunt, & in eodem sarcophago cum diuinis laudibus condiderunt.

Maternum
sibi successore
cõstituit.

Viaticum ac
cipit & de
cedit.

NOBILE CERTAMEN S. CONSTAN-

Vide Czf. . .
Baron Ann.
Tom. 1.
tij, Perusia Episcopi, quod inuisito animo exegit: Anno
Apartu virgineo 175. Soteris Rom. Pontif. 1.
Marci verò Aurelij Imperat. 13. Ex eo
quod extat apud Su-
rium.

29. Ianuarij.
Constantij
patria & ge-
nus.

Imperante Antonino, cui Pio cognomen erat, florebat Perusia, Barziorum familia, opibus & generis nobilitate admodum clara, & quod hæc omnia longè superabat, Christi insignibus egregiè nobilitata. Ex hac B. Constantius veluti odorifera cedrus è regali viridario natus est. Natum autem infantem parentes postquam artum omnium disciplinis & eximijs virtutibus imbuedum curassent, pia morte ex hac vita sublaci sunt. Constantius itaque parentibus orbatus, sed diuinis pietatis operibus locupletatus, diuitiarum sibi à parentibus per manus traditarum maluit dispensationem quam possessionem suscipere; siquidem eas Christi pauperibus tanta animi alacritate largiebatur, vt nemini non adiumentum in quavis necessitate præstaret. Denique tam excellens virtutis specimen in omnibus ostendit, vt anno ætatis suæ trigesimo ad Episcopalis muneris functionem communi totius populi suffragio electus fuerit. Eam vero dignitatem tam eximia mansuetudine & vitæ integritate suscepit administrauitque, vt nec emuli minimam in eo labem Episcopo vitandam deprehendere possent.

Benignitas
eius in pau-
peres.
Episcopus
eligitur an-
no natus
20.

Multos ad
Christi fide
conuertit.

Prima illi & præcipua cura pauperum, quibus largissima manu subueniebat, suasque ædes salutare quoddam refugium eis esse volebat. Careram verò plebem virtutum suarum odore fouebat, verbo exhortationis tanto animi feruore in-

sistens, ut gentilium multi ab impio idolorum cultu ad Christi seruitutem transfrent. Hisce virtutum maximarum initijs, fama illius finitimas in regiones cum summa celebritate vagata est. Itaque mirari omnes doctrinam hominis, suspicere virtutes, obstupescere miracula, quæ quotidie vir sanctus faciebat. Erat id temporis mulier quædam Atassia nomine. Hæc cum multos iam annos charissimo oculorum sensu careret, audita S. Constantij & vitæ sanctimonia, & miraculorum virtute planè diuina, non dubitauit ardenti ad eum fide accedere, & humi se ad eos pedes abiciens vim lachrymarum, cum singula profundens: Misere, inquit, Domine calamitatis meæ, nam infelicissima ego, oculorum lumine orbata nullum huic tanto remedium inuenire possum; non carmina, non medicorum solertia, non ipsi denique dii dæque omnes, quibus ego vota sæpè nuncupauit, opitulari queunt. Te autem extremum spei meæ solatium nunc adij, ut per te merear tandem aliquando salutem reportare. Tum sanctus Constantius, qui cerneret mulierem non solum oculorum, sed mentis etiam lumine esse priuatam, cupiens vtrique malo, vno & eodem tempore mederi, sic eam affatus est: O mulier, si spretis idolis, quorum vis ac virtus (quod in te ipsa experiris) planè nulla est, inducas animam, credere in Dominum meum Iesum Christum, is tibi potest pulsas tenebris, simul & corporis & mentis oculos aperire, aditumque ad vitam æternam patefacere. Illa verò, Fac, inquit, Domine, ut videam: ià credo Deum tuum Deum esse verum. Hic verò vir sanctus flexis genibus postquam ardentissimam cum lachrymis precationem fudisset, confestim optatissimam mulieri lucem restituit.

li 3 & nul.

Cæca multi
et opem ab
eo poscit.

Attasæ pre-
cibus. S. Co-
stantij lumē
oculorū re-
stituitur.

& nulla mora interposita gaudentem & exultan-
tem & Dei virtutem multis laudibus extollen-
tem vitali vnda expiauit, & ad Christi feruitu-
tem adiunxit. Huic miraculo alterum non minus
insigne adiungere lubet.

Fuit per idem tempus Perusæ vir, cui nomen
erat Crescentius; hic utroque pede ita contractus
erat, ut non modo ambulare, sed ne baculo qui-
dem innixus stare posset. Is igitur audita fama
miraculorū, quæ S. Constantius faciebat, lectica
se ad eum deferri curauit. Quo perductus, homi-
nem Dei rogare & obsecrare institit, ne graua-
tur suorum sibi pedum restitudinem & firma-
tem restituere. Huius calamitatis vir benignissi-
mus misertus, oculis pariter ac manibus in cæ-
lum sublatis, Dominum Deum pro salute miseri
illius precatus est. Vix orationem effatus erat,
cū ecce lux magna super infirmum & cælo dila-
psa hominem vehementer exterruit, ita ut itera-

Crescentio
item eius
precibus
pedum sani-
tas restitui-
tur.

102. Gētilis
vno die à S.
Constantio
baptizatur.

tis vocibus tremebundus Constantium compel-
larer. Cui Constantius: Res bene habet frater: bo-
no animo esto. Deniq; abeunte luce apparuit ho-
mo sanus, & firmissimo pedum robore præditus.
Quo ille beneficio permotus, statim baptismum
magna pietate flagitauit: quod vir sanctus cū
ingenti cordis sui læticia ei contulit. Nec ipse so-
lū, sed alij ad centū viginti, eo ipso die baptis-
matis sacramentum à B. Constantio acceperunt.

Quo rumore concitatus Marcus * Antoninus,
qui Antonino Pio impi^o successerat, statuit Chri-
stianum nomen interneccione delere. Cū igitur
alios aliò mitteret, tum verò etiam Perusiam,
Lucium Consulem cum potestate summa desti-
nauit, ut omnes Christi fidem profitentes suppli-
ciji excarnificatos (ni deos gētium colere velint)
inter-

* Aurelius.
M. Antoni-
ni persecu-
tio in Chri-
stianos.

interimeret. Igitur Lucius civitatem ingressus, cum multa de admirandis Constantij virtutibus audicione percepisset, misit confestim nequitiae suae ministros, ut Constantium (qui apud Crescentium, quem sanitate donarat, precibus operam dabat) vincitum ad se perducerent. Abierunt illi, & magna vi effractis foribus in domum irruentes Constantium una cum Crescentio pias effundentes preces comprehenderunt, vincieruntque; vincitos ad Consulem & Carisium civitatis illius Praesidem perduxerunt.

Constantius
vinctus ad
Luciū Con-
sulem dedu-
citur.

Quos ut vidit Lucius Consul: Cupimus, ait, à vobis ipsis quænam sit vitæ vestræ conditio, audire; & an parati sitis ex Imperatoris decreto, relicto crucifixi vestri cultu, his, qui verè sunt dij, offerre libamina. Huic B. Constantius magno sanè animo hunc in modum respondit; Vitæ nostræ conditio, ò Consul, hæc est: ut omni tempore serviamus ei, cui servire regnare est, Domino nostro Iesu Christo. Imperatoris autem decreto hac quidem in re obtemperare nec possumus, nec volumus, neque enim rationi consentaneum est, ut posthabito creatore nostro ac redemptore Deo vivo & vero, sequamur eos qui non sunt dij, sed verè dæmonia. His ille auditis iussit, sanctissimi viri corpus loris crudelissimè cædi. Cumque vir sanctus in medijs flagellis Dominum glorificaret, & Consuli & eorum vanitatem constanter argueret, & Consuli etiam insultaret. Praeses Carisius iussit eum una cum Crescentio cæterisque Christianis, in thermis vehementer calefactis includi. Dum autem firma custodia servaretur, ecce cœcubia nocte splendor valde admirabilis è cælo effusus, totum illum locum illuminavit. Quo viso, loci custodes ingenti stupore oppressi, ad eorum se pedes abiicere, & impio

S. Constantius
loris cæditur.

In thermis
includitur
cum alijs

iter.
ar.

Quinquagin
ta fere in
Christum
credunt.

nefandorum deorum cultu abiurato, ad Christi
confessionem accessere; denique uxores & filios
numero fere quinquaginta ad Episcopum dedu-
xerunt, qui à veteris vitæ delictis per baptisma
expiatos, puros & innocentes Christo Iesu obru-
lit.

Constantia
eius.

His peractis, milites importunis precibus vt
libertatem reciperet, thermasque relinqueret
vrserunt. At ille, Pugnam, inquit, quam hæcenus
desideratam, iam tandem nactus sum, subterfu-
giam? Non equidem hoc faciam; hic statui pro fi-
de & pro Deo mori. Milites contra, cum lachry-
mis exostulabant, vt nouis tyronibus consule-
ret, ne semina fidei, quæ nuper in ipsorum corda
sparsisset, perirent. Quibus vir sanctus tandem
acquieuit, vnaque cum illis è balneis, atque et-
iam ex vrbe egressus, Monticellum venit, ibique
paucis admodum diebus in præclaris fidei &
pietatis exercitijs transactis, novos Christi mi-
lites ad futura certamina mirifice confirmauit.

Venit Mon.
ticellum.

Interea Lucius & Carisus, rerum à militibus
gestarum certiores facti, novos furoris sui mini-
stros huc illuc dimiserunt, vt à fuga retractos E-
piscopum eiusque sequaces confestim adduce-
rent. Illi lustrabundi cuncta peruagantes, tandem
ad Anastasij ædes peruenerunt, quas vno impetu
irrupentes non modo Constantium, sed Car-
pophorum virum clarissimum cum ipso Anasta-
sio ad Carisium vinctos duxerunt. Qui furore in-
credibili incitatus, statim virum sanctissimum
super ardentibus prunas nudis plantis inambulare
iussit, & carbones candentes in corpus eius vesti-
mentis omnibus spoliatum conijci. At ille ignis
istius ardorem, diuini amoris feruore facile sur-
perauit. Quod cernens Carisus, carceri eum man-
cipauit.

Anstasius
super plantis
* Ar carbo
M. Ambulat
ni pe
tio inzi
no

cipavit. ut statuto die Consulis tribunali sisteret. *Varios san-
nat egrotos.*
B. interim Constantius res admirandas gerebat. Multum fidelium, tum Paganorum noctu ad carceris fores ventitabant, & egrotos ei varios offerebant, quos ab omni aegritudine mira facilitate liberabat. Cuius rei fama adducti non pauci, quotidie relictis idolis, ad veri Dei cultum transibant, atque etiam ipsi carceris custodes crebra spectantes miracula, Christi fidem amplexati sunt.

Custodes carceris conuertuntur.

Nec multo post indignum iudicantes tantam tamque eximiam virtutem vilissimo carcere concludi, Episcopum licet inuitum e custodia in locum suburbiij tutiorem duxerunt. Cumque ad Tyberim peruentum esset, & fama nunciaret Concordium & Pontianum (quibus cum arctissima ei intercedebat necessitudo) Assisij in vinculis teneri, nouo martyrij desiderio infamatus eo contendit, ut socius certaminis pariter cum eis de hoste triumpharet. Sed acceleranti forte fit obuiam seua militum manus ab ipso Imperatore Spoleti tunc agente, in Christianorum destinata perniciem. A qua vir sanctus tentus & quis esset interrogatus, quoue tanta festinatione pergeret solitarius, intrepidè respondit. Sum equidem Constantius indignus Perusinae ciuitatis Episcopus, Perusia venio, Assisium pergo, ut duos eximia pietate Christianae fidei robore, Christi Iesu athletas in vinculis detentos inuisam. illi tam libera confessione irritati, omiſſis blanditijs quas vir diuinus spernebat, tantis eum cruciatibus affecerunt, ut semianimis in Christi confessione spiritum duceret. Et conuersus ad dominum: Accipe, inquit, spiritum meum, & requiescat in te domine, qui pro te, te ipso inuante, perpetim laborauit.

Educitur e custodia inuitus.

Capitur. Magnifice stat seipsu.

Atrociter cruciatur.



Hæc orantem Angelus Dei sua ipsa præsentia
 Cōfortatur ab Angelo. consoletur est, absterfisque plagis nouo eum ro-
 bore ad certaminis cursum viriliter peragendum
 donauit. Milites verò audito sermone, quem cum
 angelo conferebat, ac nemine viso, plagarumq;
 insuper sanitate stupidi, festinè eum Alisium in-
 de abduxerunt. socijsque martyribus aggregarunt.
 Paulò verò pòst Imperatoris gratiam cum spe
 munerum capturi, Constantium & reliquos e
 carcere extractos Hispellum pertraxerunt. bi-
 demque in alteram vsque lucem fame & frigore
 propemodum enectos varijs modis sub dio ve-
 xarunt. Hic verò angelus Domini sacro antitui
 secundum quietem apparuit, & præparatam
 martyrij coronam spondit, & quidem Hispel-
 lanorum multi angelico permoti splendore
 conclamarunt. Magnus est Deus Christianorum.

Hispellano-
 rum multi
 ad Christū
 conuertuntur

Qua occasione antistes Christum voce maxima
 palam annunciauit: contestans deos deasque om-
 nines esse dæmonia, & inania simulachra. Nec in
 vanum adhibita contestatio, nam non pauci fidei
 lumine illustrati, ab infelicissimis dæmonum se-
 gnis ad læta Domini castra transferunt. Quorum
 saluti dæmonum satellites inuidentes Hispello,
 Fulgineū versus trahunt, nihil non moliti, vt Cō-
 stantiū à constantij Christi cōfessione abduceret.
 Sed cum ille omnes eorum fraudes & minas vir-
 tute diuina repelleret, & Christi gloriam cum
 dictis tum factis magis magisque illustraret, cat-
 nifices maiorum pertæsi certaminum haud pro-
 cul ab vrbe Fulgineo stricto mucrone ceruicem
 illi præsciderunt. Erat tunc temporis, Fulginei
 quidā Leuianus, vir inter ceteros Christianos fide
 & bonorū operum meritis præstans, qui nocturne
 visionē admonitus est, vt sanctissimi illius cor-
 poris

Obtruncatur
 capite s. Cō-
 stantius.

Leuianus
 monetur vi-
 sione no-
 cturna, vt

poris curam susciperet, & omni cum honore, ut par erat, culturæ mandaret. Qui visioni obaudiens, protinus summa cum reuerentia illud humeris suis imposuit, sacrum pignus domum suam portaturus. Onusto autem, viri duo occurrerunt, qui à Christiana fide alieni, pietatē ipsius cachinnis prosequi, & Constantium maledictis insectari ceperunt. Qui sanè cachinni haud eis impunè consistere; nam uterq; oculorum lumine subito priuatus est, ipsa autē Dei vindicta principij eterne vitæ illis effecta. siquidē propria calamitate edocti, supplices ad cælū manus tēdere, & Christū Iesum vnū solum verū Deum confiteri tandemq; Leuiani opera ad sacrum martyris corpus ducti, primo eius contactu pristinum oculorum lumē recepēre.

Insequenti verò luce duo à natiuitate cæci, pueri ductum sequentes miram eodem in loco odoris hausere fragrantiam, qui Leuiani monitis fuerunt instructi, ut relicto idolorum cultu, veri Dei fidem amplecterentur, precibusq; S. Constantij oculorum lumen sperarunt. Illi spe luminis inescati, repudiato simulacrorum cultu, Christo se ardenti fide consecrāunt, opemq; S. Constantij haud inani fiducia semel iterūq; profusis lacrymis implorarunt, cuius intercessione desideratā à Domino lucem perceperūt. Fuit deinde sacrum illius corpus Perusiā delatū, inq; suburbio, monēte sic diuino numine, honorificè conditū. Porrò Leuian^o & quatuor illi, singulari p̄ Cōstantiū benedictio affecti, extracto ibidē tuguriolo reliquū vitæ cursum p̄petuè Christi deuouerūt seruituti, precib; ieiunijs, alijsq; pietatis operib; ad martyris tumulū excubantes; cuius nomen miraculorū gloria indies illustrius euasit.

Constantiū
sequebat.

Itisores Cō
stantij diu
nitus puniū
tur cecitate.

Curantur
contactu
corporis sa
cri & Chri
sto adherēt.

Item alii
caci sanati.

Corpus S.
Constantij
Perusiā tras
latum & ex
tra portam
S. Petri se
pultum.

Claret mira
culis post e
bitum.

Vide Caf.
Biron. in
Notatio.
Martyr Rō.
& s. Tom.
Ann. Eccl.

VITA S. ALDEGVNDIS ABBATIS
sa prima Malbodiensis, ex ea qua est per Huchboldum
Elnonensem. Floruit sub Dagoberto Rege
Francorum, circa annum Domini sex-
centefimum quadragesi-
mum.

30. Ianuar.

Patria & pa-
rentes Alde-
gundis.

Soror eius
Vvaldetrudis.

ANno Dominicæ incarnationis circiter et uoluto sexcentesimo trigesimo, imperante apud Constantinopolim Heraclio, & in Francia regnante Dagoberto Clotarij filio, Præsidentibus per successionem Pontificibus, Honorio, Seuerino Iohanne, Theodoro & Martino, orta est ex nobili admodum & regali prosapia, in pago Hainoensi, Virgo Aldegundis, pare walberto, matre verò Bertilia. Quæ summa cura & vigilantia parentum enutrita, & sacris imbuta literis, cœpit in ipsis puellaribus annis, celestis spōsi amore vehemēter flagrare. Erat ei soror matu maior Vvaldetrudis nomine, quæ erat viro cuiusdā satis illustri Maldegario, cognomēto Vincētio legitime copulata; qui postea miris quibusdam diuini amoris igniculis inflammatus, spreto mūdo, toto corde Christum Salvatorem securus est; Vvaldetrudis verò pari pietatis studio excitata, rupta per consensum vtriusque carnali copula, Christo se totam in monasterio (quod ipsa in morte, qui vocatur Castrorum locus, ædificauerat) consecrauit.

Interea Aldegundis, quæ adhuc apud parentes in medio honorum decursu versabatur, vt se illis exueret laqueis, tota mente annitebatur. Parens verò ad nuptias Regio stemmate dignas eam inuitabat, Hoc cum Vvaldetrudis auditione percipisset, vt sororem vnice sibi charam eo periculo libera-

liberaret, à matre per literas eius præsentiam ex-
 petijt, specioso prætextu vt dulcissimo sororis
 colloquio, amori suo, quo in eam ferebatur, lar-
 gius indulgeret. Et primò quidem annuit haud
 grauatè matrem; sed mox foemineis anxia curis, ne
 sororis hortatu à graui matrimonij iugo & secu-
 li amore auocaretur, eam protinus reuocauit, ac
 nuptias regali splendore dignas proposuit. At il-
 la quæ tota mente à carnali copula abhorrebat,
 primo quidem, ne parentum suorum voluntatè
 alpernari videretur, nuptias simulare, aurum, ar-
 gentum, monilia & pretiosas vestes admittere,
 sed pia fraude ea omnia in pauperum vsus eroga-
 re; corpus vero die noctuque affligere, & multis
 cum lacrymis Dominum precari, ne se à socie-
 tate sanctarum Virginum auelli pateretur, Insta-
 bat interim nuptiarum dies, cum mater diuina
 prudentia morbo correpta, paucis post diebus
 ex hoc mundo demigrat. Iuuenis vero (cui nomen
 Endo erat) nihilominus instare & vrgere; nihilq;
 omnino, quæ ad eximium nuptiarum splendo-
 rem pertinere videbantur; intermittere. Quod
 cum audisset virgo, nocte quadam fugam iniit, &
 in loco nemoroso (qui Malbodius dicitur) ali-
 quot diebus delinuit. Cumque fama increbuis-
 set sanctum Amandum, atque venerabilem Ant-
 onium Episcopos, sanctitatis opinione claros, in
 monasterium Altimontis (in quo VValdetrudis
 quondam maritus Vincentius degerat) aduenisse,
 statim nudis plantis eo properauit, eorumque
 proculata pedibus sacro se velamine donari po-
 stulauit. Quod illi sanctus Amandus debito mo-
 do & ordine, cum insigni ceremoniarum sancti-
 tate concessit.

Mater eam
 hortatur ad
 nuptias.

illa ornám-
 ta nuptialia
 in pauperes
 erogat.

Mater eius
 obit.

Virgo Alde-
 gundis fugit
 nuptias &
 sponsum,

Accipit ve-
 lamen à S.
 Amando
 Episcopo.

Hisigitur Aldegundis Christianæ militiæ do-
 nata

Monasteriū
extruit.

nata insignibus, ad locum priorem (cui ipsa Malbodio nomen imposuerat) reuersa est; & quia locus erat desertus, densisque admodum vepribus & arbutis obitus, ante omnia eum diligentissime expurgari, & egregijs habitaculis cum ecclesia, insigni opere in honorem sanctæ Dei genetricis exornari curauit; deinde paulatim admirabili vitæ sanctitate & splendore virtutum suarum, alias non paucas Christi ancillas allexit, quæ libenter sacris se ædibus, vt in omni vitæ sanctitate Christo famularentur, incluserunt. Inter cæteras fuere duæ eius neptes, fororis suæ Vvaldeudis filiæ, quæ in omni vita, materis suæ virtutes summo studio imitatæ sunt.

Benignitas
eius in pau-
peres.

Præter alias omnes, quibus virgo sancta in vita maximè admiranda fuit, virtutes præcipua fuit in pauperes prædita largitate, & egregio omnibus benignè faciendi studio. Quamuis enim à primis annis huic virtuti vehementer dedita fuisset, & ingentes thesauros in pauperum vñs distribuisset, adeò vt nihil ferè quod insuper erogaretur, superesse videretur, postquam tamen sanctimonialibus induta vestimentis, mundo eiusque pompis renunciaisset, tam ardentem ad huius virtutis perfectionem exarsit, vt corrasis vñdecun que ex aui proauique thesauris, pecunijs, pauperes & inopes susceperit, & vniuersa ipsis delegauerit, vili tantum vestimento ex omnibus sibi reseruato. Sed Domini Saluatoris benignitas, vt in fide famularum suarum animos corroboraret, non distulit præclaro sanè miraculo ostendere, quam sibi gratus esset terrenarum rerum pro sui nominis amore contemptus

Eodem namque die, quo tam liberalis in pau-
peres

peres exlitterat, sole iam vesperam intrahēto, cū
de lassatas corporis vires fontana refocillare vel
let, sensit ilico aquam vinum factum. Quæ res
Christi ancillas ad terrenarum rerum contem-
ptū ac benignitatē in pauperes pariter excitavit.

Aqua muta-
tur in vinū.

Inrer alia diuinæ consolationis beneficia, non
postremum fuit, quod angelica frequenter con-
solatione contra aduersa quælibet roboraretur,
ita vt nulla vnquam grauiori tristitia absorpta
fuerit. Cum nomen eius à peruersis quibusdam
inertiorio deditis, maledictis profcinderetur, &
apud alios passim in sinistra suspitionis discrimē
adduceretur, illa fragilitate victa humana dolori
ac mœrori nimium concessit, quam in medijs
fluctibus huiusmodi verbis angelus consolatus
est; Quid te maleuolorum conturbat inuidia,
cum tibi ea ipsa cælestis gloriæ præmium adau-
geat, illis verò nī respiscant, gehennæ supplici-
um conciliet.

Consolatur
& conforta-
tur ab; Ange-
lo.

Porrò dum nocte quadam in ecclesia attentis-
sima mente precibus incumberet, meruit in ec-
clasi mentis eleuata, gloriosum sancti Amandi ex
hac vita transitum contemplari, & angelica visi-
tatione præmoneri, vt se ad eandem cælestis glo-
riæ coronam breui percipiendam pararet accin-
geretque.

S. Amandū
in ecclasi vi-
dit ex hac
vita excede-
re Anno
Domini
661. teste Ba-
ron. Tom. 3.
Annal.

Vidit etiam alio quodam tempore humani
generis inimicum tristem valdè, & sortem suam
multis lamentationibus deplorantem; cumque
illa quæreret, quid emolumenti speraret, quod
tot animarum millia secum in pestem & in exiti-
um sempiternum pertraheret, respondit, acer-
bissimis se inuidiæ stimulis torqueri, quod illuc
Adæ filios ascendere conspiceret, vnde ipse cum
suis semper exulare cogeretur.

Inuidia dia-
boli in hu-
manum ge-
nus,

Beata

Beata igitur Aldegundis frequentibus Angelorum confortata visionibus, cum obitus sui diem iam instare cognouisset, multis precibus & lachrymis, à Domino postulare non destitit, ut ab omni peccati contagione in hac vita per flagella & aduersa purgari mereretur, quò statim post hanc vitam conspectu Domini sui frui posset. Non distulit diuina bonitas prestare ei misericorditer, quod illa humiliter petere non cessabat. Nam non multò post, morbus, qui cancer uocatur, mammillam eius dexteram inuasit, & usque ad ultimum vitæ diem miserè depastus est. Quod illa non modò patientissimè, sed etiam cum magno animi suo gaudio tulit, atque diuinæ bonitati assiduò gratias egit, quod eam tanquam veram filiam suam dignis castigationibus in hac vita uificaret.

Cancer morbus eam inuadit.

Diabolus eam in extremis grauitertentat.

Miracula eius.

In ultimo ferè vitæ conflictu frequenter ei Satan insidias struxit. Contigit quandoque eam ardentissima sibi cruciari, adeò ut putaret se ea planè confectam iri, cumque oratione sicim repulisset, uidit antiquum hostem tetra sanè & specie valdè horrenda, qui multis modis animum eius labefactare nitēbarur. Dura tibi, dicebat, & arcta adhuc uia superanda restat, nec tu tibi quicquam de perseverantia polliceri potes. Cui Virgo: Dominus, inquit, mihi adiutor, non curo minas tuas; His dictis continuo dæmonem in fugam vertit. Inter hæc paruulus quidam, cuius vita ob morbi vehementiam in desperationem venerat, ei oblatrus fuit, quem illa ante cornu altaris deponi iussit ubi protinus integram sanitatem, non sine ingenti adstantium admiratione, recepit. Alius quoque mentis insaniam cum extremo vitæ periculo laborans, in conspectum eius, adductus fuit, cui illa

impresso crucis signo, & mentis & corporis san-
tatem restituit,

Post hæc cum corporis languor magis magis-
que eam opprimeret, multi vtriusque sexus ho-
mines pietatis & religionis laude præstantes, vi-
sitationis gratia eam conuenerunt, cum eccē. ter-
tia ante obitum eius die, splendor ingens nitida
claritate refulgens supra domum, in qua sacra
virgo Christi aduentum securā præstolabatur, ap-
paret. Cumque præsentem insolitam visionem mi-
rarentur, & soror eius Vvaldetrudis inter spem
& metum dubia, quidnam præsignaret, tremebū-
da rei finem expectaret, sancta illa anima carne
soluta cum ipsa luce, de hoc seculo ad Christum
Iesum veram lucem migravit. Sepulta autem est
in villa, suæ quondam ditionis, quam Salram ap-
pellabant, vbi etiam vterque parens eius cum
Vvaldetrude sorore magnificē sepulti requies-
cunt. Postea vero corpus eius translātū fuit in mū-
nicipiū Malbodiū q̄ ipsa fundamentis construxe-
rat; vbi nunc memoria eius præclaris admodum
miraculis fulget, & plurima beneficia, diuinam
opem dignè implorantibus, concedantur.

Visio cele-
stis ante e-
ius obitū.

Moritur fe-
liciter.

Claret mi-
raculis post
obitum.

VITA ET MARTYRIUM SANCTO-

rum & mirabilium operum effectorum, Abbatum,
Cypri & Iohannis, ex ijs que extant apud Simeonem
Metaphrasten. Passi sunt hi sancti, Alexandria, anno
nono persecutionis à Diocletiano Imp. excita-
te, quæ fuit Christi Domini 310. sub
Maximino In oriente Impe-
rante.

Vide Cat.
Baron in
Notatio.
Martyr Rō.
Item Tom.
3. Annal. Ec-
cles.

CYRVS, egregium martyrum decus, Alex-
andria oriūdus, professione medicus, cum
res valdè admirandas non tam arte medi-
ca, quam

31. Ianuar,
Patria Cyri.

kk

ca, quam

ca quam diuina virtute efficeret, multorum ore, longè lateque celebratus, tandem & ipsi ciuitatis praesidi innotuit. Qui plusquam Vatiniano in Christianos odio debacchans, Cyrum comprehendi mandauit, vt eum pro sua tyrannide omnibus excarnificatum supplicijs morti traderet.

Cyrus abijt in Arabiã.

Quod Cyrus cum audisset, statim relicta ciuitate in Arabiam abijt, non quidem eo animo quod tyrannidem praesidis suppliciaq; pro Christo inferenda expauesceret, sed vt quamplurimos infideles, exemplo vitæ & doctrina, à miseranda diabolj captiuitate, in Christi libertatem vindicaret.

Fit monachus.

Primum itaque vt in Arabiam peruenit, capite tenuis rasit, sumptoque habitu monastico, caelestem in terris vitam imitari ccepit, eoque perfectionis ardentissimo pietatis studio peruenit, vt relicta planè medicorum arte, morbos & languores corporum, precibus & diuini verbi doctrina pelleret fugaretque. Ea res cum animos omnium in admirationem pertraheret, statim nomen eius in ea regione celebrari cœpiti & tandè quoque ad aures Iohannis peruenit.

Patria Iohannis.

Erat autem hic Iohannes patria Edessa oriundus, vir insigni admodum morum integritate praeditus, & in Christianam religionem ita affectus, vt spretis contemptisque opibus, diuini gloria, & auctoritate denique militari qua apud Imperatorem plurimum valebat, Hierosolymam profectus fuerit, indè verò sola Cyri fama commotus in Aegyptum venerit, vt cum eo vitæ curriculum in Christiana Philosophia exigere posset.

Iohannes vir militaris. se iungit Cyro.

Fortè eo tempore cum persecutio grauius detonaret,

tonaret, tres virgines vna cum matre comprehen-
 sae, & in ciuitatem Canopum (Cui Syrianus cum
 potestate summa præerat) ductæ sunt, vt vel im-
 puris dijs ibidem sacrificia offerrent, vel in acer-
 bilissimis supplicijs vitam finirent. Hæc cum ad au-
 res Cyri & Ioannis delata fuissent, illi plurimum
 verine tenerimæ virgines suppliciorum for-
 midine deiectæ, Christi confessionem defererent
 eo properarunt. Theodiste enim, quæ erat ætate
 maxima; decimum quintum annum nondum at-
 tingerat. Theodora autem, quæ eam sequebatur, a-
 gebat annum quartum decimum; Eudoxia autem
 omnium minima, annum vndecimum agebat.
 His ergo de causis Cyrus cum Ioanne timore affe-
 ctus eo descendit; Non solum enim sexus ille &
 ætas tam tenera, suppliciorum metu, sed blandi-
 tibus etiam, quibus valdè obnoxia est, nullo nego-
 tio corrumpi potuisset. Accedebat his omnibus
 timor alius, qui eos de matris Athanasie erga fili-
 as compassione sollicitabat vehementius. Itaque
 partim, vt virginibus animos ad certamen
 pro Christi nominis gloria fortiter subeundum
 adderent, partim etiam, vt simul præclarum con-
 fessionis suæ fructum perciperent, non dubitarunt
 se periculis exponere. Qui quidem vt ciuitatem
 ingressi sunt, & diuinis sermonibus virgines in
 constantia fidei confirmarunt, protinus ad Syria-
 num nomina eorū delata sunt: quod scilicet duo
 quidam ignoti, quorum alter monastico, alter
 militari indutus habitu, comprehensas modo vir-
 gines, in Cæsaris iniuriam ad deorum contem-
 ptum multis sermonibus adhortati fuissent, & ad
 quæuis supplicia pro Christi nomine perferenda
 acriter inflammassent.

Tres virgi-
 nes Theo-
 diste Theo-
 dora, Eudo-
 xia cōpræ-
 headantur.

Athanasia
 mater caræ

Cyrus & Io-
 annes accu-
 santur quod
 virgines ad
 constantiam
 hortaretur.

His auditis Syrianus suo eos conspectui offer-
 ri iussit

Kk 2

Syrianus eos auerte à Christi cōfessione nititur.

Responsum martyrum.

Cruciantur martyres atrocissimè.

Eximia martyrum constantia.

Tres virgines cū matre capite plectantur.

Post varia tormenta à militibus obtruncantur Cyrus & Iohannes.

ri iussit quibus multis banditijs & minis persuadere conatus est, vt relicta fide, quam profitebatur, dijs immolarent. Cui Cyrus & Iohannes pari constantia in hunc modum responderunt, Nos, o præses, paucis animi nostri sententiam aperire consueuimus. Scias igitur nullis nos vel minis, vel blanditijs à Christi confessione auellendos esse. Hæc Syrianus audiens iracundia vehementer commotus, primò quidem virgines adduci iussit, vt crudelissimo suppliciorum spectaculo virginibus terrorem incuteret, earumque fidem labefactaret. Nec mora. Cæsi primò flagellis athletæ, clavis contriti, lampadibus vtilati, vta membra aceto & sale confricata, postremò bullente pice pedes inuncti. Horrendum quidem fuit hoc virginibus spectaculum & intollerabile martyribus supplicium; sed tam virgines quam martyres pari constantia atque virtute in Christi confessione perseuerarunt. Vnde ab impotentis suæ furoris victus ipse Præses, virgines vna cū matre, nihil muliebri aut ignauè præ se ferentes, capitis sententia dānauit, quā ille porrectus lacriter cervicibus glorioso cœramine exceperunt.

Quibus feliciter coronatis, Præses omnem suum studium ad subuersionem Cyri & Iohannis conuertit. Et nunc quidem donis ac muneribus, nunc minis atque tormentis eorum constantiam perturbabat. Sed frustra fundamentum angulari lapidi Christo firmiter infixatum conuellerentebatur. Vnde plenus admirationis & eos capit tandem sententia plecti curauit. Fuere sacræ eorum reliquię in S. Marci Euangelistæ magno fidelium gaudio illatæ, vbi ad tempora, vsque Theodosij quieuerunt.

Porro à ciuitate Canopo distabat vicus quidam duo-

dam duorum stadiorum spatio, quem Manuthe nominabant. Hic erat malignorum spirituum infidijs omnibus infestus, quem Theophilus Præses Alexandrinus sæpenumero ab ea peste liberare voluerat, sed morte tandem præuictus, quod tota mente meditabatur, ad exitum perducere non potuit. Huic Cyrillus successit, qui cum pari diligentia in eam rem incumberet, & vota & preces ardenti studio Deo nuncuparet, vt viam modumque ostenderet quo malignorum hostium caeteram ex eo loco profligare posset, Angelus Domini in visione ei apprensus mandauit, vt sacra martyrum cyri & Iohannis corpora vna cum sanctissimi Marci Evangelistæ reliquijs eum in locum transferret, quorum præsentia demones continuo in fugam verterentur. Hac itaque occasione sacræ martyrum reliquiæ vicefimo octauo mensis Iulij in Manuthe translatae sunt, quarum aduentu maligni spiritus in fugam versi, & locus omnipotenti Deo cum maximo populi totius gaudio consecratus est.

Corpora eorum translata in vicum Manuthe.

VITA S. MARCELLAE VIDVAE, EX

ta qua est per D. Hieronymum ad Principam virginem. Obijt Anno à Christo nato 410. Innocentij Rom. Pontif. 9. Honor. 16. Theodos. 3. Imp. paulo post urbem ab Athalario Gothor. rege expugnata.

Epistola 16 Vide Cas. Baron. Ann. Tom 5. & not. in marty. R. 6.

Marcella Romanae urbis inclytum decus, illustri admodum orta familia, facta est. opibus & nobilitate contempta, paupertate & humilitate nobilior. Orba patris morte, viro quoque post nuptias septimo mense priuata est. Cumque eam Cerealis, cuius clarum in-

st. Ianuarij. Patria eius. Maritum septimo à nuptijs mense amittit.

ter consules nomen est, propter aetatem & anti-
 quitatem familiae, & insignem, quod maxime vi-
 ris placere consuevit, decorem corporis, & mo-
 rum temperantiam ambitiosius peteret, suaeque
 longaeuus polliceretur diuitias, Albinaque ma-
 ter tam clarum praesidium viduae domus vitro
 appeteret, illa respondit, Si vellem nubere, & no-
 aeternae me cuperem pudicitiae dedicare, utique
 maritum quaererem, non hereditatem, Illoque
 mandante, posse & senes diu viuere, & iuuenes
 cito mori, eleganter lufit: iuuenis potest quidem
 cito mori, sed tenex diu viuere non potest. Qua
 sententia repudiatus; exemplo caeteris fuit, ut ei-
 us nuptias desperarent.

Difficile est in maledica ciuitate, & in vrbe, in
 qua orbis quondam populus fuit, palmaque vicio-
 rum, si honestis detraherent, & pura ac munda
 macularent, non aliquam finitri rumoris fabu-
 lam contrahere. Sed quis vnquam de hac mulie-
 re, quod displiceret, audiuit, ut crederet? Quis
 credidit, ut non magis seipsum malignitatis &
 infamiae condemnaret? Ab hac primum consula
 gentilitas est, dum omnibus patuit, quae esset vidui-
 tas Christiana, quam & conscientia & habitu pro-
 mittebat. Illae enim solent purpuris & cerussa
 ora depingere, sericis nitere vestibus, splendere
 gemmis, aurum portare ceruicibus, & auribus
 perforatis rubri maris preciosissima grana sus-
 pendere, fragrare musco mure, maritos ita plan-
 gere, ut tandem dominatu eorum se caruisse la-
 tentur, quaerantque alios, non quibus iuxta Dei
 sententiam seruiant, sed quibus imperent. Nostra
 vidua talibus vsa est vestibus, quibus arceret fri-
 gus non membra nudaret; aurum vsque ad annu-
 li signaculum repudians, & magis in ventribus
 egeno-

Secundas
 nuptias, re-
 spuit.

Ephes. 5.
 Vestitus
 eius.

egenorum, quam in marsupijs recondens. Nullamquam sine matre. Nullum clericorum aut monachorum (quod amplæ domûs interdum exigebat necessitas) vidit absque arbitris. Semper in comitatu suo virgines ac viduas, & ipsas graues fœminas habuit, sciens ex lasciuia puellarum sæpè de dominarum moribus iudicari, & qualis quæque sit talium consortio delectari.

Diuinarum scripturarum ardor erat incredibilis & in lege Domini die ac nocte meditabatur. Mierant moderata ieiunia, carniû abstinentia; vini odor magis, quam gustus, propter stomachum & frequentes infirmitates. Rarè procedebat ad publicum; & maximè nobilium matronarum vitabat domos: ne cogeretur videre quod contempserat; Apostolorum & martyrum basilicas secretis celebrans orationibus, & quæ populorum frequentiam declinarent. Matri tantum obediens, vt interdum faceret quod nolebat. Nam cum illa suum diligeret sanguinem, & absque filijs & nepotibus vellet in fratris liberos vniuersa conferre, ista pauperes eligebat, & tamen matri contrariè non poterat; monilia, & quicquid suppellectilis fuit; diuitibus peritura concedens, magis quæ volens pecuniam perdere, quam parentis animum contristare.

Nulla eo tempore nobilium fœminarum nouerat Romæ propositum monachorum, nec audebat propter rei nouitatem, ignominiosum, vt tunc putabatur, & vile in populis nomen assumere. Hæc ab Alexandrinis prius sacerdotibus, Papaque Athanasio, & postea Petro, qui persecutionem Arianæ hæreseos declinantes, quasi ad turtissimū confessionis suæ portum Romæ cõfugerant, vitam B. Antonij adhuc tunc viuentis

Kk 4

monaste-

psal. r.
Amat sacra
scripturam.

Obedientis.

Marcia p̄
ma in vrbē
Roma mona
sticā vitam
proficetur.

monasteriorumq; in Thebaide, Pachumij, & virginū ac viduarū didicit disciplinam. Nec erubuit profiteri, quod Christo placere cognouerat. Hāc multos post annos imitata est Sophronia & alia, quibus rectissimè illud Ennianum aptari potest: Vinam ne in nemore Pelio. Huius amicitijs fruita est Paula venerabilis. In huius cubiculo nutrita Eustochium virginittatis decus; vt facilis æstimatio sit, qualis magistra, vbi tales discipulae.

Meditatio
mortis,

Roman. 13.

2. Timoth. 4

Scrutatur
diligenter
scripturas
Marcella.

Annis igitur plurimis sic suam tranſegit ætatem, vt antè se vetulam cerneret, quam adoleſcentulam fuiſſe meminifſet, laudans illud Platonicum, qui Philoſophiam, meditationem mortis eſſe dixit; Sic ergo ætatem duxit, & vixit, vt ſemper ſe crederet eſſe moriturā. Sic induta eſt veſtibus, vt meminifſet ſepulchri, offerens hoſtiam rationabilem, viuam, placentem Deo.

Denique cum & me Romam cum ſanctis Pontificibus Paulino & Epiphanio eccleſiaſtica traxiſſet neceſſitas, & verecundè nobilium ſceminarum oculos declinarem, ita egiſſe ſecundum Apoſtolum importunè, opportunè, vt pudorem meum ſua ſuperaret induſtria. Et quia alicuius tunc nominis eſſe exiſtimabar ſuper ſtudio ſcripturarum, nunquam conuenit, quin de ſcripturis aliquid interrogaret; nec ſtatim acquieſceret, ſed moueret è contrario quaſtiones, non vt contenderet, ſed vt quaerendo diſceret earum ſolutiones, quas opponi poſſe intelligebat. Quid in illa virtutum, quid ingenij, quid ſanctitatis, quid puritatis inueniſſem, vereor dicere, ne fidem credulitatis excedam, & tibi maiorem dolorem incuriam recordanti quanto bono carueris. Hoc ſolum dicam, quod quicquid in nobis fuit longo ſtudio congre-

congregatum, & meditatione diuturna quasi in naturam versum, hoc illa libavit, didicit atque possedit; ita ut post profectioem nostram, si de aliquo testimonio scripturarum esset oborta contentio, ad illam iudicem pergeretur. Et quia valde prudens erat, sic ad interrogata respondebat, ut etiam sua, non sua diceret, sed vel mea, vel cuiuslibet alterius; ut in eo ipso, quod docebat, se discipulam fateretur. In nostrum locum statim advenimus te illius adhæsisse consortio, & nunquam ab illa ne transuersum quidem vnguem, ut dicitur, recessisse. Eadem domo, eodem cubiculo vltim, ut omnibus in vrbe clarissima notum fieret, & te matrem, & illā filiā reperisse. Suburbanus ager vobis pro monasterio fuit, & rus electum pro solitudine; multo que ita vixistis tempore, ut ex imitatione vestri, & conuersione multarum, gauderemus Romam factam Hierosolymam. Crebra virginum monasteria, monachorum innumerabilis multitudo, ut pro frequentia seruentium Deo, quod prius ignominia fuerat, esset postea gloria.

Prudentia
eius.

Monachorum
Romæ fre-
quentia.

In hac tranquillitate & Domini seruitute, hæretica in his prouincijs exorta tempestas, cuncta turbauit, & in tantam rabiem concitata est, ut nec sibi, nec vlli bonorum parceret. Et quasi parum esset, hic vniuersa mouisse, nauem plenam blasphemiarum Romano intulit portui. Tunc sancta Marcella, quæ diu se cohibuerat, ne per æmulationem quippiam facere videretur, postquam sensit fidem Apostolico ore laudatam, in plerisque violari, ita ut sacerdotes quoque & nonnullos monachorum, maximeque seculi homines in assensum sui traheret, ac simplicitati illuderet. Episcopi, qui de suo ingenio cæteros æstimabat, publicè restitit.

S. Marcella
hæreticis vlti-
miter res-
titit.

K k 5

restitit

restitit: malens Deo placere, quam hominibus. Damnationis hæreticorum hæc fuit principium, dum acciti frequentibus literis hæretici, vt se defenderent, venire non sunt ausi; tantaque vis conscientiae fuit, vt absentes damnari, quam presentes coargui maluerint. Huius tam gloriose victoriz origo Marcella est; tuq; caput horum & causa bonorum, scis me vera narrare, quem nosti vix de multis pauca dicere, ne legendi fastidium faciat odiosa replicatio. Dum hæc aguntur in lebus

Roma capta à Gothis. Valida ibi de fames.

terribilis de occidente rumor affertur, obsideri Romam, & auro salutem ciuium redimi, spoliatosque rursum circumdari, vt post substantiam vitam quoque perderent. Capitur Vrbs, que totum cepit orbem; imo fame perit, ante quam gladio, & vix pauci qui caperentur, inuenti sunt. Ad nefandos cibos erupit elurientium rabies, & sua in uicem membra laniarunt, dum mater non parcat lactenti infantiae, & suo recipit utero, quem paulo ante effuderat. Nocte Moab capta est, nocte cecidit murus eius.

*Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet? aut possit lachrymis aquare dolorem?
Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos;
Plurima perque vias sparguntur inertia passim
Corpora, perq; domos, & plurima mortis imago.
Cum interim, vt in tanta confusione rerum, Marcellae quoque domum cruentus victor ingreditur.*

Intrepido vultu excepisse dicitur introgressos; cumque posceretur aurum, & defossas opes vili excusaret tunica, non tamen fecit fidem voluntariae paupertatis. Cæsam fustibus flagellisq; aiunt non sensisse tormenta, sed hoc lachrymis, hoc

hoc pedibus eorum egisse prostrata, ne te à suo
 consortio separarent, ne sustineret adolescentia,
 quod senilis ætas timere non poterat. Christus
 dura corda molliuit, & inter cruentos gladios
 inuenit locum pietas; cumque & illam & te ad
 Apostoli Pauli basilicam Barbari deduxissent, vt
 vel salutem vobis ostenderent, vel sepulchrum,
 in tantam læticiam dicitur erupisse, vt gratias a-
 geret Deo, quod te integrā sibi seruasset, quod
 pauperē illā nō fecisset captiuitas, sed inuenisset;
 pegeret quotidiano cibo, quod saturata Christo
 non sentiret esuriem, quod & voce & opere lo-
 queretur. Nuda exiui de vtero matris meæ, nuda
 & reuertar. Sicut Domino visum est, ita & factū
 est. Post aliquot dies sano, integro, vegetoq; cor-
 pusculo obdormiuit in Domino, & te paupertas
 tulæ suæ, imò per te pauperes reliquit, hæredes,
 claudens oculos in manibus tuis, reddēs spi-
 ritū in tuis osculis, dum inter lachry-
 mas tuas illa rideret, conscientia
 vitæ bonæ & præmijs fu-
 turorum.

Iob. 5.
 Reddit ani-
 mam.

FEBRVA.